This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

RCH LIBRARIES
06912140 2

NOTITIA
HISTORICO-LITERARIA
DE
CODICIBVS MANVSCRIPTIS
IN BIBLIOTHECA
LIBERI AC IMPERIALIS MONASTERII
ORDINIS S. BENEDICTI
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE
EXTANTIBVS.

CONGESSIT

P. PLACIDVS BRAVN
ARCHIVARIVS ET BIBLIOTHECARIVS
EIVSDEM MONASTERII.

IN FINE HABETVR
ADPENDIX
CONTINENS
ANECDOTA
HISTORICO-DIPLOMATICA
EX IISDEM CODICIBVS EXCERPTA.

VOLVMEN TERTIVM.

AVGVSTAE VINDELICORVM.
SVMTIBVS FRATRVM VEITH, BIBLIOPOLARVM.
MDCCLXXXXIII.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY

ASTOR, LENOX
TILDEN FOUNDATION

REVERENDISSIMO
PERILLVSTRI
AC
AMPLISSIMO
SACRI ROMANI IMPERII
PRAELATO
DOMINO, DOMINO
WICTERPO
IN
LIBERO AC IMPERIALI
ORDINIS S. BENEDICTI
MONASTERIO
AD
SS. VDALRICVM ET AFRAM
AVGVSTAE VINDELICORVM
ABBATI
VIGILANTISSIMO

SACRAE CAESAREAE MAIESTATIS
CONSILIARIO
AC
SACELLANO
PERPETVO
NEC NON
STATVVM ECCLESIASTICORVM
DVCATVS NEOBVRGICI
DEPVTATO
PATRI SVO OBSERVANDISSIMO
DOMINO, DOMINO
PERQVAM GRATIOSO.

REVERENDISSIME, ET AMPLISSIME
SACRI ROMANI IMPERII

PRAELATE!

PATER OBSERVANDISSIME!

DOMINE, DOMINE
GRATIOSE!

Quamprimum hiſtoriam imperialis monaſterii noſtri et Abbatum eius geſta enarrare: agere de SS. Patronum noſtrorum vitis, deque literariis Confratrum laboribus diſſerere in praeſenti volumine ſtatui; mox *Praeſul Reuerendiſſime* paternus Tuus erga me affectus, ardensque in literas amor imperarunt, vt, quidquid hoc laboris eſſet: id ceu perpetuum Tui, quo in ſcientias et ſcientiarum cultores duceris ſtudii ſimul, ac meae erga Te gratitudinis monumentum Nomini Tuo conſecrarem.

Muſis natus, iisdemque a tenera aetate innutritus, vix Monachum in aſceterio noſtro profeſſus, iam ad Salispolitanam Vniuerſitatem, iubente Anteceſſore Tuo, grauioribus ſtudiis vacaturus, commeaſti, in qua ita mittentis vota et conceptam de Tua eximia indole opinionem expleuiſti, vt *dignisſimus iudicatus fueris, qui ſupremam ſeu Licentiatus, ſeu Doctoratus lauream tam ex* Theologia, quam vtroque iure, *quo liberet tempore, ſuſcipere poſſes a*).

Domum vt reuerſus, Cathedram, ex qua Fratres iuniores Hiſtoriam eccleſiaſticam doceres, conſcendens, id munus tanto cum adplauſu ſuſtinuiſti, vt ad Theologiae dogmata explananda, et enucleandas Iurisprudentiae leges gradum promouere iuſſus ſis. Neque diu latere profunda, quam paraueras, ſcientiarum cognitio, easque aliis communicandi ſuauiſſima ratio po-

)(3 terat;

a) Extant ea ſuper re ab vtraque facultate diplomata conceſſa.

terat; quin eius fama etiam ad exteros emanaret. Emanauit certe: vnde in Friſingenſe Lyceum euocatus, Iurisprudentiae praecepta auditoribus tradidiſti, et Praefecti munere functus fuiſti. Aſt vltra annum ibi commorari res monaſterii noſtri nimis arduae, atque intricatae prohibuere, ſed domum, Monachium, Viennam, aliasque ad regiones easdem tractaturus Te diſcurrere compellebant.

Eo rerum ſtatu, licet auulſus a dilectis muſis, penitusque abſtractus videri poteras, tamen ſaepius clam Te negotiis publicis ſubripuiſti, muſarumque Tuarum iucunda conſuetudine quaſi per interualla, perfrui minime neglexiſti. Namque Bibliothecae et Archiuii curandi onus in Te ſuſcepiſti: dein Literaturae quoque, ac Diplomaticae ſtudio Te impendiſti: illi quidem, vt animum laboribus, curisque laſſatum recreares; huic vero, vt, accedente imprimis iurisprudentiae ſcientia, monaſteri iura pro virili iuuares, defenderes, ac roborares: Literarium praeterea cum Eruditis commercium fouere haud intermiſiſti; donec adeo ingraueſcente indies rerum agendarum mole, vt vnius vires ſuſtinendis muneribus cunctis impares videri facile poſſent, officium Bibliothecarii in humeros meos, vtut tunc infirmos admodum, deuoluiſti.

Hinc mihi de Bibliotheca reformanda, deque librorum numero augendo cogitanti, re atque conſilio ſubueniſti. Hinc libros praeſtantiſſimos multo a Te aere comparatos nouae Bibliothecae inſerendos, tradidiſti. Hinc complures alios, qui modo noſtram exornant Librariam conquirere adiuuiſti, adeo vt praeſens illius ſtatus, Tibi magna ex parte debeatur. Atque vtinam quae his maiora magno voluis pectore, ea perficere ſupremus rerum omnium Arbiter largiatur.

Munere abbatiali autem ad Te delato, primas eo curas intendiſti, vt ſcientiarum amor in Tuis magis magisque efferueſceret earumque cultura magis ac magis perpoliretur. Idcirco praeter ſcientias Theologicas, Linguarum orientalium, ſacrae Hermeneuticae, et ſanctioris eloquentiae praecepta iunioribus tradi iuſſiſti, vt hi iidem iſta ratione ad docendas diſciplinas: ad vef-

bum diuinum, in Baſilica quoque noſtra a Tuis deinceps populo explanandum: ad alia paſtoralia munia ſubeunda, apti afficerentur. Quae omnia vt optatum ſortirentur finem, tum Profeſſores, tum diſcipulos optimae notae libris inſtruxiſti et inſtruis: publicis concertationibus animaſti et animas *b*): iisque doctiſſimis, blandiſſimis verbis, laudumque encomiis excitaſti et excitas. Praeterea Muſaeum phyſico-mathematicum et machinis aſtronomicis *c*) et rebus naturalibus decoraſti. Baſilicam denique noſtram ac turrim, infeſtam fulminum vim crebrius perpeſſam, per Virum Tuorum e gremio eruditum et Matheſeos ac Mechanices peritiſſimum *Deductore* prouide muniri feciſti. Atque vt paucis complectar omnia; non parcis verbis; non blandimentis: non laboribus: non ſumtibus, vt in Tuis conſtantem ſtudiorum vſum, otii fugam, laboris amorem et tolerantiam commendes, foueas, ac tuearis.

Non mirum atque, quod ciues et exteri nobis Abbatem tam Literatum vna voce gratulati ſint. Non mirum, quod viri eruditi mox poſt obtentam abbatialem dignitatem monimentis literariis Te literatorum Fautorem honorare inter ſe concertarint *d*). Non mirum, quod ſummorum quoque Principum

b) Teſtantur id poſitiones ſingulis annis typis excuſae.
c) Primum inter illas locum obtinet Syſtema Copernicanum.
d) Bibliopolae praeclari Fratres *Veithii* Alphabetum Tyronianum D. *Carpentier* cum ſequenti inſcriptione in deuotionis ſignum Neo-electo Abbati obtulerunt.

REVERENDISSIMO. PERILLVSTRI
AC. AMPLISSIMO
DOMINO. DOMINO
W I C T E R P O
QVOD
IN. LIBERO. AC. IMPERIALI
SS. VDALRICI. ET AFRAE
COENOBIO
AVGVSTANO. VINDELICO
AD. SVPREMAM
ABBATIS. DIGNITATEM
COMMVNI APPLAVSV
EVECTVS
SICQVE
REVERENDISSIMIS
SACRI. ROMANI. IMPERII. PRAELATIS
ANNVMERATVS. EST

IGNA-

pum animos eruditione Tua, et affabilitate ita Tibi deuincire valueris, vt Sereniſſimus *Elector Bauaro-Palatinus*, praeter alios ſummos fauores, Te *Statuum eccleſiaſticorum Ducatus Neoburgici Deputatum* deſignare gratioſiſſimo reſcripto dignatus ſit. Mirum vtique videri poſſet, ſi ego, qui praecipua Tua amicitia, animique ſinceritate et fruitus ſui ſemper, et iam paterno affectu, atque beneuolentia ſruor, merita tua publico, eoque perpetuo monimento poſterorum memoriae conſecrare omitterem.

In hunc ergo finem praeſens volumen Ampliſſimo Nomini Tuo, Reuerendiſſime Praeſul! inſcribere, propriumque dicare decreui, vel eam maxime ob cauſam; quod haud alios Codices complectatur, quam quibus Aſceterii noſtri fata fauſta, vel infauſta enarrantur: merita et demerita Praedeceſſorum Tuorum ſine perſonarum acceptione, adumbrantur: diſciplinae monaſticae ruina atque inſtauratio exponitur: viri eruditione et virtute praeclari celebrantur: opera ab iisdem in omni diſciplinarum genere vel ſcripta vel deſcripta, et libri liturgici mira elegantia exarati, pulcherrimisque ornati figuris proponuntur. Quo in loco monere oportet, me in *Wittweri Catalo-*

IGNATIVS. ADAMVS
ET
FRANCISCVS. ANTONIVS
VEITHII. FRATRES
NEGOTIATORES. LIBRARII
ACCEPTORVM. MEMORES. BENEFICIORVM
DOMINO. ET. PATRONO. SVO. GRATIOSO
CONGRATVLABVNDI
SVBMISSE. OFFERVNT
ET
DOCTVM. OPVS
DOCTISSIMO. DOCTRINAE. OMNIS. FAVTORI
LIBENTI. MVNERE. DEDICANT
ANNO. M.DCC.XC.V. IDIBVS. MARTII

D. *Georg Guilielmus Zapf* Electoris et Archiepiſcopi Moguntini Conſiliarius Intimus Codice membranaceo de *Vitis Caeſarum* a *Conrado Peitingero* conſcripto vnacum epiſtola — de qua alibi — eruditiſſima in amicitiae monumentum Eumdem honorauit.

D. P. *Godefridus Lumper* Villingenſis Prior Partem VIII. *Hiſtoriae Theologico-Criticae de vita, ſcriptis atque doctrina SS. Patrum* Eidem ſplendidiſſima dedicatione, in qua de meritis Noſtri multis diſſeritur, nuncupauit.

go Abbatum, in *Meyſterlini Indice Monaſterii noſtri*, ceterisque hiſtoriis deſcribendis, illorum contenta non per modum *regiſtri*, ſed methodo ſyſtematica breuiter enarrare voluiſſe, vt erudito Lectori maius legendi deſiderium pareretur. In Adpendice autem plura documenta tum noſtri monaſterii res, tum eccleſiaſticam hiſtoriam Auguſtanam haud parum illuſtrantia, ex iisdem Codicibus, pro more ſemel caepto, excerpta reperiuntur.

Ecce! Praeſul Reuerendiſſime! hi ſunt fructus literarii, quos per vnius anni ſpatium, tempore ab aliis negotiis vacuo, haud exiguo labore colligere conatus ſum. Iſtos ſumma animi cum veneratione ad Te defero, filius ad Patrem Amantiſſimum: ſupplex, ne eos faſtidias, deſpiciasque; ſed benigne accipias, iungens Te Deceſſoribus Tuis, qui ſcientiarum diſciplinis locum dantes, otium animis inimicum e monaſterio proſcripſerunt; diſciplinam collapſam reſtituerunt, et conſeruarunt; barbaris moribus expulſis, ſuaues induxerunt: viros ad docendum, ad lucrandas Deo animas, ad monaſteria reformanda, ad Abbatiales mitras capeſſendas idoneos *e*) educarunt: eaque ratione vtrique ſtatui, et politico et eccleſiaſtico, plurimum vtilitatis attuliſſe cognoſcuntur.

Sic fiet, vt Te monaſterii habenas moderante, idem — Verbis vtor SS. D. N. Papae *Pii VI*, ad Te paterno fauore ſcribentis *f*) — *magis indies*

)( )(*magis-*

e) Viri iſti praeclari, et de noſtro monaſterio optime meriti in praeſentis operis decurſu ſaepius adparebunt.

f) SS. D. N. Papae *Pii VI.* Breue apoſtolicum ideo hic integrum adpono, eoquod ab omnibus legi meretur:

Dilecto Filio Wicterpo Abbati SS. Vdalrici et Afrae.

Pius P. P. VI.

Dilecte Fili! ſalutem, et apoſtolicam Benedictionem. Memores certe ſumus, Dilecte Fili! ſingularis pietatis, atque Obſeruantiae, qua excepti a Vobis fuimus, cum iſtud Monaſterium SS. Vdalrici et Afrae adiremus, ibidemque ſacro peracto Apoſtolicam Benedictionem Vobis omnibus impertiremur. Plurima paterna beneuolentia et tunc proſecuti ſumus Abbatem Anteceſſorem Tuum, nuper in Domino defunctum, et nunc Te ipſum complectimur, Tuam ad Nos Electionem, gratumque in Nos ac Apoſtolicam ſedem deuotum animum exhibentem per literas die XVI. Aprilis datas, quae idcirco ſerius Nobis redditae ſunt, quod cum Romam perueniſſent, Nos longius ab Alma Vrbe abeſſemus. Tarracinae ſcilicet commorantes. Quo in Monaſterium Tuum amore Nos affectos eſſe profitemur, eumdem Tibi pari declaramus ſtu-

dio

magisque floreat, et religioſis non minus moribus quam ſacrarum doctrinat laudibus illuſtretur. Sic fiet, vt omnium expectationi de Te maximae ſpondeas, Tuique memoria apud poſteros in ſempiterna benedictione fut ſit. Me vero, obſecro, Tua paterna benignitate, ac iugi beneuolentia uere perge: tempusque et occaſionem Literarios et Archiuales labores prc quendi condona, certum habens, nulli me operae, nulli induſtriae pai rum, et, ſuperatis quibusuis difficultatibus, id omnibus viribus, omnique c tentione adniſurum eſſe, vt votis Tuis a me ex omni parte fiat ſatis. V: Dabam ex noſtro Libero, ac Imperiali Aſceterio Cal. Octobris Anno re ratae ſalutis M. D. CCXCII.

REVERENDISSIMAE AC GRATIOSAE AMPLITVDINIS TVAE

FILIVS OBEDIENTISSIMVS
PLACIDVS BRAVN
ARCHIVARIVS ET BIBLIOTHECARIVS.

---

dio vehementer optantes, vt Te ſapienter moderante, illud magis in dies magisque floreat, religioſis non minus moribus, quam ſacrarum doctrirarum laudibus illuſtretur.. Hunc in mu dum et Noſtrae de Tua virtute expectationi praeclare reſpondebis, et voluntatem in Vos oı nes Noſtram, quam ex animo promptam, paratamque deferimus, mirifice inflammabis. in amplius paternae Beneuolentiae pignus Apoſtolicam Benedictionem Tibi Dilecte Fili, Tuı que Monachis omnibus ex intimo corde promptam peramanter impertimus. Datum Rom apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die III. Iulii MDCCXC. Pontificatus N ſtri anno decimo ſexto.

BENEDICTVS STAY.

CON-

CONSPECTVS
TERTII VOLVMINIS.

I. Wilhelmi Wittwer Catalogus Abbatum San-Vlricanorum. p. 1.
II. Eiusdem Collectanea. Vita SS. Wilhelmorum, Eremitae, Gellonenſis et Hirsau-gienſis. Quaedam documenta. Ioannis Franck Chronicon. p. 35.
III. IV. V. Sigismundi Meyſterlin Index monaſterii SS. Vdal. et Afrae.
VI. VII. Eiusdem Chronographia Auguſtana.
VIII. IX. X. Idem Opus in lingua vulgari. N. X. Catalogus Epiſcoporum Auguſta-norum et Chronicon Auguſtanum.
XI. Eiusdem Chronographiae Compendium &c. p. 74.
XII. S. Simperti vita, miracula, inuentio, translatio &c. Hiſtoria S. Narciſſi. Quae-dam de S. Vdalrico. Legenda S. Apoloniae. p. 76.
XIII. Hiſtoria S. Afrae. Vita S. Vdalrici. Catalogus Abbatum San-Vlric. p. 82.
XIV. Vitae S. Vdalrici, S. Simperti, S. Afrae conuerſio. S. Euſtachii et SS. paſ-ſio &c. p. 88.
XV. Vitae S. Vdalrici, S. Simperti, S. Afrae et Soc. paſſio &c. p. 92.
XVI. Vita S. Vdalrici, Legenda S. Narciſſi, Vita S. Bonifacii et Guilielmi. p. 93.
XVII. Vita S. Vdalrici, S. Brandani, Wiboradae, Margarethae, S. Afrae et Soc. Legenda &c. p. 94.
XVIII. Catalogus Abbatum San-Vlrican. p. 97.
XIX. XX. XXII. Pſalteria. p. 97. et 98.
XXIII. Miſſale. p. 99.
XXIV. et XXV. Pſalmi &c. p. 100. et 101.
XXVI.-XXXII. Reſponſorialia et Antiphonaria. p. 102. et 103.
XXXIII. Miſſale. p. 104.
XXXIV. et XXXV. Antiphonaria. p. 105.
XXXVI. XXXVII. Veſperae et Hymni. p. 106.
XXXVIII. Diuerſa ad diuini officii vſum. ibid.
XXXIX. Diuerſi tractatus. Chartae viſitationis pro parthenone S. Nicolai. S. Sim-perti vita. p. 107.
XL. Mellibeus &c. p. 108.
XLI. Alphonſi Regis dicta et facta. ibid.
XLII. Ordinarius in Deum. p. 110.
XLIII. Lumen Confeſſorum. Bulla Nicolai V. Literae Petri Epiſcopi Auguſt. et Iſi-dori Epiſc. Sabin. ibid.
XLIV. Decretales &c. p. 111.
XLV. et XLVI. Io. And. Nouellae. p. 112.
XLVII. Ioann. de Lignano lectura ſuper VI. Decret. ibid.
XLVIII. Caſus Summarii ſuper V. Decret. p. 113.
XLIX. Decretales. ibid.
L. Soltoro Con. de cap. firmiter ibid.
LI. Ordo iudiciorum. p. 114.

LII. et LIII. Libri Sententiarum cum Comment. p. 114. et 115.
LIV. Thomae de Bradwardin LL. III. contra Pelag. &c. p. 115.
LV. et LVI. Opuſcula aſcetica. p. 115. et 116.
LVII. - LIX. Summa Piſana. p. 116. et 117.
LX - LXIII. Quaedam S. Bernardi et aliorum Opuſcula. p. 117 et 118.
LXIV. Opuſcula aſcetica. p. 119.
LXV. et LXVI. Bernardi Tegernſ. tractatus. p. 120.
LXVII. S. Bernardini duo Sermones. p. 121.
LXVIII. et LXIX. S. Bonauenturae diuerſa Opuſcula. p. 121 et 122.
LXX. Diuerſi tractatus Iuris. p. 122.
LXXI. Summarium decretalium. p. 123.
LXXII. Contemplationes de paſſione Domini. ibid.
LXXIII. Dieta Salutis. &c. ibid.
LXXIV. LXXV. Nic. de Dinkelſpiel diuerſi tractatus. p. 124.
LXXVI - LXXVIII. Io. Gerſonis diuerſa opuſcula. ibid. et 125.
LXXIX - LXXXII. S. Gregorii M. dialogi et homiliae &c. ibid. et 126.
LXXXIII. Vocabularius. p. 127.
LXXXIV. S. Gregorii vita &c. ibid.
LXXXV. Sermones. p. 128.
LXXXVI. Vocabularius. p. ibid.
LXXXVII. Sermones. p. 129.
LXXXVIII. Itinerarium B. V. M. &c. ibid.
LXXXIX. Poſtilla &c. p. 130.
XC. Raym. Lulli liber de laudibus B. V. M. p. 131.
XCI. Lumen Confeſſorum &c. ibid.
XCII. Malogranatum. p. 132.
XCIII. Manipulus Curatorum &c. p. 133.
XCIV. Expoſitio miſſae. ibid.
XCV - XCVIII. Ioan. Nider quaedam opuſcula. p. 134 - 136.

Adpendix. p. 137.

NOTITIA
HISTORICO-LITERARIA
CODICVM MANVSCRIPTORVM
IN
BIBLIOTHECA
LIBERI ET IMPERIALIS MONASTERII
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTAE
ADSERVATORVM.

I.

7ilhelmi Wittwer Monachi San-Vlricani Catalogus Abbatum monaſterii SS. Vdalrici et Afrae. in 4. Codex Cartheaceus.

PRAEFATIO.

ntequam ad recenſenda Wilhelmi WITTWER *opera progrediar, quaedam de eius vitae cir-*
cumſtantiis praemittere neceſſum duxi. Eius memoriam quidem ante me Corbinianus
amm *et* Petrus Wagner *Caenobitae noſtri paucis admodum, necnon Cl. D.* Veithius *in*
phab. *I.* Biblioth. Auguſt. pag. 214. *et* ſeqq. *prolixius egerunt; ſed nullus eorum omnes*
ae circumſtantias a noſtro ipſo in vtrisque voluminibus deſcriptas, literariosque labores inſpe-
e, eiusque biographiam concinnauere.

Wilhelmus *noſter natale ſolum habuit Hoechſtadium vrbem ad Danubium ſitam. Natus*
ex patre Vdalrico *et matre* Anna *feria quinta feſtum Epiphaniae ſubſequente quinto Idus*
nuarii anno reparatae ſalutis 1449. *Anno aetatis ſuae ſeptimo viro valde honeſto ad addi-*
da chriſtianae vitae officia, et artes liberales traditus eſt. Studiorum diſciplinam addidicit in
nitatu Anhaltino tum Salfeldiae, tum Saruestae, in qua per ſex annos Martinum Polick *de*
llerſtat Friderici *Ducis Saxoniae Praeceptorem indiuiduum, et chariſſimum iuuentutis ſuae*
um, condiſcipulum et comburſalem habuit.

Anno 1469. *quinto Cal. Nouembris a* Melchiore Stamham *Abbate tunc Finningae com-*
ante in noſtri aſceterii gremium ſuſcipi ſupplex poſtulauit. Mox voti compos factus eodem
o XIV. Cal. Decembris monaſticam induit veſtem, transactoque ſub Joanne *de* Giltlingen
priore et Tyronum magiſtro ſacro tyrocinio, in feſto S. Narciſſi *Epiſcopi et Martyris anno*
o. *ſolita Deo nuncupauit vota. Ordines minores in eccleſia cathedrali idus Aprilis in vi-*
a Paſchae, et ſubdiaconatum idus Junii Dilingae ipſus Epiſcopus Joannes *de Werdenberg*
m anno 1471. *contulit. Eodem anno XI. Cal. Septembris* diaconatus, *et anno* 1472.
II. Cal. Martii presbyteratus ordinem in eccleſia S. Stephani *a* Jacobo *Suffraganeo Augu-*
o obtinuit. Sacerdotii ſui primitias nonis Aprilis in choro S. Vdalrici *omni ſolemnitate ſu-*
mo numini obtulit. Subin diuerſis eſt functus muneribus, nimirum anno 1472. Granarii,
73. Subprioris, 1484. *ſacrae ſupellectilis theſaurarii, quod ob ſubortas varias vexationes*

anno 1487. *libere abdicauit*, 1489. *cellarii*, *infirmarii et veſtiarii cura a viſitatoribus eidem commiſſa eſt. Ab anno denique* 1502. *vsque ad an.* 1506. *Prioris munia obiit. Annis demum ſexaginta tribus in vita transactis*, *vltima Aprilis die anno* 1512. *aeternitatem adiit*, *vti eius epitaphium in periſtylio noſtro adhuc extans ſequentibus verbis demonſtrat*:

Anno Dni. 1512. obiit Frater Wilhelmus Wittwer pſiter et monachus pridie Kl. maii cuius anima requieſcat in pace.

Vir erat, *vti ex eius ſcriptis iudicare licet*, *diſciplinae*, *et pietatis amator ſingularis*, *feruidus ſacrae ſupellectilis augmentator*, *praecipuus ſanctorum et ſacrarum reliquiarum cultor*, *infenſiſſimus otioſitatis inimicus*, *tempus aut legendo*, *venerandam antiquitatem perſcrutando*, *aut ſcribendo laudabiliter tranſigens. Scripſit et Breuiarium*, *et Miſſale pro ſuo vſu ſcribi curauit*; *diuerſa aduerſaria congeſſit*, *et multa indagine ex antiquiſſimis*, *vt ipſe teſtatur*, *librariae noſtrae libris Abbatum noſtrorum catalogum compilauit*, *opus*, *vt doctiſſimus* Veithius loc. cit. *ait*, non ieiunum, et exile, ſed copioſum, locuples, varium, in quo egregia Abbatum facta, *eorum etiam vitia*, *morum corruptionem*, *dilapidationes*, laudes virorum eius loci doctrina et morum ſanctitate illuſtrium, multaque alia huc facientia ex vetuſtis libris ac monimentis operoſe, improboque labore congeſſit, *laudans*, *quod laude*, *exprobrans*, *quod exprobratione dignum inuenit. Iam ad ipſum* Codicem *deſcribendum calamum promoueo.*

Codex hic praeſens ſpiſſus admodum tredecim ſupra trecenta numerat folia. Characteres aliquantulum pingues, et diſtincti ſunt. Charta firma quidem, ſed elegantia, ac albedine caret. Initiales literae, tituli, rubricae marginales, cuiusque capitis initium potiſſimum rubro colore ſunt exſcripta. Literae perpendiculares ſunt atramento ductae. Diſtinctionis ſignum nullum omnino occurrit. Verborum abbreuiaturae non ita frequenter animaduertuntur.

Huic operi praemittuntur quaedam de S. *Dionyſio* primo Auguſtanae vrbis Epiſcopo ab alia manu breuiter admodum conſcripta.

Autor noſter ſuum opus a Catalogo Abbatum monaſterii SS. *Vdalrici* et *Afrae* ſuccincte admodum in modum tabulae incipit. Eidem ſequentem praemiſit praefationem: *Hoc opuſculum breui ſuccinctoque ſermone Catalogum Abbatum huius incliti cenobii ſanctorum Affre et Vdalrici eorundem denique actis et geſtis partim inſertis complectitur. Exordium a primo Abbate ſumens M. duodecimo. Reginbaldus itaque primus huius inſignis loci a brunone Auguſtenſis dioceſis Epiſcopo duceque Bauariae Abbas conſtituitur* &c. Huic hiſtoriae ſequens legitur nota ſubiecta: *Celeberrimi huius Cenobii ſanctorum Affrae et Vdalrici in imperiali Ciuitate Auguſta ſiti omnium Abbatum nomina huic opuſculo vel tabule inſeruntur qui ab anno dominice incarnacionis Milleſimo duodecimo vsque ad annum Milleſimum quadringenteſimum nonageſimum ſextum prefatum Cenobium ſiue monaſterium rexerunt Ex quibus Reuerendus in Chriſto pater dominus Conradus Mörlin nacione Auguſtenſis ciuitatis in pretexato annorum curriculo vltimus huic prenominato monaſterio abbas quadrageſimus tercius preficitur.*

Catalogum praefatum per modum praefationis ad ſubſequens opus excipiunt ſequentia: nimirum Hiſtoria S. *Afrae*, *Hilariae*, totiusque familiae: de initio fidei Auguſtae et S. *Lucio*, de decem perſecutionibus vsque ad tempora S. *Afrae*: de ſtatu eccleſiae Auguſtenſis et diuulgatione fidei: de ſitu monaſterii ſeu eccleſiae S. *Afrae*, et de S. *Vrſo* Diacono: de diuerſis capellis: de deſtructione et combuſtionibus coenobii huius factis diuerſis temporibus: de praediis huic coenobio collatis: de priuilegiis canonicorum S. *Afrae*; de vnctione et electione regis *Pipini*; de Duce Baioariorum *Thaſſilone*: de *Brunone* Epiſcopo

ſcopo Auguſtenſi, Benedictinam familiam in S. *Afrae* eccleſiam introducente: de eiusdem morte et ſepultura: de S. *Henrici* Imperatoris, et S. *Kunegundis* Imperatricis donationibus monaſterio S. *Afrae* factis: Priuilegium *Conradi II.* Imperatoris *a*): Priuilegium *Conradini* Ducis Sueuiae *b*): de S. *Henrico* Imperatore: de S. *Vdalrici* Epiſcopi ſepultura, et mutatione nominis coenobii S. *Afrae*. Haec breui admodum ſtilo Autor noſter enarrauit notisque hiſtorico-criticis hinc inde illuſtrauit.

Huius initium ſequentis eſt tenoris: *Duracionem ſeu antiquitatem Cenobii ſanctiſſime Affre martiris in ciuitate Auguſta retie necnon aduentum ad noſtra loca conuerſionemque eiusdem ſancte Affre ſub quo denique imperatore paſſa ſit breuiori quo poſſum ſtilo perſtringam. Deinde ſuccinctim ſubiungam Catalogum Abbatum huius loci eosque ex ordine vsque ad noſtra tempora ſeriatim enumerabo &c.*

De Sepulchro et Epitaphio S. *Hilariae* matris S. *Afrae* ſequentia ſcribit:

Epitaphium ſepulchri ſancte Hylarie regine que fuit ſepulta vt pie creditur in eccleſia ſiue capella apoſtolorum Philippi et Jacobi vbi fuit domus eius et per beatum Narciſſum conſecrata licet nunc dicta ſit Capella ſancti Martini Turonenſis epiſcopi &c. Scriptura ſcilicet que continetur in lapide qui ſuppoſitus eſt ſepulchro in quo dicitur ſepulta ſancta Hylaria in ſuperiori parte circulariter hec eſt:

Olim regina cipri fuit hic re ſupina
Inde translata colitur in ſummo beata martir
Hylaria cum virgine ſancta Maria b) ambarum
Petimus iungi deo precibus M ſolum C quater
Lapis hic tenet II ſemel X ter

In lateribus eiusdem ſepulchri continentur hec nomina: Sancta Affra Sancta Hylaria S. Digna S. Eunomia S. Eutropia S. Agapa Sanctus Ciriacus S. Fidalphus S. Creſcentianus Sanctus Quiriacus S. Affer Sanctus Dyoniſius. Sed et arma ſunt depicta ad pedes ſepulchri ſunt duo leones cum duabus crucibus et duobus ſcaphis. De hisce omnibus altum eſt apud *Khamm* ſilentium.

Memorat etiam aliquod priuilegium: nimirum quod nulli Sacerdoti ſeculari in ſummo altari licitum fuerit celebrare, his verbis: *Altare vero principale . . . priuilegiatum vt nullus ſacerdotum ſecularium audeat celebrare in eodem altari niſi ſit epiſcopus et illud priuilegium obſeruatum eſt ab anteceſſoribus et ſenioribus huius Cenobii ſancte Affre vsque ad noſtra tempora videlicet ad annum domini* 1494. *ſtrictiſſime ſed a quo illud priuilegium venerit ſiue datum fuerit aut a papa ſiue ſancto Narciſſo aut alio neſcitur Hoc tamen ſcio quod illud priuilegium etiam habeatur in antiquis monaſteriis Alemanorum ſcilicet Ottenbeiren, Kempten, et aliis, qui etiam dicunt ſe neſcire occaſionem.*

Altero noſtrum monaſterium gaudebat priuilegio; nimirum Sacramentum extremae vnctionis in parochia San-Vlricana conferendi. De eodem ſic loquitur: *Extrema vnctio ſem-*

a) Priuilegium iſtud a *Corbiniano* KHAMM in parte Reg. *Hierarch. Auguſt.* p. 14 inſertum reperitur.

b) Ibidem p. 56.

c) Offa S. *Hilariae* in cathedrali eccleſia publicae exponi venerationi, *Khammius* P. I. *Hierarch. Auguſt.* p. 62. ſcribit. Ipſe Autor de eorundem inuentione et translatione paulo ſuperius ita ſcribit: *In geſtis Abbatis Eginonis et epiſcopi Hermanni legimus corpus beate Hylarie inuentum in eccleſia ſancte Affre, ſed quomodo ſit translatum ad matricem eccleſiam, non inueni.*

ſemper a fratribus adminiſtratur ab eis in Choro ſanćte Affre conſeruatur in ſignum, quod eis ius in parochiam competit d).

De primis Abbatibus vsque ad Eginonem.

Hiſtoria memorata abſoluta, mox ipſe Abbatum monaſterii SS. *Vdalrici* et *Afrae* Catalogus prolixiori ſermone conſcriptus ſequentibus verbis initium ſumit: *Incipit Catalogus abbatum monaſterii Sanćtorum Vdalrici epiſcopi Auguſtenſis et Affre martiris patronorum prefati monaſterii ordinis ſanćti benedićti ſeu nigrorum monachorum in Auguſta retie vrbe vere regia cuius monaſterii primus abbas dićtus fuit Reginbaldus vir ſanćtus vt infra dicetur.* Agit deinde Autor de Canonicorum ſeparatione, Monachorum Benedićtinorum introdućtione, S. *Reginbaldi* virtute ac morum ſanćtitate, quem tantum tribus annis noſtro praefuiſſe monaſterio, et poſtea nimirum anno 1015. a Canonicis eccleſiae Spirenſis vnanimiter, licet inuitum, in epiſcopum fuiſſe elećtum ſeu poſtulatum dicit *e*). Mortuum fuiſſe adfirmat anno 1039, quo etiam *Conradum* Imperatorem naturae debitum ſoluiſſe adſerit. Recenſet denique bona, ſeparatione Canonicorum fačta, noſtro monaſterio relićta.

Reginbaldo ſucceſſit *Dego* vir tam vitae ſanćtimonia, quam eruditione celeberrimus *Degoni* vnanimi voto anno 1018. *Gotisgenus* ſeu *Goſteging*, vir inter optimos Abbates numerandus, fuit ſubrogatus. Iſti anno 1019. *f*) *Frideboldus* vir praeclariſſimus, ab *Henrico II.* cui acceptiſſimus, et a confeſſionibus erat, multis bonis, et priuilegiis dotatus, ſuffećtus fuit.

Frideboldo fatis funćto, elećtus eſt Abbas anno 1030, alias 1031. *Henricus* Prior monaſterii, vir ſumma manſuetudine, et ſpeciali in pauperes beneficentia celebris, qui oblagium huius loci ſingulis annis in redditibus vnius librae denariorum ex paterna haereditate ditauit. Sub hoc Abbate *Wernherus Schafter* Monachus in monte S. *Georgii* cum Abbatis ſui facultate duas Miſſas ſingulis hebdomadis vnam in altari S. *Nicolai*, alteram in Capella S. *Agnetis* celebrandas, et eleemoſinam pauperibus erogandam fundauit, tribuens decem marcas argenti. *Khammius* de hac fundatione nullam fecit mentionem.

Sextus Abbas proclamatus eſt anno 1044. *Tieto*, iuxta alios *Theodo*, Vir, vt Autor ait, *Deo et hominibus gratiſſimus, prudens, iuſtus, caſtus, humilis, clemens et pius, pauperum pupillorum, ac viduarum, necnon fratrum ſuorum amabilis Patronus et Pater.* Subiecit poſt pauca: *Hic conſequenter occurrit conſiderare, quod predićti ſex Abbates ... fuerunt viri deuoti et omnibus hominibus accepti gubernauerunt hunc locum laudabiliter, vtiliter ac honeſtiſſime ſicut de ipſis inuenitur in antiquiſſimis libris ſcriptum noſtre librarie. Sed dubitatur immo ex toto ignoratur de eorum confirmatione ſeu conſecratione, vel qua die elećti fuerint excepto prout dićtum eſt ſupra de ipſis in ſpeciali.*

Anno 1050 *Adalbero* Vir apprime eruditus, ac agendi dexteritate clarus, S. *Agnetis* Capellam conſtruxit, primum Organum in templo poſuit, aes Campanum ſuſpendit, monaſterium extra ciuitatis moenia tunc exiſtens humili muro cinxit, concubinatum clericorum

d) Inſtrumentum Notariatus ſuper poteſtate ſacramentum extremae vnćtionis adminiſtrandi a Monachis noſtris in ſignum parochiae incorporatae in *Adpend. N. I.*

e) *Khammius* in *Hierarch. Auguſt. P. III, p.* 6. Anno 1015. *Reginbaldum* in Abbatem Ebersbergenſem cooptatum, anno 1029. a *Conrado* Imperatore II. in Abbatem Laurishaimenſem, et anno 1033 in Epiſcopum Spirenſem concordi Cleri Nemetum ſuffragio elećtum, ſcribit.

f) *Khamm* anno 1020.

rum extreme perſecutus, ideo ab Auguſtanis infeſtatus, Romam profectus eſt, et apoſtolica autoritate firmatus rediens in itinere III. nonas Auguſti anno 1065. diem clauſit extremum. Sub eodem, ipſo et conuentu San-Vlricano conſentiente, monaſterium cum omnibus hortis intra vrbis moenia receptum, S. *Afrae* corpus et S. *Eutropiae* inuenta, Lici telonium ab *Eberhardo* Epiſcopo dono datum, et a *Henrico* Epiſcopo oblationes factae ablatae, vterque chorus oblationum cauſa monachis interdictus fuit. Cum huius Abbatis hiſtoria a *Khammio* non ſatis luculenter fuerit enarrata, ideo integram ob magnum eius momentum in *Adpendice N. II.* exſcribam.

Mortis *Adalberonis* nuntio Auguſtam delato, *Embrico* Epiſcopus anno 1062. g) monaſterio noſtro quemdam Nouitium *Dietmarum* ſeu *Theodomarum* nomine praefecit. Ait Autor: *nec dignus memoria praefuit huic loco annis decem et octo cum dimidio; vtinam profuiſſet. Obiit Cal. Decembris* 1080. *in ambitu noſtro ſepultus.*

Animaduertit Autor, *Embriconem Epiſcopum ad opus eccleſiae perficiendum ſibi tria concedi de oblatis ſanctorum petiiſſe, ſcilicet pecuniam, ceram, et pectora, quibus conceſſis et templo perfecto quaeque ex integro retinuit nec reddidit, vt promiſit.* Enarrat deinde ſacra ornamenta ab *Embriconis* matre eccleſiae noſtrae oblata, et praedia a quibusdam nobilibus eidem tradita.

Dietmaro anno 1080. ſucceſſit *Sigehardus*, Vir honeſtae vitae, in ſpiritualibus ſtrenuus et deuotus, in temporalibus prouidus, vtilis et fidelis. Hic Canonicis cathedralis eccleſiae memoriam S. *Vdalrici* eiusque parentum in eiusdem ſancti profeſto in noſtra eccleſia celebrantibus duas vrnas vini italici et ſexaginta duas ſimilas panis dare inſtituit. Prouentus monaſterii adauxit, et duas coemit hubas Bobingae vnacum eccleſia et tertiam in Actenhouen, quas ad domum hoſpitalis ſiue eleemoſinae dedit, ea conditione, vt exinde prouiſor ſeu procurator eiusdem dominis noſtris in anniuerſario ipſius beneficium ſiue ſeruitium charitate plenum annuatim miniſtraret h). Sub eodem Canonici maioris eccleſiae in feſto patronorum digniſſimum hunc locum viſitare, veſperarum et miſſarum ſolemnia deuote peragere coeperunt; immo tantam in ſanctorum patrociniis fiduciam reponebant, vt ſacrae quadrageſimae abſtinentiam diffiderent ſufferre poſſe, niſi cinerum die prius hunc locum deuote viſitarent i). Agit deinde de inuentione Sanctarum *Dignae*, *Eunomiae* et *Eutropiae* k). Idem Abbas quemdam religioſum Laicum in Hiſpaniam ad Epiſcopum Gerundenſem *Berengarium*, pro impetrandis reliquiis S. *Narciſſi* Apoſtoli Auguſtani et *Felicis* eius Diaconi, necnon ad genuina S. *Afrae* acta conſequenda miſit. *Berengarius* vnacum reliquiis et epiſtolam, quam *Khammius P. I. Hierarch Auguſt. p.* 70. inſeruit, ad *Sigehardum* miſit.

Mortuo *Sigehardo* Abbatiae praeficitur ab *Hermanno* Epiſcopo anno 1095. l) *Hartmannus*, Vir prudens et inſignis; quia vero fratribus ſe haud acceptum nouerat, et Epiſcopum Schiſmaticum fugere volebat, duobus poſt annis, depoſito abbatiali munere ad ſuos rediit. Scribit Autor, deinde monaſterium rexiſſe Gottwicenſe, vbi etiam, poſtquam in Danubio ſubmerſus periit, ſepultura donatum adfirmat m).

 Rece-

g) Legi debet iuxta priora 1065.
h) De hac fundatione nihil in *Khammii* Hierarchia reperitur.
i) *Khammius* etiam de his ſilet.
k) *Khammius* inuentionem iſtam ſub *Abbate Adalberone* factam enarrat.
l) *Khamm* 1094.
m) *Khammius*, *Hartmannum*, relicta noſtri monaſterii adminiſtratione, anno 1096. Campidonam ceſſiſſe, paulo poſt Gottwicum reuerſurum in Danubio ſubmerſum, Campidonam reportatum, ibique ſepultum, ſcribit.

Recedente *Hartmanno*, idem Epiſcopus Schismaticus *Berengarium* Fuldenſem Monachum, Virum admodum ſimplicem *n*) in eiusdem locum ſuffecit. Aſt a fratribus ſpretus, et ab epiſcopo multa aduerſa perpeſſus, poſt abbatiale vndecim annorum regimen, ad ſuum monaſterium rediit, vbi etiam ſepultus dicitur.

Reuerſo etiam *Berengario*, *Hermannus Guntherum* Monachum Weſſofontanum ſubrogauit, qui tamen poſt annum cum dimidio cum fratribus ſecum adductis domum reuerſus eſt.

De Eginone, Wollemaro, et Vdalſcalco.

Amotis itaque tribus praefatis Abbatibus, ab Epiſcopo Schismatico contra canones intruſis, Monach San-Vlricani eligendi libertate gaudentes, *Eginonem* confratrem ſuum in Abbatem elegerunt anno 1109.

Is tunc temporis ob turbationes ex violenta Abbatum intruſione et ſchismate ortas, et ad diſciplinae regularis ſcientiam addiſcendam, in monaſterio S. *Blaſii* in ſylua Hercinia ſito ſe detinebat. Quisnam hic Vir tam vitae ſanctitate, quam doctrina, et ſimoniacae labis odio praeclarus fuerit, quaenam aduerſa perpeſſus, breui ſtilo deſcribit. Inſtituit feſtum inuentionis S. *Afrae*, feſta Sanctarum *Hilariae*, *Dignae*, *Eunomiae*, et ſanctorum Patronum tam Martyrum, quam Confeſſorum: inuentionem etiam S. *Dionyſii* primi Epiſcopi, et S. *Quiriaci* cum aliis viginti quatuor Martyribus procurauit. Acquiſiuit quoque reliquias de vndecim millibus virginum. Inſtruxit diſcipulos Abbatiali honore poſtea inſignitos.

His breuiter enarratis, vitam B. *Eginonis* et controuerſiam *Hermannum* Epiſcopum inter et Abbatem ab *Vdalſcalco Eginoni* contemporaneo, itineris ſocio et eiusdem ſucceſſore deſcriptam, necnon Epiſtolas *Paſchalis* Papae quinque, *Arnoldi* Archiepiſcopi Moguntini tres, et ipſius *Eginonis* quatuor inſeruit. Cum eadem integra in *antiquis Lectionibus Henr.* CANISII *T. II.* Ingolſtadii in 4to. impreſſis, et in noua earundem editione a *Samuele* BASNAGIO adornata, *T. III. P. II.* inſerta habeantur, eorundem recenſioni non immoramur.

Clariſſimus *Franc. Antonius* VEITH *o*) errore inductus adnotauit, Autorem noſtrum narrationem memoratam non *Vdalſcalco*, ſed *Eginoni* ipſi attribuiſſe; nam Autor narrationis prologo ſequentia praemiſit: *Si quis autem plenius vult agnoſcere appellationem eiusdem patris Eginonis contra Schiſmaticum Auguſtenſem Epiſcopum et eius labores ac ſanctitatem ipſius, legat eius dulciſſimam hiſtoriam ac perutilem, quae a ſocio et comite indiuiſo, ſucceſſoreque eius Vdalſcalco conſcripta eſt, quae ſequitur infra immediate* Narratione *Vdalſcalci* completa, ſequitur alia compendioſa vitae *Eginonis* hiſtoria, in cuius fine verba, quae a Cl. *Veithio* pro ſuae opinionis confirmatione adducta ſunt, reperiuntur. Eadem, vtpote inedita, in *Adpendice N III.* legi poterit.

Vdalſcalco indiuiduo *Eginonis* Comite domum reuerſo, triſtique de eiusdem morte nuntio facto, fratres anno 1122. *Wolemarum* Virum tam doctrina quam vitae ſanctimonia vltra alios ſuae aetatis illuſtrem elegerunt, eoque anno 1126. rebus humanis exemto, *Vdalſcalcus* claues monaſterii obtinuit.

Natus Auguſtae, in noſtro aſceterio educatus in virum euaſit eximium, et in ſpeciale ordinis noſtri decus; quippe in ſacris literis ſatis erat eruditus, et inter egregios ac doctos merito numerandus, necnon in muſicae artis peritia vltra omnes excreuit. Compoſuit

n) *Khammius*, illum virum eximii ingenii et prudentiae depraedicat.
o) Alphabeto I. Biblioth. Auguſt. p. 206.

ſuit cantum de S. *Afra*, et S. *Vdalrico* quem *Gebhardus* Germaniae legatus confirma-
t, et apud nos decantari mandauit. Sequitur dein eiusdem *Gebhardi* diploma ad *Vdal-
licum*, et noſtros datum, quod in *Khammii Hierarch. Auguſt. P. II. p.* 240. et Cl. *Veith
lphabeth. I. Bibl. Auguſt. p.* 209. inſertum legi poterit. Recenſet tunc quaedam a no-
o compoſita, quae ſequentia ſunt: nimirum *Hiſtoria* S. M. *Magdalenae*, in cuius hono-
m altare erexit; Vita S. *Adalberonis* Epiſcopi, Epitaphium B. *Eginonis*, liber de *arte mu-
a*, *carmina*, quibus monaſterium et ſepulturas Abbatum et fratrum inſigniuit, et alia,
ibus vela quadrageſimalia exornauit.

Deinde noſtrum ob diſciplinam ſchismatis tempore pene delapſam iterum reuocatam
udat. Sub eodem *Conradus* Marchio de Tuſcia praedium in Butenhuſen cum molindi-
S. *Vdalrico* tradidit, eamque traditionem *Henricus* Rex anno 1137. confirmauit. *Her-
mnus* eccleſiae Cathedralis cuſtos in noſtro monaſterio Monachum induit, et praedium
Gozwolshouen eidem contulit. Diem ſupremum egit Abbas praeclarus anno 1149, in
nbitu noſtro ſepultus. Sequitur dein eius Epitaphium a *Khammio loc. cit.* et a Cl. *Vei-
io* adductum.

Epitaphium excipiunt quaedam conſtitutiones, et alia geſta: imprimis conſtituit, vt
o quolibet huius loci defuncto ſacerdotes ſeptem Miſſas et ceteri tria pſalteria dicant:
o eo, qui nondum octo annis in noſtro monaſterio vixit, tres miſſae, et vnum pſalte-
ım, pro illo vero, qui ante habitus adſumtionem mortuus, et monaſterio beneficia
ntulit, vna miſſa a ſingulis et quinquaginta pſalmi dicantur. Iniit foedus cum mona-
riis tum Auguſtenſibus, tum exteris. Luminaria etiam in quibusdam locis comparauit.
llam Winterhaim vendidit, et pecunia inde ſoluta curiam et vineta Herbipoli emit &c.
emit etiam duo praedia in Iſingersdorf et in Aitingen, et ea ad hoſpitalem domum
didit, vt exinde in aniuerſario ſuo ſeruitium plenarium dominis noſtris miniſtraretur.

Autor noſter recenſet diuerſa ab *Vdalſcalco* compoſita: nimirum *Spaeram*, quasdam
ntentias ex Scriptura deſumtas, quae in dextra et ſiniſtra Capituli parte reperiebantur,
rmina in monaſterio, ante dormitorium &c. inſcripta, quae in *Adpendice N. IV.* refe-
mus. Deſcribuntur deinde vela ab illo comparata et in eccleſia adpenſa, vna cum car-
inibus et ſententiis in iisdem repertis. Vnicum exemplum hoc loco adponere, non alie-
ım a propoſito erit.

*Metra, quae ſcripta ſunt in velo ſuperiori in choro ſancta Afrae; hoc eſt, in choro Prio-
r prope ſacriſtiam verſus ciuitatem in ſuperiori parte eiusdem veli.*

Vt lex acceſſit hominem magis ira laceſſit
Dum reus arcetur veniam nec culpa meretur
In gladio durat bona ſed ventura figurat
Virtutum venis ſteriles virgis duodenis
Per nuclei florem viridem cognoſce pudorem
Denique portatur botrus archa fidesque notatur
Vnde coronatur qui martirio coronatur
His ſyon armatur domus eccleſie decoratur
Que bona credebant patres vmbroſa videbant
Certa fides duxit quibus intus gratia luxit.

Sequuntur figurae.

Lex

Lex tenet gladium dicens	*Ego occidam.*
Vetus teſtamentum	*Kitera occidit.*
Sinagoga	*Dereliquit me dominus.*
Iuſtitia tenet libram	*Deus iudex iuſtus*
Iudicium tenet flagellum	*Iudicia domini vera.*

Deſcriptione velorum finita, adiecit Autor noſter: *Explicit p. f. Wilhelmum Witi ipſa die ſancti Silveſtri pape anno domini* 1493. Deinde ſequitur Autoris deſcriptio ec ſiae, figurarum et imaginum in feneſtris depictarum. ' Meminit etiam dedicationis ec ſiae ſub *Henrico III.* Abbate ab Archiepiſcopo Moguntino *Conrado*, cooperantibus epi pis *Vdalſcalco* Auguſtenſi, *Ottone* Friſingenſi, *Hermanno* Monaſterienſi, *Ottone* Areat *Bertholdo* Treuirenſi. Figurarum deſcriptioni ſubiecit ea, quae de Abbate noſtro *S mundus* MEISTERLIN et *Petrus* WAGNER Monachi San-Vlricani ſcripſerunt.

Huius Abbatis doctiſſimi, ac ſcriptorum eius praeter domeſticos ſcriptores memi *Piſtorius p*) *Caſparus Bruſchius q*) *Albertus Fabricius r*) Hiſtoria literaria Ord. S. B dicti *s*) Cl. *Veithius t*).

De Hezilone, Vdalrico I. Henrico II. Manegoldo et Henrico III.

Defuncto *Vdalſcalco*, anno 1149. *u*) ſucceſſit *Hezilo*, vir religione ſtrenuus et in teriori cura per omnia prouidus. Comparauit molendinum in Lebezingen, et praec in alpibus ad Luiboſt. Optime de noſtro monaſterio meritus mortuus eſt anno 1164. XII. Febr. relictis 40. talentis ad comparanda praedia, ex quorum redditibus pro eius anima niuerſarius celebrari poſſet.

Sub eodem Abbate Epiſcopus Auguſtanus *Conradus* de *Lizelſtein*, epiſcopatu reſi to, in noſtro monaſterio monachalem adſumſit habitum, donat eidem decimationes gum et porcorum in via regia, quam donationem *Adrianus* Papa VI. bulla anno 1 confirmauit.

Hezilone humanis rebus valedicente vnanimibus votis anno 1164. electus eſt *Vi cus* de *Biberbach*, vitae honeſtate et religione celebris. Feſtum Annuntiationis B. V ſolemni ritu celebrari, et per quadrageſimam pſalmos poenitentiales a fratribus dici i In anniuerſario *Rapotonis* Comitis Palatini et *Vlrici* Comitis de Vinningen dominis n charitatem dari praecepit. Sub eo duo officiales *Conradus* primo ſacri ſuppellectilis ſaurarius dein Cellerarius, qui curias paſcuales in Haunſtetten et Rogenwiler conſtr et *Hartwicus* Praepoſitus claruerunt, poſterorum memoria digni. Obiit Abbas IV. n Martii anno 1172. Eidem eodem anno, iuxta alios 1175. *x*) ſucceſſit

Henricus de *Mayſach*, virtute, et ſcientia praeclarus. Sicut *Vdalſcalcus* chorum S *rae*, ſic iſte illum S. *Vdalrici* picturis et aulaeis decorauit, iſtas vero poematis, lemn que exornauit. Recenſentur aulaea et picturae, earum explicatione addita; lemmata et poemata adducuntur. Exempli gratia vnicum hic adponam. Prima figura coel Ierufalem, et Chriſtum ſedentem, cum ſeptem ſpiritibus &c. repraeſentat. In iſt quens carmen legebatur:

p) Script. rer. German. T. III. p. 675.
q) In Monaſteriolog. p. 137.
r) In Biblioth med. et infim. latinit.
s) Tom. IV. p. 315. t) Alphabeto I. Biblioth. Auguſt p. 200.
u) *Khamm* 1148. x) *Khamm* 1174.

Eſt ſtola prima quies, anime carne ſecunda
Spiritus inſpirat mens vt bona tanta requirat
Rex vbi celeſtis dat gaudia ciuibus iſtis.
Septennis gradibus patrie via ſcanditur huius
Et deſignati gradibus ſunt octo beati
Hec requies eſt vera dies qua carne recepta
Fulgent doctores quorum penſate labores
Lumbis precincti ſunt agni ſanguine tincti
Hinc expectantes dominum vigiles et amantes
Pulſanti pandunt regno diſcumbere ſcandunt
En redit e celis quo gaudes ſerue fidelis
Amodo regnabis poſt premia non remeabis.

In vno aulaeorum ſequenti verſu nomen ſuum manifeſtauit Autor:

Ad laudem ſanctis Heinrich opus hoc dedit iſtis.

Idem Abbas *Abecedarium Salomonis* S. *Galli* Abbatis, poſtea Epiſcopi Conſtantienſis onſcribi ad honorem S. *Afrae* anno 1175. curauit. In eiusdem ſanctae feſto Canonicis cleſiae Cathedralis duas vrnas vini dari conſtituit. Decreuit etiam, vt ex praediis in olzhauſen, in Erringen, Schoenenberg, et Bridrichingen ab *Hartwico* noſtri monaſterii lonacho eiusque fratre *Friderico* comparatis, pro eodem eiusque familia, ex praedio in atzenhouen pro *Manegoldo* tunc Priore, poſtea Abbate, et ex praediis in Hurlach pro anniuerſarii celebrentur, porrecta fratribus charitate. Illo tempore officiales: nimirum amerarius, Eleemoſinarius, Cellerarius, Magiſter hoſpitium, Praepoſiti Sueuiae, et aioariae proprias circa monaſterium habitationes habebant. Sub eodem *Welfo* Marchio ıſciae et Dux Spoleti duas villas in Möringen, necnon eccleſiam et molendinum in Ta- brechtshouen dono dedit.

Anno 1178 — iuxta *Khammium* 1179 — Abbatialem dignitatem obtinuit *Manegol-s*, qui pene quinquaginta annis Prioratum omni laude adminiſtrauit. Statuit, vt in imo anniuerſario fratrum quisque ſacerdotum miſſam; ceteri pſalmos poenitentiales o eis perſoluerent, et duodecim panes et totidem potus cereuiſiae pauperibus diſtribue- ntur, et prebenda fratribus defunctis per annum et in eorum anniuerſario dari ſolita uperibus deſignatis preberetur, vt ipſa die pauper vice Chriſti pro fratris anima conſo- etur: item vt in honorem omnium ſanctorum et in vigilia ipſorum triginta panes et gulis quadrageſimae diebus duodecim darentur, et ſabbatis vinum propinaretur. Anni- rſarium pro eiusdem anima a ſucceſſore ſuo fundatum confirmauit. Sub eodem anno 83. flamma monaſterium vnacum eccleſia in cinerem redegit. Obiit anno 1183, iux- alios 1184.

Manegoldo ſubrogatus eſt *Henricus III.* vir tam virtute quam ſcientia clarus. Eccle- m extruxit: feſtum Conceptionis B. V. M. omni ſolemnitate peragi iuſſit, et inde fra- bus ſeruitium dari mandauit: S. *Vdalrici* Translationem promouit: memoriam beato- m parentum eiusdem ſancti, et Abbatum *Sigehardi* et *Vdalſcalci* celebrari praecepit et iuilegio confirmauit: diem etiam depoſitionis SS. *Simperti* et *Adalberonis* cum dimidio ento de redditibus pontis Lici celebrari inſtituit, ſolatio pro fratribus conſtituto: Com- emorationem omnium fratrum noſtrorum defunctorum proximo die poſt feſtum S. *Vdal- i*, et in vigilia S. *Afrae* fieri indixit: Canonicis eccleſiae Cathedralis in feſto S. *Vdal-*

 rici

rici duodecim ouinas frixillas recentes miniſtrari decreuit *y*) hiſtoriam ſcholaſticam, et chronicon ſcribi iuſſit: monaſterium e fundamentis erexit, ac eccleſiam nouiter aedificatam, vt iam ſub *Vdalſcalco* memoratum eſt, dedicari curauit. Dedicationi interfuit *Fridericus I.* Imperator cum tribus ſuis filiis, et corpus S. *Vdalrici* cum tribus epiſcopis ad depoſitionis locum humeris ſuis deportauit. Anno 1188. — iuxta *Khammium* anno 1190 — in feſto Conceptionis B. V. M. pie in domino obiit, fundato prius pro anima ſua anniuerſario ex praediis in Schneidbach et Griesbach. Praedia plura, quae pene fuerant alienata, emit, et redemit. Sub eodem S. *Bartholomaei* eccleſia ab Epiſcopo Auguſtano dedicata eſt.

De Erchenboldo, Vdalrico II. Henrico IV. Theodone, Luitfrido, Hildebrando, Gebwino, et Theoderico.

Henrico e viuis ſublato, anno 1188 alias 89. *z*) ſuccedit *Erchinboldus*, vir elegantis formae, omnique morum adornatus honeſtate, qui rem praecipue oeconomicam maxime promouit. Quippe iam ſui regiminis initio quadringentorum talentorum debita a ſuo praedeceſſore contracta perſoluit, ambitum muro et lapideis columnis cinxit: Crucem auream pretioſis gemmis et SS. reliquiis inſigniri, cannam auream et argenteam ad percipiendum ſanguinem Domini fieri curauit, plura praedia in diuerſis locis, opitulantibus *Steuinone* Camerario, et *Hermanno* Sueuiae Praepoſito comparauit. Anniuerſarium pro anima ſua, et *Conradi* de *Erringen*: item omnium fidelium defunctorum ex praediis in Bobingen, et Guggenried fundauit. Feſta S. *Antonii*, S. *Joannis* ante *portam latinam*, SS. *Henrici* et *Chunegundis*, S. M. *Magdalenae* cum cantu ab *Vdalſcalco* compoſito, et anniuerſaria *Friderici I.* eiusque coniugis *Beatricis* aliorumque benefactorum ſolemniter peragi conſtituit, et in ipſis charitatem fratribus ab officialibus adminiſtrari iuſſit. Obiit anno 1197. alias 98. — iuxta *Khammium* 1200. — VI. Cal. Febr.

Erchinboldo mortales exuuias deponente, *Vdalricus* Coenobii Prior vir decrepitae aetatis anno 1197. vnanimiter Abbas electus eſt. Aurea tabula, a S. *Adalheide* huic S. loco dono data, vendita praedium in Laimeringen ab *Ottone* Comite Palatino eidem loco traditum, ſed pro 70. libris argenti oppignoratum, redemit, et praedium in Gregenhouen comparauit, conſtituto S. *Adalhaidis* feſto, et anniuerſario pro *Ottone*. Nocturni Chori rigorem ad quorundam Praelatorum petitionem a feſto Sanctorum omnium vsque ad tempus Paſchale temperauit. Anniuerſarium pro ſe et ſororibus ſuis fundauit. Senio confectus paſtorali ſe cura abdicauit, et obdormiuit in domino pridie idus Aprilis anno 1211. Sub eodem *Luitpoldus* Aduocatus 20. talenta et *Luitfridus* de Steindorf 30. et 6. libras argenti pro anniuerſariis celebrandis obtulere. *Vdalrico* ſubrogatus eſt anno 1204.

Henricus de *Belsheim*, vir bonae conuerſationis et famae, erga omnes affabilis, magis amore quam timore ſuos regere quaerens. Pro ſe et pro pluribus aliis benefactoribus anniuerſaria non tamen ſine fratrum ſolamine celebrari inſtituit. Comparauit etiam plura praedia. Pro plebano prouentuum acceſſionem a *Sifrido* Epiſcopo obtinuit. Lumen etiam in periſtilio nocte arſurum ex curia in Dunnenpiunt inſtituit, ex eodemque in anniuerſario Praepoſiti *Adalberti* charitatem fratribus praeberi mandauit. Debitum naturae perſoluit anno 1216. X. Cal. Martii.

Eo-

y) *Khammius* ſilentio hanc ordinationem praeteriit.
z) *Khamm.* 1190.

Eodem defuncto fratres in Abbatem poſtularunt *Diethonem* Monachum Faucenſem, rum prouidum in temporalibus et ſpiritualibus, ac probitate conſpicuum, cui anno 1225. ceſſit

Luitfridus, vir diſcretus, modeſtus, humilis, ac deuotus, in temporalibus prouidus, parcus erga diuites et potentes, ſed erga pauperes mitiſſimus: qui anno 1230. munere batiali reſignato, anno 1232. diem ſupremum obiit.

Luitfridum ſequebatur *Hildebrandus*, vir prouidus, honeſtus et deuotus. Exceſſit e vi- anno 1243. Idem Abbas *Adilberti* Prioris, viri tam eruditione, quam praeclariſſimis ſtis praeclari — De eiusdem ſcriptis alibi agemus — teſtamentum confirmauit. Huius nfirmationis inſtrumentum in *Adpendice N. V.* referemus.

Anno 1243. in Abbatiae dignitatem ſuffectus eſt *Gebwinus* de *Thierhaim*, vir acer genii, religione ſtrenuus et deuotus, in quem *Wernherus* de *Weldin* cum aliis Monachis, goris monaſtici impatientibus ſurrexit, et tamdiu agitauit, donec pacis amore, et ne ſcordia monaſterii bona dilaberentur, pertaeſas admodum abbatiales curas anno 1266. eponeret. Anno deinde vix elapſo aeternitatem adiit. Sub eodem *Henricus Burſner* ſo- mnem octauam S. *Vdalrici*, et *Hermannus* Decanus Eccleſiae S. *Mauritii* feſti S. *Serua- i* celebrationem fundauere *a*).

Gebwino vltro reſignante, Epiſcopus Auguſtanus *Hartmannus* noſtro monaſterio prae- cit anno 1266. *Dietricum* ſeu *Theodericum* de *Roth*, Monachum Einſiedlenſem, virum uidem bonum, ſed ſimplicem, qui iuxta poſſe ſuum bene monaſterium adminiſtrauit. efunctus eſt anno 1288. nonis Maii, et in ambitu ſepultus. Tempore huius Abbatis agna Auguſtae pars igne conſumta. De hac combuſtione ſequens carmen compoſitum abetur:

Annis millenis transactis atque ducentis
Ac octoginta ſolo minus atque ſecunda
In Pentecoſte feria ſuccenduntur alta
Vrbs Auguſta bira que multos ſuffocat ira.

De Sibothone, Henrico V, et Marquardo.

Theodorico e viuis ſublato, ab omnibus Capitularibus in Abbatem anno 1288. electus t *Sibotho* e nobili Auguſtanorum familia de *Stolzhirſch*. Sed non diu in quieta ſuae dig- tatis poſſeſſione erat; Epiſcopus enim *Wolfardus* neo-electum eadem dignitate exuere tuit, ſed cognatorum ſuorum autoritate ſuffultus quatuor annos in eadem permanſit; ndem rerum circumſtantiis, et inuidiae cedens anno 1292. libere illam reſignauit; et munus ſacrae ſupellectilis Theſaurarii reuerſus, eodem 23. annos functus; ac anno 15. aeternitatem adiit.

Tempore huius Abbatis Iudaei in Pacherat et Monachii duos Chriſtianos occiderunt, rum ſanguine ad medendum vſuri.

In *Sibothonis* locum anno 1292. omnium fratrum votis ſuffectus eſt *Henricus* de *Hu- nanch* aliis *Hügnanc*, vir largus et pius fratrum pater. Viginti et duobus annis in lau- bili monaſterii adminiſtratione transactis, animum *Friderici* Epiſcopi ſibi infenſum ſen- ns anno 1315. claues monaſterii depoſuit, ſequentique anno XV. Cal. Julii deceſſit.

 Autor

a) *Khammius* has fundationes ſilentio praeteriit.

Autor noſter iſtius temporis geſta pedeſtri ſermone deſcripta inſeruit ſequenti tenore.

Annis millenis cum nonis atque trecentis
Tunc homines multi ſunt effecti peregrini
Annis millenis transactis octo ducentis
Et nonaginta proceſſi martiniani
Preualet Albertus rex lite necatur Adolfus
Millenis trecentenis bis quatuor annis
In Maio menſe rex Albertus perit enſe
Perque ducem Sweuum Johannem rumor in euum
O Deus hoc factum furtim fuit in padis actum
Feſtum Walpurge facit hoc facinusque rotare
Chriſtus ab eternis defendat eum modo penis.

Aliud Carmen de Henrico Imperatore.

Iure dolet mundus quod Jacobita ſecundus
Iudas nunc extat mors ceſaris hoc manifeſtat
Dum fuerint anni transacti mille trecenti
Et decimi trini craſtino ſancti Thymothei
Occidit Henricus infectus thabe veneni
Glorius Imperator germane Gentis amator
Iuſtitie cultor viduarum ſtrenuus vltor
Chriſtus ab eternis defendat eum modo penis.

De Imperatore iſto ſequentia memoriae digna enarrat Autor: Eum in lege quadam ab illo ſancita confiteri, *Filium Dei et Spiritum S. a Patre procedere:* Siciliae regem leſae Maieſtatis reum declaraſſe, et ad capitis poenam condemnaſſe, regem autem, Caeſare mortuo, a *Clemente* Papa V. fuiſſe abſolutum, et Caeſarem periurum enuntiatum, et plura alia. Eodem tempore in Concilio Viennenſi a *Clemente* Papa Templariorum ordinem fuiſſe extinctum, et eorum magiſtrum combuſtum ſcribit.

Henrico a *Friderico Speth* Epiſcopo Auguſtano eius Amitae filius, Ordinis Praedicatorum Alumnus *Marquardus* de *Hageln*, vir *magnificae bonitatis* et literarum ſcientia ſatis eruditus ſubrogatus eſt. Huic Viro ab Autore noſtro librorum ad Praedicatorum monaſterium translatio imputatur. Obiit in die Aſcenſionis Domini anno 1334. — iuxta *Khamm* 1333. —

Sub eodem ſacrae Suppellectilis Theſaurarius fratribus charitatem praeſtare debuit feria quarta Cinerum, in die Paraſceues, in feſtis Diuiſionis Apoſtolorum, S. *Jacobi*, S. *Matthaei*, et S. *Martini*, et in Anniuerſariis quorundam benefactorum. Fundatae ſunt etiam miſſae in Capella SS. omnium, et de S. Spiritu in Crypta S. *Vdalrici*.

Ludouicus IV. Romanorum Rex Abbatem noſtrum in Capellanum recepit, monaſterium in ſpeciale tuitionis et protectionis, priuilegio deſuper dato, adſumſit praeſidium, et ab omni iurisdictione exemit *b*). *Fridericus* Epiſcopus noſtro monaſterio eccleſias parochiales in Oberndorf, Tabretshofen, Heder, et Inningen cum omnibus fructibus et redditibus incorporauit.

De illius temporis geſtis ſequentia Autor inſeruit carmina:

Anno

b) Priuilegium in Hierarch. P. III. p. 59. inſertum inuenitur.

Anno milleno tripli CCC viginti et vno
Luce Johannis et Pauli ſol mane patebat eclypſim.
Anno milleno ter CCC bis X que ſecundo
Quando Wenezlai clerus canit o adonay
Tunc rex Ludwicus confluxit cum Friderico
Quem captauit auſtralis et ſuperauit
In truſint duxit vbi longo tempore luxit
Ad caſtrum duxit vbi multo tempore manſit
Sed locus hec acta prope quem ſunt omnia facta
Müldorff eſt dictus vbi flumen circuit enus.
Annis ter denis minus octo mille trecentis
Actis Ludwicus vincit capitur Fridericus
Ante diem feſtum michahelis quod ſcio geſtum.

De Conrado I. Ioanne I.

Marquardo e viuis ſublato, vnanimi voto Abbas electus eſt *Conradus Winkler* patria Auguſtanus, cuius hiſtoriam his verbis conſideratione dignis Autor incipit: *Nutabat loci illius ſtatus iuxta fortune ludum iam ſe in temporalibus eleuans nunc depreſſus paupertate iacebat Nam dum ſpiritualia negligerentur in quibus Deus colitur ipſi ſe ſpernentes reddebant ignobiles tandem cum monaſterium valde ad paupertatem fuiſſet deductum denudatumque ornamentis eccleſiaſticis ſuccedit ac eligitur nouus reparator vir ſciencia et prouidencia induſtrioſus conuentualis huius cenobii pater Conradus cognomine Winkler ciuitatenſis.*

Hic praecipue Imperatoris *Ludouici* gratia fruebatur; nam iſte *Conradum* in Capellanum et in Patrinum recepit, ſuamque conſcientiam credidit, atque monaſterium, eiusque bona in ſpecialem ſuſcepit protectionem.

Sub eodem flamma ſubito excitata monaſterium et eccleſiam deuorare minitans, per S. *Afrae* et SS. Patronorum noſtrorum interceſſionem extemplo ſopita eſt, in cuius beneficii perpetuam memoriam religioſus Abbas in Sanctorum iſtorum honorem proceſſionem Dominica ante Aſcenſionis Domini feſtum celebrandam inſtituit. Aedificia noſtri Aſceterii aut e fundo excitauit, aut reuouauit, murisque vndique cinxit. Feneſtras imaginibus, figuris, ac ſcripturis exornatas confici curauit, quae tamen a ſuo ſucceſſore fuerunt erectae. Deſcribuntur feneſtrarum figurae. Comparauit etiam pretioſa, figurisque exciſis decorata ſedilia tam pro S. *Vdalrici* quam S. *Afrae* choro. Prolixius Autor eadem adumbrare ſtuduit. Tunc enarrat omnia aedificia ab illo vel conſtructa, vel renouata. Redemit idem Abbas a fratribus Praedicatoribus plures libros, bona etiam alienata, aliaque, quae ab Autore recenſentur, pecunia parata comparauit. Iis enarratis, ſubiecit Autor: *Hec ſunt que idem venerabilis pater et Abbas Conradus Winkler emit et redemit tempore regiminis ſui in exemplum et ammonicionem ſucceſſorum ſuorum ne dilapidarent bona huius ſancti loci in quo requieſcunt multa corpora ſanctorum* &c.

Sub eodem a *Henrico* Rege Bohemiae et Poloniae et Duce Carinthiae fundata eſt miſſa de S. Cruce quotidie dicenda cum anniuerſario.

Fridericus Epiſcopus ius a noſtro monaſterio prandia exigendi pro quibusdam redditibus eccleſiae Cathedralis Praepoſito tribuendis remiſit.

Abbas noſter inter viuos eſſe deſiit pridie Cal. Octobris anno 1355. ſepultus in Capella S. *Agnetis*, ſed oſſa eius Autoris tempore cum lapide in periſtylium translata ſunt.

De eodem ſequens legebatur Epitaphium:

Anno milleno centeno ter numerato
His quinquageſimus quintus coniungitur annus
Ecce chorum Cunrat Abbas Winkler velut hic ſtat
Radicitus fractum reparauit ad yma redactum
Vos qui tranſitis memores huius prece ſitis
Hoc exaltauit anno bona plura patrauit.

Anno 1355. in locum *Conradi* ſuffectus eſt *Joannes* de VISCHACH, Vir bonus et mitis, nobilis genere, ſed nobilior probitate et honeſtate morum; artis muſicae et ortographicae haud parum peritus. Scripſit plura, quae Autoris aetate adhuc Bibliothecam noſtram decorarunt; aſt nunc deperdita merito deplorantur. In vno gradualium a ſe ſcriptorum ſequentes verſus adpoſuit:

Martir Laudanda flos affra dei veneranda
Preſule cum claro cum preſule nomine caro
Prorſus Vdalrico regis celeſtis amico
Tu non ſubſannes quod ego tibi trado Johannes
De Viſchach natus cognomine ſic vocitatus
Librum preſentem gradale multo placentem
Conſcripſi tale Johannes Viſchach gradale.

Auxit monaſterium quibusdam redditibus, redemit balneum, Neubad dictum, pedum abbatiale argenteum et deauratum fieri curauit, anniuerſarium pro anima ſua celebrari inſtituit.

Frater eiusdem *Albertus* in remedium animae ſuae noſtro monaſterio de pluribus praediis redditus contulit.

Autor noſter ſcribit, ſub eodem Abbate proceſſionem apud S. *Margaretham* in feſto *Corporis Chriſti* a Abbate et religioſis San-Vlricanis celebrandam a ciue quodam Auguſtenſi *Joanne Goppold* fuiſſe inſtitutam anno 1371. Aſt eam ſub *Joannis* ſucceſſore fundatam fuiſſe, ipſe eiusdem obitus annus, qui 1366. fuit, nos docet. De iſta fundatione *Khammius* nullam fecit mentionem.

De Friderico, Henrico VI, Ioanne II, Ioanne III, et Henrico VII.

Joanni de *Viſchach* optimo Praeſuli ſubſtitutus eſt *Fridericus* de GUMERINGEN, omni virtute orbatus, omnibusque vitiis repletus, tam ſpiritualia, quam temporalia negligens, optimos fratres odio perſecutus ad alia monaſteria fugere coegit, malos et ſibi ſimiles fouit, ſuis dilapidationibus irreſarcibile monaſterio intulit damnum. Obiit XI. Cal. Auguſti anno 1379. Funus eius, quod non per chorum S. *Afrae*, ſed per hortum ſcholae fuit portatum, facto in muro foramine in S. *Pauli* Capellam demiſſum, ibidemque absque omni veneratione ſepultum eſt.

Eodem mortuo, fratres inter ſe diſcordantes elegerunt *Henricum* de *Gabelbach*, virum quietum, et ſimplicem, ſed etiam deſidioſum, ad rei familiaris adminiſtrationem parum vtilem; ideo, cum annis 17. praefuiſſet, adminiſtratione anno 1396. priuatus fuit.

Obiit

Obiit V. idus Nouembris anno 1398, ſepultus in periſtylio. Sub eodem *Stephanus* Bauariae Dux tam monaſterium, quam ipſum Abbatem, diplomate hac ſuper re anno 1381. dato, in ſpecialem recepit tuitionem. *Joannes* Plebanus in Windiſchgratz fundauit miſſam in ara B. V. *Mariae* ſingulis hebdomadis dicendam, et contulit monaſterio curiam in Nidermeittingen.

Joanne exautorato, fratres in Abbatem anno 1396. *c*) poſtularunt Abbatem Füſſenſem *Joannem* LAUGINGER ex Werdea oriundum, qui et fratres diſperſos et diſciplinam penitus delapſam reuocauit, et oeconomiae optime prouidit. Defunctus eſt XII. Cal. Aprilis anno 1403. ſepultus in periſtylio.

Eodem anno *Joannes* KISSINGER, Auguſtae natus, Monachus primo San-Vlricanus, dein Abbas Ottenburanus, ad noſtrum monaſterium reuocatus, vnanimibus votis Abbas renuntiatus eſt. Cum Ottenburae infulae, et pedi vſu gauderet, ideo, vt et in noſtro monaſterio eodem priuilegio frui poſſet, id ſibi a concilio Conſtantienſi confirmari curauit. Vir iſte in temporalibus fuit prouidus, bona alienata redemit, eaque auxit, multas etiam officinas conſtruxit. Exceſſus fratrum, qui nobilitate gloriabantur, paruipendens eorum inſolentiam, viriliter correxit, diſciplinam reduxit, et habitum honeſtum, atque religioſum deferre eosdem coegit. Deceſſit e vita XIV. Cal. Julii anno 1428, ſepultus in Capella S. *Agnetis*. Lapis ſepuchralis fuit Autoris aetate in periſtylium translatus. In iſta Capella fuit fundata miſſa quotidie celebranda, et lumen continuo arſurum.

Sub eodem Abbate octaua Purificationis B. V. *Mariae* a *Guielmo Rembold* eccleſiae S. *Mauritii* Cuſtode cum triceſimo eiusdem B. Virginis, et octaua Sanctorum omnium a Miniſtro Altaris eccleſiae cathedralis fuerunt fundatae. *Narciſſus Pfiſter* Ordinis Praedicatorum Alumnus, ſub eodem in noſtro monaſterio benedictinum induit habitum. De eius vita et ſcriptis Volumine praecedenti plura diximus.

Joannem Küſſinger ſecutus eſt *Henricus* HEUTTER, patria Auguſtanus, de quo ſequentem fatalem nobis formauit Autor ideam: *Vir erat elegantis forme ſed a viis anteceſſorum ſuorum in exceſſiue abſciſus et ad omnia prodigalitatis genera conuerſus omnique prodigo prodigalior quia nullum genus prodigalitatis pretermiſit ſed in his omnibus ambulauit ac ſe exercitauit cuius intencio ſiue voluptas ſuit pocius dilapidando res monaſterii huius quam fideliter diſpenſando. ... Suſcepto regimine confudit ordinem corupitque quidquid erat religionis ... per omnia deterior Sarabaitis hoc eſt anteceſſoribus ſuis.* In fine deinceps ait: *Ideo de eius conuerſacione et regimine melius eſt ſilere quam vltra loqui.* Obiit hic vir infeliciſſimus XIX. Cal. Martii 1439. ſepultus in periſtylio.

Sub eodem anno 1433. in noſtro monaſterio Capitulum prouinciale Benedictinorum Moguntinenſis prouinciae celebratum fuit, ſed, ut ait Autor, ſine omni noſtri monaſterii commodo. *Vdalricus Widemann* ſundauit octauam commemorationis omnium fidelium defunctorum. Fuit etiam ſub eodem a magiſtris noſtris calderium aeneum ex fuſili materia factum.

De Ioanne de Hohenſtein Abbate XXXIX.

In tam deplorando noſtri monaſterii ſtatu, ad regimen a fratribus anno 1439. ſuffectus eſt *Joannes* ab HOHENSTEIN nobilis Bauarus, Monachus Ebersbergenſis, tunc in noſtro Aſceterio hoſpes, Vir mirae pietatis, et ſimplicitatis, manſuetudinis et humilitatis, qui

c) *Khamm* 1398.

qui a ſuis regebatur famulis, patientia eius valde abutentibus. Regiminis initio res
ſciplinaris erat peſſime conſtituta, ita, vt Autor ſcribit, *vt a planta pedis vsque ad ve
cem non erat in fratribus ſanitas.*

Verum autoritate Capituli prouincialis, et concilii Conſtantienſis de conniuentia c
reptus, aſſumſit quosdam fratres ex monaſterio Mellicenſi, ob reformationem tunc nc
ſimo. Poſt breuem miſeri ſtatus eccleſiae et praecipue monaſteriorum deſcriptionem,
quitur de iſta reformatione per Monachos Sublacenſes, ab *Alberto* Auſtriae Archid
aduocatos, Mellici introducta, quae etiam deinde in plura alia monaſteria per Mellic
ſes ſparſa eſt. Iſti itaque inter quos *Henricus*, et *Joannes*, duo Germani, ex quibus
Prioris, iſte Subprioris officio functus, pro poſſe euellebant, deſtruebant, plantaba
et aedificabant, *facti odor bonus*, *aliis*, vt ait autor, *in vitam*, *aliis in mortem*, alii er
colla ſua regulae iugo ſubmiſerunt alii vero terga vertentes, aufugere. Iis ergo coo
rantibus *a Joanne* reductus eſt, vt Autoris verbis vtar, *diuini cultus frequentia et*
uotio in chorum, parſimonia in refectorium ſilentium in clauſtrum: Proſcribuntur vitia p
ſertim vitium proprietatis procul eliminatur, et liber exitus prohibetur, intercluditur et obſe
tur aditus ſecularium perſonarum, ipſis ſanctis Patronis noſtris reformationem iſtam
miraculis adprobantibus.

Idem Abbas oeconomicum etiam ſtatum in meliorem formam reduxit: emit er
villam in Finningen vnacum aduocatia, et molendinum in Haunſtetten, bona quaed
oppignorata redemit: Plura aedificia ab anteceſſoribus ſuis coepta aut abſoluit, aut n
molitus eſt.

Sub hoc Abbate comparata eſt figura Saluatoris noſtri aſino inſidentis, a ſtatua
Vlmenſi ſculpta, et quodam Auguſtenſi ciue efficta, quae hodiedum in Dominica Paln
rum exponitur. Fieri curauit ex pio legato *Joannis Keller* ciuis Auguſtani crucem
genteam octo vncias ſupra quinque marcas habentem: tres icones ligneas et inaurat
Hierothecam argenteam ex *Conradi Voegelin* Ciuis Auguſtani donatione. Conſecrata
etiam Capella S. *Bartholomaei*: inuenta fuere corpora S. *Dignae* M. cum aliis reliquiis
SS. Epiſcoporum *Adalberonis*, *Wicterpi*, *Thoſſonis*, et *Simperti*, qui ſub eodem Abba
auxiliante *Petro* Cardinale et Epiſcopo Auguſtenſi, a *Nicolao* Papa V. in Sanctorum n
merum relatus, Auguſtae diuinis officiis honorari coepit. Sub eiusdem regimine la
ſcholares choro excluſi ſunt: ex viſitatorum mandato nocturnae laudes cani inceptae,
mox iterum ob religioſorum paucitatem idem mandatum fuit reuocatum. Anno 14
feria ſecunda poſt Aſcenſionem Domini ſolemnis omnium Parochiarum ciuitatis proceſ
pro felici Summi Pontificis electione adornata eſt.

Sub eodem *Conradus Voegelin* tres anniuerſarios fundauit, lampadem ante S. *B*
tholomaei Capellam, in qua ſibi et ſuis elegit ſepulchrum, ſuſpendit, conferens pretioſ
tapetem, magni pretii. *Vdalricus Wagner* ciuis Auguſtenſis primam miſſam et anniu
ſarium fundauit.

Idem Abbas ſcribi curauit libellum, *vita Chriſti* intitulatum, et in quatuor partes
ſtributum: primam ſcripſit *Henricus Frieſs*, ſecundam *Joannes* de *Carniola*, tertiam *T*
mas de *Gerzen*, qui etiam catholicon comportauit, quartam *Henricus Pittinger.*

Dux Bauariae *Ludouicus* Abbatem in Capellanum, et monaſterium in ſpecialem
cepit tuitionem, pro qua gratia in fraternitatem eſt ſuſceptus. Idem priuilegium Abb
a *Ste-*

d) *Khammius loc. cit.* p. 74. ſcribit corpus S. *Hilariae.*

a *Stephano* Duce Bauariae obtinuit. *Joannes* Cardinalis Angeli et Germaniae Legatus anno 1449. omnia noſtra priuilegia confirmauit.

Omnibus itaque tam ſpiritualibus, quam temporalibus in ordinem redactis, Abbas piiſſimus propriae ſaluti prouidere cupiens, poſt 20. annorum regimen anno 1459. Abbatiam in manus Petri Epiſcopi Auguſtani, conſentiente pro hac vice, et impoſterum eligendi libertatem ſibi reſeruante, Capitulo, reſignauit, retenta annua liberali penſione. Reſignatione facta, ſeſe in domum Cancellario alias deſtinatam, et in magno horto ſitam contulit, in qua ſeptemdecim annos transegit; demum anno 1476. ex conſilio *Joannis* de *Werdenberg* Epiſcopi Auguſtani, et aliorum ad monaſterii ſepta rediens, ibidem tribus annis fraternis ſeruitiis recreatus, plenus dierum V. idus Nouembris anno 1478. prius omnibus, quae ab annua penſione ſupererant, in Abbatis *Henrici Frieſs* manus traditis, ex hoc ſeculo migrauit.

De Melchiore de Stamhaim Abbate XL.

Reſignante *Joanne* de HOHENSTEIN Abbatiam in manus *Petri* Cardinalis et Epiſcopi Auguſtani, eidem praefatus Epiſcopus vnacum *Joanne Kautſch* eccleſiae cathedralis Cuſtode, et *Henrico Laur* Plebano Dilingano *Melchiorem* de STAMHAIM praefecit. Is natione Sueuus, ex nobili familia de *Stamhaim* natus, liberalibus literis Viennae in Auſtria imbutus, et Baccalaureatus gradu honoratus, in monaſterio Mellicenſi in S. *Benedicti* regulam iurauit, ibidemque ad viginti annos feruidus obediens et deuotus permanſit. Defunctis parentibus, patriam ſuam viſitaturus, ad monaſterium Wiblingenſe iam prius per Mellicenſes reformatum, peruenit, ac in eodem ſtabilitatem profeſſus, cellerarium agere coactus eſt. Denique anno 1458. — *Khammius* 1459. ſabbato ante Dominicam *Iudica* ab Epiſcopo Auguſtano ad Abbatiam San-Vlricanam euocatus eſt. Mox feria VI. Paraſceues in domo praedicatoria concionem de *Paſſione Domini* ad populum habuit.

Vix confirmatione et Benedictione obtenta, Mellicum ſe contulit, ex quo quatuor Monachos, quorum tres ſacerdotes, et vnus conuerſus erat, ad perficiendam, et conſeruandam reformationem, ſecum reduxit. Tum libros graduales, Antiphonarios &c. tum comparauit, tum per *Henricum Pittinger*, *Joannem Lanificis* Monachos, necnon per quemdam ſacerdotem ſecularem et famulum *Joannem Knus* ſcribi iuſſit, quos *Joannes Frank* San-Vlricanus picturis elegantiſſimis exornauit. Eodem anno in choro S. *Magdalenae* ſubſellia fieri curauit.

Anno 1465. arcubus et ligneis tabulis ab Altari S. *Afrae* amotis, inuentum eſt corpus S. Martyris *Dignae*, et in nouum iterum depoſitum eſt ſacrophagum ex lapide ſcultum, in quo ſequens erat ſcriptum carmen:

Sarcoſagus poſitus hic multo tempore lapſo
Eſt: quo conduntur venerande martiris oſſa
Digne que fuit ex Affre ſodalibus vna
Exemplo cuius regnum celeſte petiuit
Mille quadringentis et ſexaginta reductis
Annis completis ſibi quinis aſſociatis.

Receſentur deinde plura per interceſſionem S. *Dignae* Martyris patrata miracula.

Diſciplina monaſtica in noſtro Aſceterio reſtituta, eamdem et in aliis vtriusque ſexus monaſteriis renouandi ardebat zelo. Itaque anno 1469, vt Autoris verbis vtar,

 cogi-

cogitauit die noctuque quomodo de manibus epiſcopi Joannis emanciparet duo monaſteria huius dioceſis videlicet monaſterium monialium in Holz et monaſterium monachorum in Fultenbach. Impetrauit quoque ab Epiſcopo *Joanne* de *Werdenberg* eamdem facultatem. Suum ergo propoſitum perfecturus, duas Ord. S. *Benedicti* Moniales et Germanas ſorores *Gaudentianam* et *Afram Haeſlerinn* e monaſterio S. *Nicolai* extra vrbis muros ſito et noſtro aſceterio ſubiecto ad Holzenſe deſtinauit monaſterium, in quo, tam conſilio, quam auxilio adiuuans, per easdem ſpiritualem et temporalem ſtatum renouauit.

Monaſterium Fuldenbacenſe a *Petro* Epiſcopo in commendam a Summo Pontifice acceptum, et ab ipſo tribus Suffraganeis ſuis datum Abbas noſter a *Joanne* Epiſcopo multis precibus obtentum, ordini noſtro reſtituit, miſſis illuc *Georgio Helfer*, qui Abbas electus, et *Balthaſaro Fabri.* Cum pauca admodum de Fultenbacenſi iſtius aeui ſtatu explorata habeantur, integram hiſtoriam ab Autore noſtro, vtpote contemporaneo, deſcriptam in *Adpendice N. VI.* proferam.

Idem Abbas, annuente praefato Epiſcopo, monaſterium celeberrimum Ottenburanum, diſcordiis Abbatem inter et religioſos ortis tam quoad diſciplinam, quam oeconomiam in miſerrimum ſtatum redactum, fratribus, nimirum *Conrado Agſt*, *Thoma Rieger*, *Joanne Mickel*, *Conrado Wagner*, *Henrico Frieſs*, et *Mathia Vmhofer*, additis duobus Elchingenſibus, illuc miſſis, reformare incepit; perfecit autem *Henricus Frieſs* Abbas electus, qui a Nuntio Apoſtolico perſuaſus, binos adhuc de noſtris Ottenburam ablegauit. Mirum admodum eſt, Autorem hiſtoriae *e*) monaſterii Ottenburani de Abbatibus noſtris, eorumque reformatione ibidem reſtituta tam altum tenere ſilentium. Itaque omnia, quae de eadem ab Autore noſtro fuerunt adnotata, in *Adpendice N. VII.* referam.

Ludouicus Bauariae Dux, cui noſter a Conſiliis fuit, duo monaſteria, Thierhauptanum nimirum Monachorum, et Khüebacenſe Monialium reformandi poteſtatem eidem conceſſit. Habito Principis conſenſu, et audito ſuorum religioſorum conſilio, primi monaſterii Abbatiale munus *Henrico Holz* Priori San-Vlricano, viro honeſto, religioſo ac deuoto commiſſit ac poſſeſſionem eiusdem tam religioſis quam bonis orbati tradidit. Adminiſtrauit etiam vltra decem annos, ſed exiguo cum fructu tam ſpiritualium, quam rerum temporalium. Fratres ſecum adducti *Mathias Summermann*, et *Thomas Rieger* exiguum ſui laboris fructum ſentientes ad ſuos iterum remearunt. *Henrico* defuncto, *Georgius* Dux praepoſitum quemdam *Wolfgangum Sandizeller* eidem monaſterio praefecit, illi ſubrogauit *Georgium* quemdam primo Monachum Caeſareenſem, dein Weichenſtephanenſem, qui monachos vbique diſperſos congregauit, et tam diſciplinarem, quam temporalem in meliorem redegit ſtatum.

Ad Küebacenſe monaſterium reformandum Abbas noſter vſus eſt tribus Monialibus ex monaſterio S. *Nicolai* extra muros ſito, videlicet: *Barbara Hueſnaglin*, quam Abbatiae praefecit, *Scholaſtica Stamlerin*, quae *Barbarae* ſucceſſit, et *Hilaria Wagnerin.* Antequam de iſta reformatione egit Autor, de S. *Nicolai* monaſterii ortu, progreſſu, reformatione &c. diſſeruit. Cum pauca de iſto explorata habentur, integram Autoris narrationem in *Adpendice N. VIII.* proponam.

Ludouicus Bauariae Dux maximopere noſtrum dilexit monaſterium, et tantam in noſtris Sanctis praecipue S. Vdalrico repoſuit fiduciam, vt ſaepius dixiſſet, teſte Autore, *quando infideles nitantur impugnare contra fideles, vtinam ego per me poſſem ipſis occurrere reciperem enim mecum ſaltim in curru Abbatem Melchiorem monaſterii SS. Vdalrici et Affre* *cum*

e) Das von der gottſeligen Milde Sylachi geſtiftete tauſendiaehrige Ottenbeuren, zum Druck befoedert im Iahr 1766.

tum ſanctiſſima que miſſa eſt ſancto Vdalrico epiſcopo Auguſtenſi a deo tunc temporis, quando Vngari tunc infideles inuaſerunt totam Baioarium et Germaniam et precipue ciuitatem Auguſtam cruce ... et nos auxilio et interceſſione ſanctorum Vdalrici et Affre apud deum vellemus expugnare turcos et infideles ac canes rabidos.

Idem Princeps, licet frumentorum inuectionem Auguſtam prohibuerit, noſtro tamen monaſterio omnes fructus, praeter auenam, inferri conceſſit. His beneficiis haud ingrati noſtri et viuum et mortuum omni proſequebantur deuotione, et pro eius anima omnia ea, quae pro religioſo peragebantur obſequia, perſoluebant. Naturae debitum ſoluit anno 1479.

Abbas noſter ob deuotionem in S. *Simpertum* in veſperis et laudibus de eodem commemorationem fieri inſtituit. Iuſſit celebrari S. *Conradi* Epiſcopi Conſtantienſis feſtum. SS. reliquias argenteis aliisque pretioſis ornamentis decorauit.

Anno 1471. fratrum cellas ampliauit et auxit: conſtruxit bibliothecam, quae hodie adhuc eius nomen perennat, eamque libris tam manu exaratis, quam impreſſis inſtruere ſtuduit: typographiam etiam introduxit, multaque opera prelo orbi literario communicauit *f*).

Cauſas monaſterii, amotis ſecularibus, per fratres ſuos tractare, et expedire voluit. Animaduertit Autor, ſub *Melchioris* Anteceſſore in *Conradi* noſtri monaſterii famuli domo multa igne periiſſe documenta. Heu damnum non ſatis deplorandum. Comparauit pagum Wengen cum omni iurisdictione, ibidemque atque etiam in Finningen, et Renartshofen piſcinas effodit.

Sub eodem campana maior, concurrentibus Zechae magiſtris, et quodam ciue, *Hueber* cognomine, a *Iodoco* de *Wurms* anno 1467. fuſa eſt. Deſcribitur eadem campana. *Joannes Schütter* ſupra altare S. *Hilariae* Mart. tabulam Chriſti Crucifixi poſuit, et ſingulis annis in vigilia Natiuitatis Domini ſub quatuor Abbatibus vinum Maluaſiticum fratribus praeberi curauit. Obiit hic vir beneficus anno 1475., et eius vxor anno 1476. *Vdalricus Artz* ciuis Auguſtanus anniuerſarium fundauit, oblata ad altare S. *Vdalrici* tabula deaurata, et legatis poſt ſuum obitum rubris holoſericis paramentis.

In capitulis prouincialibus pluries praeſidis munere functus, et ſaepius viſitator renuntiatus eſt.

Melchior animo reſignandi in horto dormitorio adiacente habitationem pro ſe conſtrui curauit.

Anno 1466. *Joannes Beck* Oeconomus, fracta pontis Lyci apud Lechhuſium tabula, miſere ſubmerſus eſt.

Anno 1466. pius et prouidus Abbas, eccleſiam prae vetuſtate ruinae proximam conſpiciens, nouam moliri ſtatuit. Ea itaque occaſione multa Sanctorum corpora, ac reliquiae repertae fuere; imprimis ſub S. *Dionyſii* ara, vulgo S. *Hilariae* dicta, corpora SS. *Dioniſii Quiriaci* et aliorum ſeptem Martyrum, in quorum Sarcophago charta literis ſcripta, et a *Khammio P. III. p.* 81. relata, fuit inuenta. Fuere etiam eſſoſſa corpora viginti quatuor Martyrum. Horum inuentio ſumma Cleri, ac populi veneratione, omnique ſolemni-

f) Conf. Pars I. *Notitiae hiſtorico-literariae de lib. ab Artis typogr. inuent.* vsque ad an. 1479. vbi in dedicatoria epiſtola ad R. D. Abbatem JOSEPHUM MARIAM p. m. dum de *Melchioris* meritis in re literaria collectis locutus, integram typographiae introductionis hiſtoriam ab Autore noſtro, vtpote contemporeneo et domeſtico, relatam *pag. VIII.* et *ſeq.* inſerui. Inſertum etiam legi poterit in *Adpend. N. X.*

lemnitate celebrata. Iſtam prolixius ab Autore deſcriptam excipit de SS. reliquiarum veneratione exhortatio *Conrado Agſt* tunc priori miſſa.

Primus eccleſiae lapis in feſto Aſſumtionis B. V. *Mariae* a *Petro* Epiſcopo et Cardinale, praeſentibus Clero, et pluribus Nobilium, et plusquam viginti millibus hominum poſitus eſt impertita populo benedictione, et conceſſis apoſtolica autoritate indulgentiis omnibus iis, qui ad fabricam Eccleſiae quidquam contulerint. Recenſentur quatuor miracula ſub eodem actu per SS. interceſſionem patrata. Turris mirabiliter et absque manu admota corruit. Huius aedificii architecti erant *Joannes Hildesheim*, et *Valentinus Kindlin*, Prouiſores vero *Henricus Hotz* monaſterii Prior, *Thomas Oechen*, *Joannes Laugin-ger*, *Joannes Schütter*, *Wilhelmus Vebeleyſen* et *Joannes Beringer*.

Petri Epiſcopi et Cardinalis literae, quibus SS. *Vdalrici* et *Afrae* confraternitatem confirmat, et iis fidelibus, qui vigiliis et miſſae officio pro confratribus celebrandis interfuerint, indulgentias centum dierum concedit. Referuntur in *Adpendice N. XI.*

Praeter pagum Wengen emit etiam Abbas anno 1470. ab *Hartmanno Onſorg* ciue Auguſtenſi aduocatiam vnius feudi ad S. *Georgium* pertinentis: fabricam ferrariam: agulum ſeu virgam paſtoralem et prope Wellenburg pratum quadrageſimale dictum. Plura aedificia aut reparauit, aut nouiter conſtruxit.

Caſpar Hoffreiter noſtri monaſterii famulus anniuerſarium fundauit cum prebenda.

Sub eodem Abbate obiere P. *Matthias Summermann* religioſae diſciplinae ſtrenuus obſeruator, et *Joannes Franck*, qui libros elegantiſſimis figuris exornandi arte calebat.

Hic Abbas non ſolum de noſtro monaſterio, ſed de toto ordine praeclare meritus, poſt abbatiale 16. annorum regimen mortales exuuias depoſuit III. Cal. Februarii anno 1474.

Autor in fine haec adiecit: *Prememoratus Reuerendus Pater per plura huic loco bona ſuo in rectoratu fecit, que breuitatis intuitu iam abſcindo remittens vnumquemque huius monaſterii cronice ſiue verius collecture feruentem lectorem ad huius cenobii-annales libros vbi initium ſui regiminis quomodolibet rexerit usque in calcem vite inueniet.*

Autor deinde agit de *Petro* de *Schaumberg* Epiſcopi Auguſtenſi et S. R. E. Cardinale: imprimis de eius obitu, de Epitaphiis, eorumque figuris, deinde vitae eius ſeriem, praeclaraque geſta enarrat, quae omnia noſtro a Poenitentiario *Friderici* Epiſcopi anno 1494. relata ſunt.

In fine legitur Epitaphium duorum fratrum Germanorum *Joannis* et *Henrici* de *Carniola* ſub *Joanne* de *Hohenſtein* defunctorum, a *Khammio P. III. p.* 71. inſertum, epitaphium Abbatis *Melchioris*, et carmen in eiusdem laudem compoſitum, in *Adpendice N. XII.* exhibitum.

De Henrico Fries Abbate XLI.

Melchiore pie defuncto VII. Idus Februarii anno 1474. vnanimibus votis praeſentibus Epiſcopo *Joanne* de *Werdenberg*, et *Paulo* Abbate Elchingano electus eſt *Henricus* FRIES Auguſtae natus, vir, vt ait Autor, *pius*, *benignus*, *affabilis*, *iucundus*, *moderatus*, homo vere *virgineus*, *diligens caſtitatem et puritatem*, educatus in noſtro aſceterio, ad profeſſionem anno 1442. admiſſus eſt. Recenſet Autor quasdam boni religioſi dotes, iis ſubiungit Abbatis vitae probitatem. Abbas noſter officiales ſuos, vt negotia citius finirentur, ne ſubditorum cauſae protraherentur, ſua praeſentia animauit.

Anno

Anno 1479. Capitulo prouinciali Norimbergae celebrato interfuit. Ad exequias *Ludouici* Bauariae Ducis, et aliorum nobilium, et celebrationem nuptiarum fuit noſter vocatus.

Diuini cultus amator et promotor feruidiſſimus, ſuis infirmitatibus non cedens, die noctuque diuinis laudibus vacabat. Cantor erat optimus. B. V. *Mariae* praecipuus erat cultor, in cuius honorem ieiunia et ſpeciales deuotiones inſtituit, eiusque cultum in ſuis et in ceteris augere ſtuduit.

Priorem egit dulcem, potentem et ſapientem. Nouitiorum magiſter eſt conſtitutus, et Monialibus S. *Nicolai* fuit a Confeſſionibus. Scripſit plurimos libros, et ſub ſuo regimine ſcribi curauit, multosque alios comparauit. Aes alienum exſoluere ſtuduit. Imaginem Crucifixi pingi fecit, ſolutis pro ea nouem florenis. Iſti *Adolphus Occo* Medicus ſequens carmen dicauit.

Aſpice quisquis ades Chriſti preclara trophea
Gratificum inclina corde iubente caput
Salue ſpes hominum magnique inſigne triumphi
Dic prius et dicto tutus abire potes
Salue ſola deum victrix ſtirps tollere digna
Membraque purpureo ſparſa cruore dei
Tu portaſti illum mortem qui morte peremit
Te duce nulla premant hoſtica tela tuos.

Abbas noſter a *Marco* Cardinale, et legato Germaniae diſpenſationem miſſae de S. *Cruce* quotidie dicendae pro feſtis primae et ſecundae claſſis, et duplicibus maioribus anno 1474. impetrauit. Ab eodem etiam poteſtatem ſibi ſubditos a caſibus quibusdam Papae reſeruatis, a cenſuris eccleſiaſticis et irregularitate abſoluendi obtinuit. Recenſentur deinde caſus excepti, bulla *Pauli II.* anno 1469. edita, reſeruationes continens.

Anno 1474. feſto SS. Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* hora tertia pomeridiana, *Friderico III.* Imperatore, et imperii principibus et ordinibus in comitiis Auguſtae congregatis, inſolita tempeſtate oborta, ventorum furiae multa dammna intulere, et eccleſiam noſtram anno 1473. integre abſolutam penitus proſtravere triginta tribus perſonis, inter quas et noſtrae eccleſiae Parochus, eiusque Coadiutor erant, miſere oppreſſis. Deſcribit Autor prolixiori ſermone inſolitum illum turbinem, deuaſtationes inde ortas, hominum terrorem, et miſerrimum noſtrae eccleſiae ſtatum. Deſcriptioni ſubiungit carmina in templi ruinam a *Paulo Kaufringer* fratrum iuniorum Paedagogo compoſita, a me in *Adpendice N. XIII.* relata.

Loco itaque a ruderibus, lapidibus, puluеribusque purgato, neceſſariisque ad nouam templi ſtructuram ordinatis, conſilio, auxilioque magiſtrorum Ciuium, ac Architectorum, fidelibus ad id largas manus porrigentibus eodem anno nouum inceptum eſt opus. Anno 1475. cum quibusdam conditionibus Abbas noſter et Lapicidam et politorem nomine *Valentinum*, et *Burchardum Engeſt* qui ob ſuam induſtriam, ac rei peritiam ab eodem magiſter renuntiatus eſt, conduxit. Multis dein Autor eumdem *Burchardum* laudum encomiis honorat. In feſto S. *Scholaſticae* conſecrata ſunt altaria S. *Afrae* et S. *Bartholomaei* Apoſtoli. De Contractu cum Architectis quaedam in *Adpendice N. XIV.* reperiuntur.

Eodem anno Abbas *Friderici III.* Imperatoris iuſſu aurigam cum curru et quatuor equis ad ciuitatem Neuſs a Burgundiae Duce obſeſſam, non ſine magna pecuniarum ſumma miſit. Auguſtani auxiliares copias propriis ſumtibus alendas Imperatori conceſſerunt.

 Inte-

Interea *Maximiliano* Imperatoris filio a Burgundiae magnatibus in Ducem electo, et *Caroli* filiae deſponſato, Dux ab oppugnatione receſſit, et pax inter vtrumque rediit.

Eodem anno obiere *Vdalricus Grashay* ſacri ſuppellectilis theſaurarius, qui multa ad templi ornamentum comparauit, *Joannes Lutifigulus* cantor et ſcriptor celeberrimus et fidelis ſeruus *Joannes Fegelin*, anno autem ſequenti Prior pietate et virtute praeclarus *Conradus Agſt*.

Anno 1475. *Henricus Miller* ciuis Auguſtenſis ditiſſimus pro ſalute animae ſuae Capellas S. *Gothardi*, S. *Nicolai*, et alias noſtro monaſterio ſubiectas depingi et ornari curauit.

Anno 1476. conſiderans Abbas, eccleſiam e ſua ruina ſola eleemoſina, et oblationibus a Chriſti fidelibus porrectis reſurgere haud poſſe, monaſterii etiam opes ad id erogare ſtatuit, et mox murum verſus monaſterium erigi curauit.

Autor dein narrat triſtiſſimum duorum Germanorum *Joannis* et *Leonardi Fitel* fatum. Hi viri prouidi ac probi, reipublicae emolumentum procurantes, magiſtro ciuium *Vlrico Schwarz* homini ſceleratiſſimo, eiusque aſſeclis valde exoſi, in vincula eiusdem iuſſu, coniecti ſunt. Dux Bauariae *Joannes*, Praepoſitus eccleſiae cathedralis, et Abbas noſter pro eorundem libertate ſupplices nuntios miſerunt; aſt fruſtraneae erant preces et fratres iſti carnificis gladio peremti fuere. Iſtis occiſis, caeſaris nuntius, vt eos e iniquorum manibus eriperet, aduenit. Virorum iſtorum exequiae in noſtra fuerunt celebratae eccleſia. *Andreas Frickinger* ſocer *Joannis Fitel* ſuae et *Joannis* filii vitae in noſtro aſceterio conſuluit. Aſt *Vlricus Schwarz* multorum ſcelerum, ac iniuſtitiarum conuictus non diu poſt cum quibusdam ſuis aſſeclis iuſtas ſuae nequitiae poenas in patibulo ſuſpenſus dedit. *Joannes Fitel* omnem humanitatem et amicitiam noſtris ſaepius exhibuit.

Sub eodem Abbate moniales S. *Nicolai* extra vrbem obedientiae et iurisdictioni Abbatum noſtrorum, inſtigantibus conſiliariis eccleſiaſticis ſeſe ſubduxere, et Epiſcopo ſubiecere; aſt breui facti inconſulti poenituit. V. in *Append. N. VIII.*

Anno 1477. *Henricus* dormitoriorum, Capituli et Bibliothecae aedificium penitus perfecit.

Eodem anno monile argenteum et deauratum cum imagine B. V. *Mariae* in eiusdem feſtis ab Abbatibus portandum fieri curauit.

Deinde Autor de *Joannis Ruch* Oettingae in Rhaetia oriundi, Plebani noſtri vitae circumſtantiis, de eiusdem fundationibus Anniuerſariorum, eleemoſinarum, pietanciarum, ſtipendiorum, et eius teſtamento prolixius diſſerit. Hic vir imprimis ſcholarium noſtrorum fuit magiſter, dein ad ſacerdotium permotus, ab Abbate noſtro Vicarius parochiae noſtrae conſtitutus eſt. Suis diuitiis collectis aedificationem noſtrae eccleſiae adiuuit, pietanicam vnius ferculi ſingulis menſibus fratribus dari inſtituit, eo neglecto, florenum Monialibus S. *Vrſulae* praeberi praecepit: eleemoſinam pro leproſis et aliis ordinauit: annuos cenſus pro conſanguineis fundauit, alia legata inſtituit: ſtipendium pro duobus ſcholaribus, qui SS. Altaris Sacramentum ad infirmos portandum praecedendi et S. Hymnos cantandi obligatione obſtricti erant, fundauit: anniuerſaria inſtituit ad S. *Vrſulam*, ad S. *Crucem*, et S. *Georgium*: libros ſuos noſtro dono dedit bibliothecae &c. Inſeruit Autor teſtamenti eiusdem inſtrumentum, et rerum et pecuniarum inuentarium. Obiit hic paſtor fideliſſimus XVIII. Cal. Maii anno 1478. ſepultus in domo praedicatoris. Eius epitaphium ab *Adolpho Occo* compoſitum ita ſonat:

Joan-

Joanni Rocho plebano eccleſiae Sancti Vlrici
Adolphus Occo philoſophus et medicus
Marmora dum ſancti Vlrici et ſaxa manebunt
Viuet Johannis nomen honosque rochi
Munera clara dedit templi quo nobilis olim
Lapſa moles ſurgat pulchrior ac fuerat
Perpetuo hic ſtatuit geminos canere ante puellos
Infirmos quociens Chriſte vocatus adis
Hoc quoque quod fratres dicunt pietancia menſes
Luna nouos quociens inchoat ipſe dedit
Pergite nunc ſtudium quibus eſt auxiſſe opibus rem
Theſaurus meritorum ut fata ſuper maneat.

Anno 1478. facta eſt pretioſa ianua lapidea aduerſus praedicationis' domum. *Wolfgangus Stamler* ciuis Auguſtenſis noſtrae eccleſiae diuerſa donauit ornamenta. Eodem anno Autor noſter ad vſum ſuum Breuiarium ſcripſit.

Anno 1479. a *Wilhelmo Hagenor* nobili Auguſtanae decimae ſunt emtae pro annuo, dum viueret, canone centum nonaginta florenorum, et gratuita habitatione.

Eodem anno *Leonardus Wagner* caligraphus ſui aeui celeberrimus excellentiſſimum ſcripſit Miſſale, quod *Conradus Wagner* figuris exornauit.

Abbas curiam in Harthauſen emit.

Anno 1480. S. *Adalberonis* Epiſcopi Auguſtani oſſa ſunt inuenta, et ad Sacriſtiam translata.

Indicatur ſumma pecuniarum ab Abbate noſtro pro eccleſiae ſtructura expenſa. Ab eodem redemti ſunt cenſus annui a *Joanne Ruch* a nobis emti.

Anno eodem obiit *Caſparus Hoffreuter*, qui ad eccleſiae ſtructuram centum florenos contulit ornamentum etiam rubrum holoſericum, et calicem argenteum eccleſiae donauit, ac anniuerſarium fundauit.

Eodem anno Abbas S. *Gregorii* P. extruxit Capellam, ab *Vdalrico* Suffraganeo conſecratam.

Eodem anno *Wilhelmus Hagenor* pro ſe et ſua familia aniuerſarium fundauit, datis quatuor praediis, duobus in Bobingen et duobus in Ortelfingen, comparauit etiam diuerſos ornatus. Fratribus etiam ſingulis annis, dum in noſtra domo habitaret, conuiuium praeparauit. *Stephanus Hagenor* anniuerſarium celebrari inſtituit.

Sub eodem Abbate ad eccleſiae fabricam a ciuibus Auguſtenſibus 316. floreni ſunt collati, et in prouincia Rhaetica per *Joannem Goſſold* 43. collecti.

Idem Abbas haud exiguam pecuniarum ſummam pro Rhodienſi expeditione Ordini militari Hieroſolimitano contulit, et ideo pro ſe, et ſuis indulgentias a Papa *Sixto IV.* conceſſas obtinuit. Autor noſter literarum a Commiſſario Ordinis diſtributarum formam, formam etiam abſolutionis, et articulos in bulla Summi Pontificis contentos inſeruit.

Henricus noſter Breuiarium pro choro, aliud ad proprium vſum; item diurnale officium B. V. *Mariae*, et alios quam plures libros pro communitate et bibliotheca ſcripſit.

Anno 1481. nouum extruxit refectorium feneſtris diuerſis figuris, quas Autor recenſet, exornatis inſtructum.

An-

Anno 1482. VII. idus Maii Abbas noſter, poſtquam omni laude monaſterii clauei octo annis tenuit, moriturientium ſacramentis munitus naturae debitum ſoluit, in peri-ſtilio noſtro ſepultus. Autor eidem ſequens laudis encomium attribuit, poſterisque reli-quit: *Vitam egit innocuam, in rei familiaris cura paterfamilias admodum ſolicitus, in re-gulari denique obſeruantia multo vigilantior, omnibus gratus, nulli moleſtus, pius in ſuo: miſericors in pauperes, ſermone placidus actione modeſtus, ad Deum deuotione feruidus, ad fratres religioſitate praeclarus, omnique morum honeſtate conſpicuus; quippe qui ſingula ra-tione librans, in eccleſiae noſtrae ſtructura magnificus, poſſeſſionibus ampliandis, creditoribus-que ſatisfaciendum fideliſſimus diſpenſator inuentus eſt.*

In fine ſequens in eumdem Abbatem Epitaphium legitur:

Abbas Henricus zelator religionis
Olim flagrabat totus amore Dei
Virtutum eximius cultor: cultor quoque morum
Virginis intactae vernula iugis erat
Annos expleuit multos in caelibe vita
Illic defuncti membra ſepulta iacent
Spiritus aethereum purus conſcendat in aulam
Pro vitae meritis: annuat Omnipotens.

De Ioanne de Giltlingen Abbate XLII.

Huius Abbatis hiſtoriae breuem Autor praemiſit praefationem, in qua tres; res a illo geſtas non ſcribendi, cauſas adducit, prima eſt, quia adhuc in viuis eſt Abbas: ſe cunda, quia merito timendum, ne adulationis crimine a lectoribus arguatur: tertia e rerum ab iſto geſtarum maxime temporalium ignorantia.

Defuncto Abbate *Henrico* electus eſt III. idus Maii anno 1482. *Joannes* ex nobi Sueuorum familia de GILTLINGEN ortus. Electio eiusdem facta eſt per compromiſſun Fuit quidem a fratribus forma ſcrutinii decreta; aſt cum per iſtud octo Abbates mon ſterii regimen obtinuiſſent, ad compromiſſum coacti ſunt. Itaque eligendi poteſtatem Pra ſidenti et ſcrutatoribus hac conditione commiſerunt, vt eligendus eſſet ex gremio. El gerunt ergo, qui iam in fratrum electione pluribus gaudebat votis, nimirum *Joanne* de *Giltlingen.* Electione finita, *Georgius Prugſchlegel* noſtrae Parochiae Plebanus, q cum ſuis Parochianis electionis tempore feria II. Rogationum proceſſionem ad Eccleſia S. Crucis inſtituebat, electum populo pronuntiauit. Confirmatus fuit pridie idus Mai benedictus vero XVII. Cal. Iunii in ipſo Aſcenſionis Domini feſto. Decantato Hymr Ambroſiano, Prior tunc temporis *Joannes Michel* vir contumax et ſingularis, impetra a Vicario generali facultate, diſceſſit, et Buxhemii Carthuſianorum habitum aſſumſit.

Abbas iſte educatus fuit in monaſterio Hierſaugienſi, ibidemque S. *Benedicti* Ord nem profeſſus eſt. *Melchiore* Abbate eius conſanguineo ſollicitante, a ſuo Abbate, ſe aegre admodum, ad noſtrum monaſterium qua hoſpes dimiſſus, denique etiam ſeſe eodem ſtabiliendi facultatem impetrauit.

Anno 1482. Abbas noſter, a *Georgio* Bauariae Duce requiſitus, Wiblingenſis m naſterii viſitationem omni cum laude perfecit. Autor noſter eiusdem Capellanus eun dem ad illud comitatus, in itinere ſe haud bene habuit, et aegrotus rediit. Quaecu que

que fratribus neceſſaria fuere, liberaliter per officiales religioſos eisdem adminiſtari curauit. Refectorii ſtructuram a ſuo Anteceſſore inceptam abſoluit.

Anno 1483. Capitulo prouinciali ad S. Crucem Werdeae celebrato interfuit, et ab eodem cum Abbatibus Norimbergenſi et Elchingano ad Euſtettenſem Epiſcopum miſſus fuit.

Eodem anno obiit *Henricus Pittinger*, qui ante religionis ingreſſum aurifabrilem exercuit. Scriptor erat celeberrimus, et pingendi, argentum et aurum pergameno imponendi arte eximia calebat. Plures libros pro bibliotheca et ad chori vſum ſcripſit. In fine cuiusdam diurnalis ſequentes verſus adpoſuit:

Anno milleno quadragenteno ſexageno
Virginis lucie feſtis Oti que lie
Pittinger Hainricus ſanctorum Vdalrici et Affre
Clauſtri profeſſus hunc monachus rite ſcriptauit
Horarum librum tenentur ibi ſeruandum
Quem vindelica que Auguſta captat
Quo ſimul omnes ibi ſine poterint vti.

Eodem anno S. *Afrae* icon ex ligno ſculpta et inaurata per Autorem noſtrum comparata eſt.

Idem anno 1484. infulam, et catenam argenteam, et inauratam ad S. *Vdalrici* crucam, ac duas icones SS. *Vdalrici* et *Narciſſi* fieri curauit. *Wilhelmus Hagenor* caſulam holoſericam coerulei coloris eccleſiae obtulit. Iſte anno 1481. *Barbaram Stamlerin* in vxorem duxit.

Sequuntur duae Bullae, prima *Joannis XXII.* Papae, per quam *Joanni Kiſſinger* et ſucceſſoribus eius Pontificalium vſus anno 1410. conceſſus eſt; ſecunda *Innocentii VIII.* qua priuilegia *Conradi* Epiſcopi Auguſtani, *Adriani IV.* Papae, *Alexandri III. Gregorii VIII. Honorii IV. Concilii Baſileenſis*, *Marci* Cardinalis, *Petri* Epiſcopi, *Joannis XXII.* et *Sixti IV.* Paparum confirmantur, inſuper etiam calices, veſtes ſacerdotales &c. conſecrandi et benedicendi facultas conceditur. Iſtae in *Adpendice N. XV.* reperiuntur.

Anno 1485. domum famulo noſtro *Georgio Raych* oppignoratam Abbas redemit, eamque matri ſuae inhabitandam conceſſit. Eodem anno aeternitatem adiit P. *Michael Egelhof* conſtans reformationis promotor, ſtrenuus regularis diſciplinae et abſtinentiae cultor, fuit ad praepoſituram monaſterii S. *Nicolai* prope Memmingam vocatus, ſed breui temporis interuallo ibi manens ad noſtros iterum rediit, magis ſubeſſe quam praeeſſe cupiens. Obiit etiam noſtri monaſterii ſeruus *Antonius* de *Biſchofzell*, eleemoſinam tam ad eccleſiae fabricam, quam pauperibus tribuens, necnon quidam puer, vt ait Autor, ſimpliciſſimus, ac fatuus, *Leo* nomine, ſed optimi ingenii, omnia tam in literarum ſtudiis, quam in muſices arte addiſcens. Eodem anno XVI. Martii eclipſis ſolis fuit obſeruata. Abbas menſas ex platano fieri curauit.

Eodem anno in noſtro monaſterio Capitulum prouinciale fuit celebratum, ad quod plures conuenere Abbates, quorum tantum modo tres, nimirum Praeſidentes in noſtro habitabant monaſterio; reliqui in vrbe hoſpitium ſumere coacti ſunt. Ad hoc capitulum Abbas noſter, quidquid ſplendoris eſſe potuit, congeri curauit. Aſt Patres omnem ſplendorem Monacho indecentem ſuſtinere noluerunt. Illud in feſto S. *Georgii* Martyris initium ſumſit. Celebrato per Abbatem Bambergenſem miſſae ſacrificio, et decantato Hymno: *Veni Creator Spiritus*, omnes ad Capitulum deſcenderunt, et habita prius oratione,

 poſt

poſt quam omnes, qui ad conſulendum non ſunt vocati, exiere, Abbate noſtro Ca
ianuam claudente, conſultationes ceperunt. Finita ſeſſione, omnes opimum in refe
ſumſere prandium. Secunda die officium pro defunctis decantauit Abbas Loricenſis,
tia die vero illud de B. V. *Maria* Abbas Andecenſis. *Joannes* Epiſcopus, Capitulun
thedrale, et Senatus Auguſtanus tam piſcibus, quam diuerſi generis vinis, et plu
auenae ſaccis Abbates praeſentes honorarunt. Vnde etiam feria ſecunda illorum I
tati ad menſam fuere introducti. Feria quarta Capitulum fuit finitum.

Anno 1486. a Suffraganeo Auguſtano *Vdalrico Geislinger* fuit Capella S. *Hi*
conſecrata.

Eodem anno in vigilia S. *Matthiae* Apoſtoli Francofordiae tempore electionis *I*
miliani in regem Romanorum naturae debitum ſoluit *Joannes* de *Werdenberg* Epiſ
Auguſtanus, cuius funus extra ciuitatem Comitantibus Imperatore, Rege Romano
Electoribus, Principibus, Senatu, ac Clero deportatum, curru primo Dilingam, dei
guſtam fuit delatum, et primo in Capella S. *Eliſabethae* fuit depoſitum, dein in ec
Cathedrali expoſitum, denique Dominica *Laetare*, tertio nonas Martii *g*) cum om
lemnitate, cantato prius officio, iuxta eius Anteceſſorem ſepulturae traditum. Epiſ
tum decem annis regebat. Erat humilis, mitis, familiaris, affabilis, iuſtus in iu
fidelis Cleri tutator, amator pacis et concordiae, Imperatori acceptiſſimus.

Exequiae ſolemnes pro anima Epiſcopi, mandante eiusdem ſucceſſore *Frideri*
Zollern, menſe Octobri in eccleſiis SS. *Vdalrici* et *Afrae*, S. *Mauritii*, et Cathedra
ſtitnebantur, aduocatis ad easdem omnibus totius dioeceſis Abbatibus Praepoſiti
VIII. idus Octobris, quae fuit dies dominica, adornata eſt proceſſio ſolemnis, qu
militibus feretrum — non funus, vt habet *Khammius* — portantibus, ad noſtram
ſiam, in qua vigiliae peragebantur, altera vero die, officio a noſtro Abbate decan
ad eccleſiam S. *Mauritii*, iisdem in ea perſolutis, et cantato per Abbatem Wilsbu
ſem officio, reuerſa eſt proceſſio feria tertia ad eccleſiam matricem, in qua eade
vigiliae, et ſequenti officium per Abbatem Capidonenſem peractum fuit. Tribu
Praelatis calices et panni pretioſi fuere oblati.

Autor deinde refert Epitaphium ab *Adolpho Occo* in ſequentem modum co
ſitum:

Ex Werdenberga comitum de gente Johannis
Preſulis Auguſte hoc ſunt ſita membra ſolo
Inclita par generi virtus cui preſtitit vt poſt
Fata ſua viuat carus in ore gregis
Oſſa diem tellus fouet expectancia magnum
Ortus dum recolit ſpiritus ipſe ſuos
Sit terra leuis preſul digniſſime vita
Dignus et angelicis qui ſociere choris
Prefuit eccleſie Auguſtenſi annos prope XVII.
Vita defunctus Franckfordie ad id

Ma

g) *Khammius* haud parum eſt hallucinatus ſcribendo P. III. p. 91. funus eiusdem 9. O
ab Aula Epiſcopali ad eccleſiam noſtram 10. Octobris ad S. *Mauritium* 11. Octobris ad eccleſia
thedralem fuiſſe deportatum. Quid enim minus veritati conſonum, quam funus a menſe Mart
que ad Octobrem inſepultum manſiſſe?

Maximiliani regis electionem profectus
Anno Christi MCCCCLXXXVI. VI. Cal. martias.
Explicat figuras in ſepulchrali ſaxo ſculptas,

Eodem anno feria ſecunda poſt Dominicam Palmarum, omnes Capitulares congregati ad nouum Epiſcopum eligendum Capitulum ſunt ingreſſi, et vnanimibus votis *Fridericum* Comitem de *Hohenzollern* Canonicum et Decanum Eccleſiae Argentinenſis tunc Francofordiae degentem in Epiſcopum poſtularunt. Scrutatores ad hanc electionem vocati ſunt *Vdalricus Geislinger* Suffraganeus Auguſtenſis, et Abbas San-Vlricanus *Joannes* de *Giltlingen*. Electionis tempore ante Capituli ianuas, ne eligentibus violentia inferretur, nobiles de *Rhem* Patritii Auguſtani, quibus ex officio incumbebat, excubias egerunt. Eodem tempore Duces Bauariae *Georgius*, *Albertus* et *Wolfgangus* Auguſtae verſabantur, *Joannem* Ducem de *nouo foro* Praepoſitum eccleſiae Cathedralis ad epiſcopatum promotum exſpectantes. *Fridericus* ab *Innocentio VIII.* Papa confirmatus, XVII. Cal. Octobr. Dilingae ab Epiſcopo Conſtantienſi fuit conſecratus.

Eodem anno tres Canonici eccleſiae Cathedralis fuerunt electi in Epiſcopos. *Fridericus* Comes de *Oettingen* Epiſcopus Patauienſis: *Henricus Groſs* Bambergenſis, et *Vdalricus* de *Fronsberg* Tridentinus, qui veneno, a medico porrecto, interiit.

Eodem anno in domino obiere noſtri monaſterii Monachi *Vdalricus Piſchel*, et *Stephanus Hyebenſtainer* conuerſus.

Eodem anno in honorem *Chriſti* Crucifixi *Adolphus Occus* carmen, in *Adpendice N. XVI.* relatum, compoſuit.

Eodem anno in noſtram eccleſiam introducta fuit fraternitas Corporis Chriſti, anno 1483. procuratoribus *Henrico Roch h)* et *Martino Roeslin* Auguſtae in eccleſia S. Crucis inſtituta, dein ad eccleſiam S. *Stephani*, poſtea Praedicatorum translata. Fuit eadem ab *Innocentio VIII.* anno eodem confirmata, indulgentiisque dotata, necnon a XIV. Cardinalibus anno 1487. gratiis aucta. Vtrorumque literae vidimatae in *Adpendice N. XVII.* inſertae habentur.

Anno 1487. domini *Fugger* tabulam Capellae S. *Dionyſii*, anno 1493. a *Gumpoldo Giltlinger* depictam, fieri curarunt.

Eodem Anno et ſequentibus plura breuiaria pro fratribus in pergameno ſcripta fuere.

Eodem anno, iuſſu Abbatis, *Petrus Wagner i)* Monachus noſtri aſceterii *congeſtum Monachorum illuſtrium*, *ſeu librum de viris et faeminis vitae ſanctimonia et doctrina celebribus* ex Ordine S. *Benedicti*, Sanctos ex ordine noſtro, deinde eiusdem Abbatis iuſſu *Leonardus Wagner k)* in membrana auro et iconibus decorata conſcripſit.

Anno 1488. domus verſus eccleſiam omnium ſanctorum emta eſt; et molendinum in Haunſtetten extructum, molaque oliuaria facta. Autor noſter librum miſſale in pergameno ſcribi curauit. Vtraque etiam ianua ſacriſtiae confecta fuit. Domini *Stamler* ſuis expenſis arcum in capella B. V. *Mariae* et feneſtras fieri curarunt, eamdemque omnibus neceſſariis decorarunt.

D 2 bas

h) *Khamminus* Koch.
i) De hoc viro eiusque opere alibi agemus; interea Conf. *Veithii* Bibl. Auguſt. Alphab. III. p. 226. et ſeq.
k) De iſto, eiusque ſcriptis alibi ſcribemus.

Anno 1489. templo firmius fundamentum exigente, eiusdem effoſſionis occaſione S. *Wiſterpi* Epiſcopi oſſa fuere inuenta, et ad Sacriſtiam interiorem translata. Idem Abbas deinde in S. *Nidgarii* Epiſcopi oſſa inquiri iuſſit, inuentus eſt lapis, in quo ſequentia verba inſculpta legebantur: *Beatiſſime memorie hic requieſcit Nidgarius epiſcopus.* Iſto amoto, ſacra oſſa reperta ſunt, et mox ad Sacriſtiam translata. Eo labore peracto, eadem nocte S. *Simperti* Epiſcopi oſſa fuerunt omnium gaudio reperta, eaque iterum Abbatis iuſſu terra ſuperpoſita fuere.

Eodem anno hierotheca anno 1486. fieri coepta, perfecta fuit. Autor pecuniam et argentum a ſe ad illam collectum recenſet. Abbas eodem anno omnia villae noſtrae tecta renouari curauit. *Gothardus Stamler* paramenta nigri coloris obtulit. A piſtoribus noſtrae paraeciae tabula SS. *Nicolai*, S. *Antonii* et *Leonardi* fuit comparata.

Eodem anno nuntios idem Abbas ad monaſterium Mellicenſe miſit, et tres Patres et conuerſum mitti poſtulauit. Aegre admodum Mellicenſes ob religioſorum penuriam in id conſenſere, tandem precibus victi, tres nimirum P. *Michaelem*, qui Prior, P. *Vitum*, qui Suprior fuit conſtitutus, F. *Leonardum*, et *Caſparum* Conuerſum dimiſerunt; aſt anno 1491. duo priores vnacum fratre Laico domum reuocati ſunt; *Leonardus* autem ſui Abbatis iuſſu Elchingae hoſpes perſtitit.

In exteriori eecleſiae parte verſus occidentem imagines SS. *Vdalrici* et *Afrae* depingi fecit.

Anto 1490. Organum, ligneis ſolummodo fiſtulis inſtructum fuit coemtum. Ad frigus hyemale facilius tolerandum noua toralia ſingulis Abbas diſtribuit, lectiſterniis et veſtimentis omnium neceſſitati prouidens.

Eodem anno completum eſt graduale a P. *Leonardo Wagner* in pergameno ſcriptum, et a P. *Conrado Wagner* figuris elegantiſſimis decoratum.

Eodem anno fuit S. *Simperti* ſepulchrum praeſentibus teſtibus iterum apertum, eiusque corpus effoſſum. Super iſtam inuentionem fuit publicum inſtrumentum confectum; et à teſtibus ſubſcriptum. Iſtud in *Adpendice N. XVIII.* integrum habetur exſcriptum. Inſtrumentum ſequitur *Friderici* Epiſcopi inhibitorium alienationis reliquiarum eiusdem ſancti decretum in *Hierarhhiae P. III p.* 93. a *Khammio* inſertum.

Eodem anno P. *Leonardus Wagner* Lectionarium ſcripſit. Abbas molendinum infra hoſpitale oppignoratum redemit, et reparauit.

Anno 1492. translatio S. *Simperti* cum omni ſolemnitate, praeſentibus *Maximiliano* Romanorum Rege, aliisque imperii Principibus, ac Praelatis a *Friderico* Epiſcopo fuit inſtituta ſuper quam ab eodem authenticum fuit confectum inſtrumentum, a *Khammio P. III. p.* 94. *et ſeq.* exſcriptum. Inſtrumentum iſtud excipit notariorum: nimirum *Jacobi Wirſung*, *Joannis Fiſcher*, *Petri Mor*, et *Joannis Baierhain*, ſubſcriptio a *Khammio* omiſſa. Iſtam ſequuntur *Petri* Epiſcopi et Cardinalis literae, quibus S. *Simpertus* a *Nicolao V.* faſtis Sanctorum inſertum, a fidelibus inſtar aliorum ſanctorum venerari, et in noſtro monaſterio ſolemni officio eius feſtum celebrari poſſe ſignificat. Reperiuntur illae in *Adpendice N. XIX.*

Eodem anno Abbas et Conuentus *Maximilianum* Imperatorem ob multiplices collatas gratias, omnium ſpiritualium bonorum operum et meritorum participem reddidere, ac poſt obitum eadem, quae pro Confratre, perſoluenda promiſere, literis hac ſuper re eidem traditis, quae in *Adpendice N. XX.* legi poterunt.

Eodem

Eodem anno quatuor vexilla de ſerico panno rubei coloris fuere comparata. Romae Saluatoris noſtri titulus fuit in quodam Sarcophago inuentus.

Eodem anno *Fridericus* Imperator ad omnes imperii ſtatus literas miſit, quibus, quanta perfidia *Carolus* Rex Franciae eiusdem filiam ſibi deſponſatam vi abſtulerit, et in vxorem duxerit, iisdem ſignificauit.

Anno 1493. Abbati et Conuentui ob ſpecialem B. V. *Mariae* venerationem a *Matthia Canuti* Epiſcopo Gadenſi fuerunt conceſſae indulgentiae.

Eodem anno ex aureis et argenteis donatiuis, per *Conradi Moerlin* exhortationes acceptis pectoralis S. *Simperti* icon 52. libris argenti grauis a *Georgio Seld* facta eſt. Ad eamdem *Maximilianus* Rex quatuor marcas argenti obtulit. Facta eſt etiam tabula ad Sancti eiusdem altare poſita. Capella eiusdem cum reliquis capellis verſus monaſterium concamerata eſt.

Eodem anno S. *Dionyſii* pectoralis imago inaurata eſt. Duo altaria S. *Dionyſii* nimirum et S. *Benedicti* ab Epiſcopo *Friderico* conſecrata.

Eodem anno molendinum — Kreuzmühl — renouari, et aliud in Erckhauſen extrui curauit Abbas. Pro venditis quibusdam cenſibus, non niſi graui cum incommodo colligendis Bulſani nouum emit vinetum, domumque aedificauit. Factum eſt etiam in pariete eccleſiae noſtrae horologium cum planetarum figuris. Duae Ieſu Crucifixi imagines depictae ſunt. Obiere *Vdalricus Geislinger* Suffraganeus, *Joannes Stenglin*, noſtri aſceterii Monachus, et *Joannes Stoſser* ciuis Auguſtanus Werdeae e feneſtra praecipitatus periit.

Eodem anno e vita migrauit *Fridericus III.* Imperator, Viennae ſepultus. Exequiae pro eodem Auguſtae circa feſtum S. *Andreae* praeſentibus *Maximiliano* Rege, Principum Ambaſiatoribus, Epiſcopis et Abbatibus cum omni pompa celebratae fuere. Ante eiusdem obitum *Maximilianus* Rex Duciſſam Mediolanenſem in matrimonium duxit.

Eodem anno Duces Saxoniae *Fridericus* et Bauariae *Chriſtophorus* ad terram ſanctam peregrinati ſunt. Inter itineris ſocios erat *Martinus Polick* Doctor de Mellerſtatt Autoris noſtri, dum in Zerbſt ſtudiis vacabat, contubernalis, ac ſpecialis amicus.

In Natiuitatis Domini feſto, veſperis completis, quidam textoris filius quamdam mulierem vsque ad ſanguinis effuſionem in noſtra eccleſia percuſſit. Eccleſia itaque mox altera die iterum reconciliata fuit.

Eodem anno in ſcholae horto Abbas pro fratribus ſolarium extrui curauit.

Abbas noſter et Abbas Werdenſis *Bartholomaeus* in id conuenere, vt omnes Monachi recreationis gratia ad monaſterium Werdenſe, et huius Monachi ad nos miterentur.

Eodem anno *Georgius Bolſter* Monachus Andecenſis, qua hoſpes apud nos commoratus, feſta Domini, B. V. *Mariae*, Sanctorum imagines, dormitorium, Bibliothecam &c. verſibus decorauit, Abbatem quoque, Autorem noſtrum, et *Simonem Weinhart* carmine celebrauit. Autor noſter huius amici ſui carmina in hoc opere inſerta exhibuit. Iſtorum iam *Volumine II. pag.* 59. mentionem fecimus. Qaedam de iſtis in *Adpendice N. XXI.* referemus.

Carminibus memoratis Autor ſequentem ſubiunxit animaduerſionem: *Sub Joanne et tribus anteceſſoribus ſuis ... libraria noſtra augmentata eſt circa volumina vel vltra ſcripta et impreſſa demptis deuocionalibus fratrum que habentur in cellis quorum numerus eſt magnus quo ad alia loca ſiue monaſteria ordinis noſtri.*

Eodem anno ad nos *Leonardus Weinlin*, qui in monaſterio Tegernſeenſi, et *Vdalricus Flechſenhauer*, qui Herbipoli per annum, verſati ſunt, rediere.

 An-

Anno 1494. *Sigiſmundum Meyſterlin* Monachus olim noſtri aſceterii hiſtoriam eiusdem Abbati transmiſit. *Maximilianus* Imperator Oeniponti cum Duciſſa Mediolanenſi in Dominica *Iudica* nuptias celebrauit. Murus noſtri horti verſus S. *Margaretam* concidit. Autor noſter ſacras monaſterii Andecenſis reliquias deuotionis gratia viſitauit. *Leonardo Wagner* et *Balthaſari Kramer* duo ſcribendi pſalteria negotium fuit commiſſum, et hanc ob rationem fuerunt a choro et aliis communibus laboribus exemti.

Eodem anno Abbas Crucem S. *Vdalrici* aureae Theccae gemmis et vnionibus exornatae incluſit. Pedum abbatiale argentum fuit comparatum, et eburneum aereumque vero fuit renouatum. Imago pectoralis S. *Narciſſi* de argento et auro a capitulo cathedrali nobis fuit oblata. Foedus inter nos et alia monaſteria coaluit. Foederis leges *Petrus Wagner* congeſſit, et *Leonardus l*) *Wagner* ſcripſit. Earumdem formam Autor adducit.

Eodem anno *Matthaeus Marſchall* de *Biberbach* genealogiam SS. *Vdalrici* et *Simperti* compoſuit, deinde tabulae inſcriptam.

Eodem anno contra noſtrum Plebanum, hominem idiotam et aſtutum penſionem annuam ſoluere nolentem, duae ſententiae a SS. Pontifice obtentae fuere. Hac ex cauſa ſolemnis gratiarum actio in eccleſia fuitcelebrata. In feſto SS. *Petri* et *Pauli* ſententia finalis et literae executoriales fuerunt obtentae, et *Joanni Ziegler*, elapſis aliquot diebus oblatae. Pridie nonas Octobris Abbas, Conuentus, et *Joannes Ziegler* ob penſionum tamdiu denegatarum ſolutionem conuenerunt. Aſt iſte magis pecunias amans, quam animarum curam, promiſit, ſi penſionum ſolutio dimitteretur, et altera annua ſeptuaginta florenorum, quamdiu viueret, concederetur, ſe parochiam Summo Pontifici reſignaturum, et eiusdem incorporationem apud apoſtolicam ſedem impetraturum.

Anno itaque 1495. vnio et incorporatio Parochiae noſtrae ab *Alexandro VI.* per Bullam Cal. Aprilis Romae expeditam, impetrata eſt. Iſta in capitulo lecta, altera die parochiae poſſeſſionem Abbas, ſub cantato hymno Ambroſiano, et omnium campanarum pulſu, in altari Plebani collocatus, praeſentibus Notario, teſtibus, et ingenti hominum copia adiit. Finito Te Deum Laudamus *Conradus Moerlin* Prior in ſermone ad populum habito bullae tenorem expoſuit. Hac ſolemnitate abſoluta, Abbas etiam ad Plebani domum ſe contulit, ibidemque plenariam poſſeſſionem ſumſit. Deinde Parochiae adminiſtrationem ſub quibusdam conditionibus D. Sixto, *Vdalrico*, et duobus ſcriptoribus commiſit.

Abbas noſter torquem, in qua S. *Crux* pendebat, fieri curauit. Hac occaſione Autor Crucis S. *Vdalrici* hiſtoriam deſcribit.

Eodem anno mitra Abbatialis ditiſſima, iam bina vice breui temporis ſpatio renouata, et iterum a *Petro Wagner* Cuſtode reſoluta, additis pretioſis lapillis, margaritisque abſoluta fuit. Autor noſter ea occaſione *Conradi Grashay* Cuſtodis, de ſacro ſuppellectili optime meriti meminit. Deinde ſumptus ad vltimam renouationem expenſos recenſet, adumbrat duorum Acupictorum infidelitatem, deſcribit imagines, et figuras, quibus illa fuit exornata, integramque eiusdem faciem.

Idem Abbas in refectorii pariete vrbem Ieroſolymitanam, ac vniuerſam terram ſanctam depingi iuſſit. *Petrus Wagner* eodem anno vindemiarum tempore Bulſanum miſſus, domum ibidem aedificari curauit. In eccleſia Cathedrali Iudaeus in feſto S. *Narciſſi* baptizatus eſt.

Eodem

l) *Khammius* errore ductus *Conradus*.

Eodem anno XVII. Cal. Iulii a *Joanne* Suffraganeo magnum coemeterium, ante portam piſcatoriam a ciuibus Auguſtenſibus conſtructum, fuit dedicatum. Autor huius coemeterii originem pluribus enarrat.

Eodem anno tabula fraternitatis Corporis Chriſti ad S. *Thomae* Apoſtoli altare poſita, et eccleſiae noſtrae porta verſus meridiem ſequenti anno fuit abſoluta. Teſtudo eccleſiae noſtrae verſus ciuitatem fuit perfecta. Pluuiale viridi coloris a *Laurentio Platner* ciue Auguſtenſi fuit nobis oblatum. *Conradus Moerlin* Prior imaginem Chriſti Crucifixi pro 20. florenis emit. Eodem inſtigante, eccleſiae Paraecialis noſtrae praefecti alteram pro 50. florenis coemerunt.

Eodem anno Abbas noſter conſtrui curauit ſudatorium, cuius tamen vſum nemini capitularium, exceptis officialibus, conceſſit, quod eorum animos haud parum exacerbabat. Itaque commune ſudatorium fuit reſtauratum.

Eodem anno duo pſalteria in pergameno excellentiſſime ſcripta fuere, vnum a *Leonardo Wagner*, alterum a *Balthaſare Kramer m)*. Eadem figuris diuerſis coloribus distinctis, et deauratis *Georgius Beck* ciuis Auguſtanus cum filio ſuo decorauit.

Anno 1496. Cal. Februarii Abbas noſter anno aetatis ſuae 56. e vita diſceſſit, trium millium florenorum debita, ſed et horreas frumentis repletas poſt ſe relinquens: ſepultus eſt in periſtylio, exiguo laudis encomio poſt obitum ab Autore noſtro honoratus.

Anno 1495. quatuor Religioſi Indiani Ordinis S. *Antonii*, quorum nomina, *Paulus* Presbyter, *Petrus*, *Thomas*, et *Matthaeus* Diaconi, literis eminentiſſimorum Cardinalium, nimirum *Oliuerii* Rabinenſis, *Hieronymi* Preneſtini, et *Raphaelis* S. *Georgii*, *Joannis* S. *Sabinae* et *Bernardini* SS. *Marcellini* et *Petri*, muniti, Roma venerunt Auguſtam, cruces aere fuſas manibus portantes, pluribus diebus apud nos verſabantur. In octaua Corporis Chriſti cum conuentu noſtro proceſſionem magna cum aedificatione populi comitabantur. Auguſta Fultenbachium profecti ſunt, a Capitulo Cathedrali et Magiſtratu Auguſtano viatico inſtructi. Statuerunt deinde ſacra loca Hieroſolymis, S. *Jacobum* Compoſtellae, et SS. reges praecipue S. *Caſparum* Coloniae viſitare. Autor literas ſupra memoratas integras exhibet.

Sequuntur nunc ea, quae a die obitus Abbatis *Joannis*, vſque ad electionem *Conradi Moerlin* contigere. Abbate defuncto, poſt matutinum Capitulares conuenerunt, ſtatuentes, vt Abbatiae claues ab omnibus reciperentur: vt quatuor ſaltem ex Capitularibus vſque ad nouam electionem in Abbatia permanerent, quod tamen non eſt obſeruatum, ſed tantum Prior et Cellerarius ad eamdem ingreſſum habuere: denique vt ſummo mane quatuor Epiſcopo Abbatis obitum denuntiarent. Aſt Cancellarius eosdem praeuenit, obitum inſinuans, quod aegre admodum fratres tulerunt. Venientes itaque Epiſcopus, benigne ac paterne ſuſcepit, dicens: *Dilecti fratres! ego condoleo vobis et monaſterio SS. Vdalrici et Afrae de obitu Abbatis veſtri propter diuerſa pericula: quia legatus a latere, Rex Romanorum ſunt hic, ideo videndum eſt vobis et nobis, vt euadamus manus eorum qui forte poſſent nobis facere damna ſeu intruſionem.* Quaeſiuit aduentus eorum cauſam, eaque percepta, ſequentibus verbis conſolatus eſt: *Dilecti fratres credite mihi, absque dubio ego faciam vobis fidelem aſſiſtentiam, et ponam animam corpus ac epiſcopatum pro monaſterio veſtro, licet deputatus ſim per regiam maieſtatem hodie recedere ad dictam Francofordiam, nolo tamen recedere propter obitum Abbatis veſtri &c.* Exequiis, quas Suffraganeus iuxta Mellicenſium ritum peregit, ipſe Epiſcopus intereſſe voluit. Eadem die Epi-

m) De iisdem alibi fuſius agendum erit.

Epiſcopus ſumto cum hoſpitibus a ſe inuitatis prandio, ad monaſterium noſtrum reuerſus eſt. Fratres, colloquio prius habito, eidem habitandi locum conceſſere, tali tamen conditione, vt Prior et officiales liberum ad eum, et Abbatiam haberent acceſſum, et ne Epiſcopus iurisdictionem ſibi vindicaret, et ne pro futuro in monaſterii cederet praeiudicium. Epiſcopus itaque iocoſe dixit: *iam ſum Abbas, ſed non diu vt ſpero, quia non deſidero fraudem facere huic loco, aut aliquam violentiam, nolite timere, ſitis vos concordes et vnanimes, poſtquam elegeritis Abbatem, ſtatim recedam ad epiſcopatum meum, et relinquam locum iſtum Abbati electo.* III. Cal. Februarii idem Epiſcopus nouam inſtitui iuſſit electionem, ad quam Abbates Werdenſem, et Fuldenbacenſem, fratribus parum acceptos, inuitauit. Ante illam vnumquemque fratrum ad ſe vocauit, explorans, quem regiminis abbatialis dignum cenſerent.

Sub Abbate *Joanne* eccleſia in Finningen fuit reparata, depictis familiae de Giltlingen in parietibus et feneſtris inſignibus. Villicus ibidem erat conſtitutus Abbatis Germanus *Paulus* nomine, quam magis familiae, quam monaſterii bonum curaſſe, Autor aſſerit. In choro eiusdem eccleſiiae ſequens legitur carmen:

Schematis huic opus deuota mente dicauit
Laudibus altithrono tam ſcemate clarus auorum
Munere quam preſtans diuino relligionis
Abbas Auguſtae de Giltlingen ſtirpe Johannes
Hunc precibus foueant Vdalricus ſimul Afra
Vt Deus aethereis compenſet terrea donis.

De Conrado Moerlin Abbate XLIII.

Vir ſcientia, ſapientia et prudentia clarus, et eloquentia celebris III. Cal. Februarii anno 1496. per compromiſſum, fratribus in Epiſcopum, Suffraganeum, Abbates Werdenſem et Fuldenbacenſem, et *Conradum Froelich* promittentibus, electus eſt, Cal. Februarii confirmatus, et in feſto Purificationis B. V. *Mariae* ab Epiſcopo benedictus. Hac itaque die proceſſio intermiſſa eſt, et candelarum benedictio a Vicario paraeciae peracta. In feſto S. *Agathae* primam in capitulo habuit orationem vere paternam, omnes ad obedientiam et mutuam charitatem admonens.

Fuit is bina vice Prioratus officio functus, ſe ſemper humanum, benignum, manſuetum, diſcretum, et affabilem exhibens, multaque ſolatia, quae Abbas *Joannes*, qui magis timeri quam amari voluit, denegauit, eisdem praebens, vt animos acerbatos aliquo modo leniret, ac concordiam ſeruaret.

Abbas noſter Auguſtae a honeſtis parentibus natus, in noſtro aſceterio educatus, in eodem ſub *Melchiore* Abbate regularem profeſſus eſt vitam. Sacro presbyteratus ordine initiatus, ad monaſterium Tegernſeenſe ſe contulit, ex quo, anno elapſo, ad ſuos rediit, haud exiguos ſcientiarum, et regularis vitae fructus ſecum adferens. Deinde maioris perfectionis amore Buxhemii Carthuſianorum habitum, poteſtate ad id ab Abbate et Capitulo obtenta, induit; aſt ad eiusdem ordinis auſteritatem et laborem ſuſtinendum ſibi vires deeſſe ſentiens, ad noſtrum iterum reuerſus eſt monaſterium.

Statim poſt confirmationem idem Priori et quatuor Senioribus, ac Aurifabro res argenteas deſcribi, ponderari, earumque pretium ſtatui voluit. His factis, easdem conuen-

uentui cuſtodiendas tradidit; recepit tamen, conſentientibus ſenioribus, quaedam argentea ſemifracta vaſcula, et diuerſas monetas ab Anteceſſore relictas, ex quibus quosdam ſcyphos deauratos fieri curauit. Eodem tempore Fr. *Petrus* Cuſtos duas ampullas argenteas comparauit.

Eodem anno *Conradus Wagner* Ellingae, prope ciuitatem Weiſenburgum, oriundus, qui mira aurum pergameno imponendi, ac pingendi arte callebat, eiusque diuerſa relinquebat monumenta, aeternitatem adiit.

Abbas noſter primum officium in pontificalibus in feſto S. *Benedicti* cantauit, praeſentibus eius patre *Conrado Moerlin*, conſanguineis, propinquis, ac amicis, Magiſtris ciuium, Decano eccleſiae S. *Mauritii*, ſupremo ordinis S. *Georgii* Magiſtro, qui omnes ad prandium fuerunt inuitati. Eidem Abbati ab electionis die vsque ad S. *Martini* feſtum diuerſa munera a diuerſis fuerunt oblata, quae pro rebus ſacris penitus impendit. Eodem anno annulum pretioſum ex auro, in quo Paſſio Domini fuit inſculpta, gemmis exornatum fieri curauit. Plura vaſcula auro et argento decorari iuſſit. Idem Abbas nullibi inſignia ſua inſculpivoluit, eoquod non propriis ſed monaſterii ſumtibus cuncta fieri curauerit.

Eodem anno *Alexander VI.* per apoſtolicum Breue ſeptem altarium indulgentias conceſſit. A *Maximiliano* Romanorum Rege exemtionem vectigalium in Tyroli impetrat *n*). Enarrat dein Autor, qua occaſione illud priuilegium fuerit impetratum, nimirum Regi piſces in Herzhoffen captos offerendo. Iſto obtento, Abbas ipſe Bulſanum pergens Oeniponti Regiae Gubernationi in copia vidimata iſtud exhibuit, a qua deinde ad Telonarios recepit literas *o*).

Sub eodem Abbate in Capella S. *Afrae* in Campo Lyci ſita eiusdem ſanctae hiſtoria Paſſionis picta, et chorus, turris, ac ſacriſtia extructa fuere, Abbate primum lapidem cum omni ſolemnitate ponente.

Eodem anno *p*) Abbas, conſentiente capitulo, reſponſorium *Tenebrae* cum verſu et collecta ſingulis feriis ſextis ante prandium in memoriam Paſſionis Dominicae decantari iuſſit.

Abbatialem habitationem renouari curauit. Praeſentibus quibusdam capitularibus redituum libros legi, nouosque eorum duos, vnum ſibi reſeruans, alterum conuentui extradens, conſcribi iuſſit.

Eodem anno cum ſuo conuentu Patres ordinis Praedicatorum inuiſens, arbore pulcherrima in periſtylii horto conſiderata, dapſili merenda refocillatus eſt. Hac humanitate exhibita, Abbas omnes Ordinis Praedicatorum Alumnos ad ſuum monaſterium inuitauit, eosque omni honore excepit, oſtenſisque primitus SS. reliquiis, et monaſterio, optimo conuiuio recreauit.

Eodem anno Ingolſtadii commune ſtudium a quibusdam Boiariae Abbatibus fuit inſtitutum, ad quod etiam ex ſuis Abbas cum conſenſu capituli duos, nimirum *Joannem Keſſingeer q*) et *Eraſmum Hueber* miſit. Anno nondum elapſo, propter habitationis anguſtias,

n) Priuilegium *Khamm* in *Hierarch. Auguſt. P. III. p.* 106. adducit.

o) *Khamm loc. cit.*

p) *Khamm* anno 1498. quo ſcilicet publicum fuit inſtructum inſtrumentum, ab eodem *P. II. p.* 265. adductum.

q) *Khamm* Heſſinger.

ſtias, aliaque incommoda iterum reuocati ſunt. Studium etiam iſtud non vltra annu ſuam habuit exiſtentiam.

Eodem anno idem imaginem Crucifixi benedixit, et in eccleſia ante Plebani alta erexit.

Eodem anno *Philippus* Burgundiae Dux cum magno Comitatu Auguſtam venit, in feſto S. *Joannis Baptiſtae* noſtram viſitauit eccleſiam, ab Abbate omni debita vener tione exceptus.

Anna Groſſin noſtro monaſterio ſcyphum obtulit. Burſa ex auro et argento pro co poralibus facta eſt.

Eodem anno, interuentu Epiſcopi Auguſtani et Comitis Oettingenſis *Ioachimi* ad m naſterium Neresheimenſe quatuor religioſos Patres, cum fratre Laico, ibidem reformati nem introducturos, miſit.

Eodem anno vexillum per magiſtrum *Vdalricum Abbt* depictum eſt. In feſto Nat uitatis Domini optima fercula, et diuerſi generis vinum in argenteis ſcyphis porrigi iu ſit. Oratorium abbatiale ſupra capellam S. *Simperti* a *Joanne* Abbate inceptum eode anno ad finem perductum eſt. Altaris tabula per Magiſtrum *Gunpoldum* picta eſt, ſol tis pro ea centum florenis. Autor deſcribit fuſius altare, feneſtras, et picturas.

Eodem anno plura praedia in Viſchach, Haunſtetten, et Finningen coemit.

Anno 1496. annuum cenſum a quodam ciue, *Kaut* nomine, emit. Duo Caldar de Auricalco facta comparauit. Ad domus ſtructuram Bulſani 70. florenos tribuit. Du campanulas fundi, et vnam ante capitulum, alteram ante refectorium ſuſpendi iuſſit.

Eodem anno feſtum Annuntiationis B. V. *Maria* Sabbato ante Dominicam Palm rum XVI. Cal. Aprilis, et feſtum S. *Benedicti* feria quarta Abbatis iuſſu fuit celebratu alias feria tertia poſt Dominicam celebrandum. Eodem anno feria ſecunda poſt Domi nicam *Miſericordia*, quarto idus Aprilis primus lapis eccleſiae in Coemeterio ab *Vda rico* de *Hohenrechberg* eccleſiae Cathedralis Decano fuit poſitus. Sepulturam cum co ſenſu capituli, Abbas in loco capitulari ſibi elegit. Fratribus hauſtum veſpertinum m niſtrari praecepit.

Eodem anno ante S. *Afrae* Sepulchrum ſuſpendit candelabrum, ſeptem lampadi bus inſtructum, ex orichalco per *Georgium Herenberger* factum. Cochlearia nouem lig nea cum argenteis manubriis comparauit. Altaris S. *Simperti* tabula a magiſtro *Gunpo do* fuit picta. Tumbam eiusdem opere fuſorio exornari fecit. Fundamentum portae e cleſiae noſtrae verſus ciuitatem XIII. Cal Iulii foſſum eſt, et finita ipſa porta circa S. *Ma tini* feſtum. In capella S. *Afrae* in Lyci Campo ſita duo noua altaria fieri Abbas cur uit, et ſtatuam eiusdem S. *Afrae* ligneam, affabre ſculptam, ferreisque clathris circum datam conſtituit. Recenſet Autor reliquias ibidem contentas. Capitulum nouis ſedilib eodem anno inſtruxit, ac ibidem amota bibliothecae ianua, et ad latus verſus meridie collocata, erexit altare in honorem SS. *Benedicti*, *Mauri*, *Placidi* et omnium Sanctoru Benedictinorum a Suffraganeo Auguſtenſi dedicatum, et indulgentiis donatum.

Hucusque Autor noſter ſuum Abbatum Catalogum contexuit; dolendum admodum, rel quam Conradi *Abbatis vitae ſeriem, eiusque geſta conſcribere ab illo fuiſſe intermiſſum.*

Catalogo Abbatum ad calcem codicis Catalogos Priorum et Subpriorum ex eo tempor quo ingreſſus in monaſterium, nimirum ab anno 1496. *ſubiunxit.*

Catalogis tam Abbatum, quam Priorum breuem admodum continuationem aliena man adiecit.

II.

II.

Wilhelmi Wittwer Collectanea. II. Vita S. Wilhelmi Eremitae. III. Vita S. Guilielmi Gellonenſis. IV. Vita S. Wilhelmi Abbatis Hierſaugienſis. V. Eiusdem Vita. VI. Vita S. Wilhelmi Eremitae germanice ſcripta. VII. Quaedam documenta ſtructuram noſtrae eccleſiae, et fraternitatem SS. Vdalrici et Afrae reſpicientia. VIII. *Ioannis* Franck Monachi San-Vlricani Chronicon. in 4. Codex Cartheaceus.

Ne in huius codicis, in quo omnia inter ſe mixta, et diſparata obſeruantur, deſcripone lectori meo taedium pariam, primo ea, quae a *Wilhelmo* collecta et conſcripta fue-, deinde reliqua ab aliis ſcripta, recenſebo.

Characterum genus idem, quod in priori, in praeſenti codice occurrit. Alia rubro, lia vero nigro colore ſcripta conſpiciuntur. Diſtinctionis ſignum nullum adparet.

I. In prioribus octo foliis omnis generis aduerſaria congeſſit, inter quae attentione gna ſunt, Epitaphia *Friderici II.* et *Sigismundi* Imperatorum, quaedam noſtri monaſtei hiſtoriam ſpectantia, v. g. paraeciarum, in quibus ius patronatus eo tempore habuius, deſignatio: quaedam de S. *Wilhelmo* Eremita ex Breuiario Fratrum eiusdem Ornis apud nos commorantium, qui monaſterii Weyſſenbrunnenſis in Thuringia Alumni ant, excerpta: oratio de eodem Sancto latini, et germanici idiomatis: Carmen, quo *eorgius Bolſter* noſtrum honorauit. Iſto ſubiecit breuem ſui ipſius Biographiam ab ineſſu Ordinis vsque ad annum 1506, a me iam praefatione praemiſſa in eiusdem vitae cumſtantiis enarrandis maxime adhibitam. Plura etiam hic occurrunt, quae iam ſuo talogo inſeruit, praecipue de indulgentiis a Rhodenſibus obtentis.

Literae fundationis anniuerſarii, ab Autoris Sorore, *Magdalena* nomine, Hoechſta. anno 1496. factae. Sequuntur quaedam de S. *Wilhelmo* ab aliena manu ſcripta.

Quaedam literae, rotulares dictae, quibus obitus quorundam fratrum noſtrorum conderatis fuit ab ipſo, dum Prioris munere fungebatur, ſignificatus. Sequitur carmen origine Hirsaugienſis monaſterii a *Conrado II.* Imperatore fundati; huic breuem eiusm Caeſaris, et *Henricii III.* hiſtoriam ſubiecit. Tunc ſequuntur quaedam SS. Patrum ntentiae, expoſitio canonis, duae literae rotulares dictae: carmina de S. *Simone* Triatino Martyre. Literae fundationis duodecim pietanciarum a *Joanne Ruch* Plebano noae parochiae factae: cenſus annui a quibusdam in vrbe ſoluendi: duodecim Antiphoe ante feſtum Natiuitatis Domini in eccleſia veſperarum tempore cantari ſolitae in lina vulgari. Exempli gratia vnam aut alteram earum ob lectorum oculos ſiſtam.

O du ewige weyſhayt die du biſt auſgangen auſs dem mund deſs allerhöchſten raichent rcklich vom end bis zum end vnd verordnent oder fürſechen ſüſſlich alle ding kum vnd lerms den weg der fürſichtigkait.

Secunda Antiphona: *O Adonai*, ſic translata habetur:

O Her

O Her vnd führer des Hauſ iſrahel der du biſt erſchienen moiſy in dem feür des brinnenden buſchen vnd Im auff dem berg ſina das geſatz haſt geben kum vnd erlöſs vns mit deinem ausgeſpanten arm.

Deinde ſequuntur diuerſae orationes in lingua vulgari cum indulgentiis a diuerſis Summis Pontificibus conceſſis: orationes ad varios ſanctos: Oratio Dominica, et Angelica ſalutatio, intermixtis piis affectibus: Oratio per ipſum Deum ad montem S. *Michaelis* miſſa — absque dubio fabuloſa miſſio iuxta illius ſeculi genium — De lectione Evangelii S. *Joannis*: In principio. Iſtis ſubnexa eſt *Tabula de collectis ponendis in miſſa ſeu officio couentuali iuxta conſuetudinem et rubricam monaſterii SS. Vdalrici et Affre Auguſte et ſecundum introductionem monachorum reformatorum Mellicenſium.* Tunc *volget ein nuzlich regiment für die peſtilenz.* Iſtud regimen Auguſtae anno 1483, teſte *Wittwero*, impreſſum fuit. Eius initium ſic ſonat:

So in dieſer varlicher zeyt der Peſtilenz die menſchen offt verkürzt werden den daz ſy noch an In ſelbs prieſſen ob ſy die peſtilenz enpfangen haben wan es offt ſenfft kompt.

Agit deinceps Autor noſter de ſeptem miſſis Gregorianis pro animabus in purgatorio detentis legendis. Haec fabula germanico idiomate ſcripta eſt. Modus rabidorum canum morſus curandi. Tandem quaedam hiſtoriae monaſterii Andecenſis fragmenta. Occurrunt praeter recenſita et alia varii generis aduerſaria, quibus etiam et margines repletae hinc inde reperiuntur.

II. Vita S. *Guilielmi* Eremitae, foliis 37. contenta, minori charactere a quodam Anonymo fuit ſcripta. Praeter punctum nullum alium occurrit diſtinctionis ſignum. Verborum abbreuiationes haud parum legendi facilitatem adgrauant. Initiales literae, et capitulorum tituli rubro colore ſunt exarati. Opus iſtud in triginta eſt diuiſum capitula. In fronte eiusdem legitur:

Incipit prologus in vitam S. Wilhelmi heremite et confeſſoris. Paulus apoſtolus iheſu criſti predicator veritatis et doctor gencium olim ſcribens ad hebreos inter cetera dicebat ad eos Non habemus hic manentem ciuitatem &c. In prologi fine Autor huius hiſtoriae nomen ſuum his verbis manifeſtat: *Et vtinam quod benedicto Gregorius. quod martino Seuerinus. hoc in laudando preconiisque extollendo Guilhelmo ſuo eſſe poſſet peccator Theobaldus. vos denique fratres qui tantum opus ſubire me feciſtis oracionum veſtarum clipeos exponatis. vt voluntaria oris mei beneplacita ſemper faciat ſibi deus. Ego vero in hoc opere magis ſtudebo veridice quam opinando loqui.* Prafationem excipiunt capitulorum ſummaria. In capitulo primo agitur de S. *Guilihelmi primordiis ſeu tyrannidio*; II. *Quomodo B. Bernardus Sancti conuerſionem affectabat*: III. *De electione Innocencii pape*: IV. *Quomodo B. Bernardus primo Guilihelmum ad ſe vocauit*: V. *de ſecunda Comitis conuentione apud Perchimacum*: VI. *De tertia conuentione*; VII. *De meditatione S. Guilihelmi*; VIII. *De acceſſu ad ſolitarium primum*: IX. *De conſilio duorum ſuper eius conuerſione*: X. *De lorica ad carnem veſtita*; XI. *De acceſſu eius ad Eugenium papam*: XII. *De obiurgatione Eugenii Papae*: XIII. *De acceſſu eius ad Patriarcham Ieroſolimitanum*: XIV. *De habitatione eius apud Patriarcham*: XV. *Qualiter ſui eum ſollicitauerunt*: XVI. *De excaecatione recidiuantis*: XVII. *De reditu eius in Ieruſalem et fuga in ſolitudinem aſperam*: XVIII. *De eius tranſitu in Lyualliam ad montem de Pruno*: XIX. *De tentatione Daemonis ſub ſpecie proprii genitoris*: XX. *Qualiter viſitatus eſt et ſanatus a Virgine Maria*: XXI. *De hoſpita a febre ſanata*: XXII. *De tugurio ſibi facto in ſtabulo Rhodis*: XXIII. *De doctrina et ſermonibus viri Dei*: XXIV. *De factis eius et modo viuendi*: XXV. *De primo miraculo viri Dei, quod fecit ipſe*: XXVI. *De puella fe-*

bri-

bricitante: XXVII. *De lampade corruente ſed non confracta*: XXVIII. *Quomodo in morte habuit ſpiritum prophetiae*: XXIX. *De morte B. Guilielmi*: XXX. *De ſepultura et miraculis eius.* In fine huius capituli legitur: *Explicit vita beati Guillihelmi. Incipit de miraculis eiusdem factis poſt mortem.* Haec *Theobaldus* Ordinis S. *Guilielmi* Alumnus de eodem Sancto memoriae digna poſteris ſuis ſcripta transmiſit. Miraculis ab eodem recenſitis, aliud *Symon* domus de Waſtina eiusdem ordinis Monachus quondam Prior Vallis Comitis ſibi collatum beneficium gratudinis ergo ſubiicere, neceſſe arbitratus eſt, dicens: *Cum autem beneficiorum obliuio ex magna parte eſſe agnoſcitur ingratitudo et quoniam acceptum beneficium eterne memorie eſt infigendum ne pater filium ſuper impenſo beneficio experiatur ingratum adhuc vnum capitulum ad laudem dei nominis et ſui Sancti Guillielmi patris noſtri venerabilis preſenti opuſculo eſt inferendum.... Vnde ego Fr. Symon domus de Waſtina.... transſcribens vitam beati Guillielmi et hoc capitulum mee curationis feſtine et mirabilis pro modulo mee paruitatis inſerui &c.*

Miraculo memorato ſubiecta ſunt ea, quae *Philippus Bergomenſis* in Supplemento Chronicorum de eodem Sancto ſcriptum reliquit.

Vita S. Guilielmi Eremitae a *Theobaldo* ſcripta a *Joanne Bollano* et *Godefrido Henſchenio* S. J. Presbyteris in Actis Sanctorum *Tom. II.* menſis Februarii *pag.* 450. et *ſeqq.* omnino eadem, ſi genealogiam eiusdem Sancti excipias, vti capitulorum tituli oſtendunt, inſerta reperitur. Eruditi iſti viri totam vitam in duas diſtinxerunt partes, eam ob cauſam, vt ſuſpecta et falſo afficta S. *Guilielmo* a certioribus ſecernerentur. Itaque quid de iſta hiſtoria tenendum: quisnam hic *Guilielmus* fuerit, an Dux Aquitaniae, an alius, multa eruditione expendunt.

III. Vita S. WILHELMI Ducis et Monachi Gellonenſis, ab Autore Anonymo, vt videtur, ſeculo IX. et *Wilhelmi* contemporaneo ſcripta, vndeuinginti foliis conſtat. Characteres luculenti ac venuſti ſunt. Praeter punctum nullum aliud occurrit diſtinctionis ſignum. Initiales literae rubro et coeruleo colore ſunt exaratae. Prologus rubro colore eſt ſcriptus.

In fronte operis legitur: *Incipit prologus in vitam ſancti Wilhelmi Confeſſoris atque Monachi. Ad ſummam Dei gloriam et laudem de beati Wilhelmi vita laudabili et ſancta conuerſione atque conuerſatione tractare &c.* Prologo finito, *Sequitur vita eiusdem*, nec in capita, nec in paragraphos diſtincta. Eius initium ſic ſonat: *Inclite laudis, ac perhennis memorie Pipini Regis tempore natus eſt bonus Wilhelmus de preclara Francorum progenie &c.* Huius opuſculi praecipua capita ſunt: *Wilhelmi* ortus et educatio: conuerſatio in aula Caeſaris *Caroli* M. cui acceptiſſimus erat: ab eodem aduerſus Saracenos Dux fuit conſtitutus; Arauſica vrbe occupata illos profligauit. Ad finem huius hiſtoriae Autor ita de eiusdem geſtis ſcribit: *Ceterum autem magnitudinem geſtorum eius et preliorum copiam interdum varios ducis euentus. et duriſſimos labores. ſemper vero glorioſos triumphos. ſi quis calamo attemptare audeat. permaximo proprioque indigeret volumine.* Deinde *Wilhelmus* piis operibus vacat: coenobio condendo locum quaerit, et valle Gellonis inuenit, ibidemque coenobio conſtructo, Monachos eo induxit, multis bonis mobilibus et immobilibus oblatis: Sorores eius in monaſterio ab illo conſtructo monaſticam elegere vitam: ipſe ad propria reuerſus, optimam ſororum et Monachorum ſortem cogitabat. Contulit ſe ad Caeſarem, a quo benigne acceptus, ſeculi fugam meditatur, aſt ne iſtum ſibi infenſum redderet, ſuum expoſuit animum, facultatem monaſticam profitendi vitam enixe poſtulat, ſed aegre admodum obtinuit. Bona a *Carolo* oblata reſpuit, et nihil aliud ab eo petiit,

 quam

quam Chriſti Crucis particulam, eamque cum aliis donis fuit adeptus. Amicorum, conſanguineorum preces et lachrimae eius propoſitum immutare haud potuerunt. Itaq ab Imperatore diſcedit, armis S. *Iuliano* oblatis, Gellonenſe monaſterium petii eccleſiae ſacra donaria contulit, in numerum Monachorum ſuſcipi ab omnibus humilit poſtulauit, et anno 806. veſte ſeculari exuta, monaſticam induit, ſubito in alium viru mutatus. Monaſterii ſtructuram filiis ſuis adiuuantibus perfecit, plantauit vineta et o ueta, hortos &c. ipſe ad opus manum admouens: humilitatis ſtudio maximopere incur bebat, ideo munera viliſſima eligebat, nimirum coquinae ſeruitium in ſe ſuſcepit, piſtrinu et molendinum curauit. Deus eiusdem humilitatem et obedientiam miraculo adprobaui clibanum enim ardentem intrauit, et illaeſus purgauit. Abiectis operibus abſtinere iuſſi vitae contemplatiuae ſeſe totum tradidit. Abdicatis cunctis corporis et carnis oblectame tis animam epulis menſae coeleſtis reficere non ceſſauit: meditationi paſſionis Domi vacauit, corpus ſuum dure omnino tractauit, et virgis a fratre quodam caedi iuſſit. Sp ritu prophetico a Deo praeditus obitus ſui diem et horam praenouit, et ſignificauit. S cro viatico munitus, V. Cal. Iunii ad coeleſtia migrauit regna, campanis ſponte ſona tibus eius ſacratiſſimam mortem nuntiantibus. In fine huius hiſtoriae legitur: *Expli legenda ſancti Wilhelmi confeſſoris atque monachi anno domini* 1492.

Vitam S. *Wilhelmi* Gellonenſis *Carolus Stengelius* noſter anno 1611. forſan iux praeſentem codicem edidit, eodem anno Auguſtae ad inſigne pinus impreſſam. *M billonius* in actis SS. Ordinis S. *Benedicti* Sec. IV. P. I. ex MSS. Gellonenſi et Compe dienſi, et ex editione Stengeliana, cum obſeruationibus praeuiis, et adnotationibus ty euulgauit.

IV. Vita S. *Wilhelmi* Abbatibus Hierſaugienſis, quindecim foliis contenta, charact re luculento fuit ſcripta. Inſcriptio et initiales literae rubro colore ſunt exaratae. Op ſequens praemittitur inſcriptio: *Incipit vita ſancti Wilhelmi abbatis Hirſaugienſis cenol ordinis ſancti Benedicti.* Eius initium ſequentis eſt tenoris:

Reuerendiſſimus abbas Wilhelmus bauariorum proſapia religioſis parentibus exortus Chi ſti aſpirante gratia pia indole mentis accreſcebat que cunctis eum amabilem efficiebat &c.

Fuit iam prima aetate in monaſterio S. *Emerammi* Ratisbonae a parentibus oblatu in muſica peritus arte, et ſumma eruditione excultus plura ingenii ſui monimenta re quit. Ieiuniis, vigiliis, aliisque mortificationis generibus corpus ſuum macerauit. A fr tribus monaſterii Hierſaugienſis Abbas poſtulatur; noluit autem aſſumere monaſteriun niſi liberatum. A Comite dolo circumuentus, per Comitiſſam libertati redditur, et ip Comes multis preſſus aduerſitatibus poſthac iura monaſterii intacta reliquit. Virtut Sancti recenſentur. Romam iter inſtituit, honorifice a Papa ſuſceptus, et priuilegiis m nitus fuit. Ibidem grauiter aegrotans per B. V. *Mariae* interceſſionem priſtinam obtinu ſanitatem. Schiſma tollere operam nauauit. Neminem a conuerſione monaſtica repul Erat pauperum ſingularis amator; afflictorum conſolator, humilitatis et compunctionis ſt dioſus. Eius ſanctitatem Deus pluribus declarauit miraculis, quae enarrantur. Fratr in eremo viſitat, eosque increpat. Fratres ſeptuaginta ex monaſterio Haſunga dicto eie tos benigne ſuſcipit. Rudes inſtruit, pauperes veſtit. Simplicitate et puritate animi, co miſeratione, pietate erga infirmos et defunctos clarus erat. Praecipuus ordinis monaſti reformator et ſeptem monaſteriorum fundator, aliorumque reſtaurator honoratur, ope ad hoc virorum expolitis moribus decoratorum vſus exemplo *Gregorii VII.* qui viro er ditione claro repudiato, virum pietate celebrem in epiſcopum elegit. Conuerſorum co

ſuetu-

ſuetudinem primus inuenit. Eorum vitae ratio deſcribitur. Sanctus maius Hierſaugienſe monaſterium fundauit. Infirmatur, et vltimam celebrat miſſam. Eius adhortatio ad fratres, ſacro oleo vnctus pie in domino moritur. Eius exequiae. Narratio de capillis S. *Petri*. Poſt mortem etiam monaſterium contra iniuſtos inuaſores defendit. Eiusdem conſtitutio de ſeruitoribus domus pauperum. De quibusdam viſionibus, et eius ſucceſſoris *Gebhardi* punitione agitur. In legendae huius fine legitur: *Explicit vita Wilhelmi Abbatis Hirſaugienſis cenobii ordinis diui Benedicti. qui licet ab eccleſia nondum ſit canoniſatus, tamen nulli dubium quin coram deo ſanctiſſimus exiſtat quemadmodum ex ſupra dictis perpendi-poteſt. Scripta finitaque per me fratrem Silueſtrum diaconum, et conuentualem in Blawburen* 1492. *ſabbato poſt feſtum Bartholomaei Apoſtoli.*

Legendae iſti *Wittwerus* noſter ea, quae *Petrus Wagner* de B. *Wilhelmo* in ſua Collatura ſcripſit, ſubiecit. Dein ſequitur Epitaphium B. *Wilhelmi* pendens ad eius Sepulchrum. Iſtud *Wittwerus* Hierſaugiae, dum balneo, *Wildbad* dicto, vteretur deſcripſit.

Legendam iſtam, cum epitaphio memorato *Carolus Stengelius*, vnacum vita *Wilhelmi* Gellonenſis, et vt mihi videtur, iuxta huius codicis normam anno 1611. Auguſtae typis eulgauit, ſubnexo erudito in vitam B. *Wilhelmi* commentario.

V. Vita B. *Wilhelmi* Abbatis Hierſaugienſis duodecim foliis conſtans, ab alia manu ſcripta. Cum praefatae in omnibus conſonet, plura de ea dicere ſuperſedeo.

VI. S. *Wilhelmi* Eremitae vita germanico idiomate ſcripta, 27. foliis comprehenditur. Characteres venuſti ac luculenti ſunt. Initiales literae rubro colore expreſſae. Diſtinctionis ſignum nullum adparet. In fronte operis legitur:

Hie vahet ann des hailigen Hymelſürſten und Bychtigers Sant Wilhelms Leben, cuius initium ſequentis eſt tenoris: *Sant Wilhelm ain hayliger Bichtiger Gottes geborn vſser pictauier land ainer grafſchafft von Edlem Geſchlecht &c.*

Videtur mihi, eandem vitam non tam ex latino in germanicum fuiſſe tanslatam idioma, quam compendioſe potius iuxta exemplar latinum theodiſce a quodam Anonymo fuiſſe compoſitam. Vitae miracula eiusdem Sancti habentur ſubnexa, quorum vltimum ſequens eſt.

Es war ain mal ain groſse Guſs komen da wolt ain man über daz waſſer ſchwimen und da er dar in kam da waſs Im daz waſſer zu ſtreng und was gar nach halbs ertrunken da rüfft er ſant Wilhalm an da kam einer und hub In by ſinen Elenbogen und fürt In durch das waſſer uff daz land und halff In allſo &c. by diſsen zeychen und anderen die nit hie geſchryben und ouch on zal ſint Iſt ſchinbarlich zumerken wie groſs und wert vor Gott der lieb Her Sant Wilham geſekt iſt wann daz mere und die winde im gehorſam ſint Herumb ſo ſy gott ewiglichen gebopt das er vnns hatt geben ainen vatter und einen patron der ain groſſer nothelffer iſt In allen nötten In gottes namen Amen. Haec de praeſenti legenda dicta ſufficiant.

VII. Ea, quae de noſtrae eccleſiae ſtructura, ac de fraternitate SS. *Vdalrici* et *Afrae* inſerta ſunt, duodecim continentur foliis. Scripta ſunt in germanico idiomate, charactere plane elegante nigroque atramento. Initiales literae partim ſunt omiſſae, partim nigro colore exaratae. Diſtinctionis ſignum nullum occurrit.

Agitur 1. de aedilibus ad eccleſiae ſtructuram conſtitutis, et de oblationibus ac fidelibus datis. Actum in dedicatione SS. *Vdalrici* et *Afrae* anno 1467.

2. In-

1460. *Albertus* Bauariae Dux mortuus, in monaſterio Andecenſi ſepultus eſt. D
Ludouicus Aichſtadium obſedit. Auguſtae cuiusdam Piſtoris famulus peremtus eſt. H
uetici centum Campidonenſes occiderunt, et Abbatem regimen deponere coegerunt. C
melitarum monaſterium Auguſtae flamma deuorauit. Plures imperii principes mone
cudi curarunt. In octaua S. *Vdalrici* magna campana iterum pulſata eſt. Bellum M
chionem *Albertum* inter, et *Ludouicum* Bauariae Ducem.

Anno 1461. Eclipſis obſeruatur. Bellum Imperatorem inter et Ducem Auſtriae, .
bertum Marchionem Brandenburgenſem et *Ludouicum* Bauarum &c. inter Auguſtenſes
Bauaros: Bella Vlmenſium, Gundelfingenſium et aliarum ciuitatum &c. His gliſcenti
turbinibus Abbas arcem Finningae igne deſtrui iuſſit. Summus eccleſiae Cathedralis l
canus ab *Andrea Truchſeſſio* aggreſſus et omnibus pretioſioribus rebus orbatus eſt. M
ti pagi tam in Bauaria, quam in Sueuia praecipue Auguſtae adiacentes igne deuaſ
ſunt. Dux Bauariae Rhaetios inuaſit. Auguſtae Abbas Andecenſis benedictus eſt. C
rus Auguſtenſis in manus Abbatis San-Vlricani iuramentum depoſuit. Belli Baua
Sueuici, deuaſtationum et depraedationum ex vtraque parte factarum narratio vlte
progreditur. Marchio Badenſis, *Vlricus* Comes Wirtenbergenſis, et Elector Moguntii
Palatinatum ſuis copiis inuaſerunt. Comitia Norimbergae habita fuere. Imperator que
dam doctorem Auguſtam miſit. Auguſtenſes milites Vlma Auguſtam redierunt. His f
tis, ſequitur hiſtoria Martyrii pueri biennis *Simonis* Tridentini a Iudaeis Paſchae temp
crudeliſſimo modo necati: Iudaeorum incarceratio, eorum confeſſio, ac ſupplicium.
eodem Sancto carmen in lingua vulgari.

Hoc breue admodum chronicon *Joannes Franck* Monachus San-Vlricanus, et,
loquitur *Wittwerus* in ſuo catalogo, *optimus illuminiſta, qui ſuis manibus illuminauit lil
chori et alios plurimos in conuentu*, conſcriptum nobis reliquit. De eius ortu, ceteris
vitae circumſtantiis, nihil omnino exploratum habetur. Obiit XIV. Cal. Iun. 1472.

Wilhelmus Wittwer diligenter haec omnia collegit, et collecta in praeſenti vo
mine compingi curauit.

III.

Sigismundi Meyſterlin Monachi San-Vlricani Index monaſte SS. Vdalrici et Afrae. in fol. Codex Cartheaceus.

PRAEFATIO.

De Autoris vitae circumſtantiis.

Pauca admodum de vita Sigismundi MEYSTERLINI *viri ſuo aeuo eruditione clari
veneranda antiquitas nobis ſuis monumentis inſcripta reliquit. Quidquid de ea perſpectum
bemus, aut ex libris a ſe ſcriptis, et comparatis, aut ex epiſtolis quibusdam, quae ac
reſtant a) colligendum venit. Quae noſtri patria, qui parentes fuerint, quibus in locis ſc
tiarum diſciplinis ſeſe impenderit, denſiſſimis inuolutum eſt tenebris. Annum decimum q
tum agens, religioni Benedictinae in noſtro monaſterio ſeſe mancipauit. In iſta religioſis
ercitiis valde addictus tempus, quod de illis ſuppetebat, ad ingenium ſuum diuerſis ſcien
rum*

a) Cl. VEITH in *Alph. III. Bibl. Auguſt.* easdem inſeruit.

m diſciplinis excolendum, variis hiſtoriae operibus literatum orbem ditandum conſumſit. Iis robe excultum, exteris etiam tam eximia pietate, quam magna eruditione perſpectus, Nombergam concionatoris munus in S. Sebaldi *eccleſia, et Plebani in pago Grundlacenſi eim urbi vicino ſubiturus fuit vocatus. Non ſine magno fructu praedicaturae curam Herbili anno 1476. geſſit. Inſuper Lutenbaci, ſeu Lautenbaci, dioeceſis Herbipolenſis oppido lebani officio anno 1481. functus eſt. Peragrauit Galliae fines, et quidem, vt ipſe ait, a exul; qua occaſione in vetuſtis monumentis excutiendis, rimandisque aeui remotioris hiniis adprime verſabatur. Quo anno, quo in loco amimam Autor noſter egerit, haud exoratum habetur; annum Chriſti 1484. non diu ſupervixiſſe, ex epiſtola mox ſequenti, vbi ſenio grauatum dicit, facile colligendum erit.*

Praeter opera mox recenſenda, Autor noſter et alia, a Cl. Veithio *b*) *iam memorata, ripſit; nimirum duos libros de S.* Simperti *Epiſcopi Auguſtani* miraculis: Exarationem rum geſtarum inclitae ciuitatis Norimbergenſis, *a* Jo. Petro *de* Ludewig *c*) *publici iuris ctam; et* Chronicon eccleſiaſticum Auguſtanum, *iuſſu* Joannis *de* Giltlingen *Abbatis San-Vlricani anno 1483. Grundlaci ſcriptum, et maxime ex Chronographia Auguſtana collectm. Inuenitur illud inter ſcriptores rerum germanicarum* Piſtorio, *et dein* Struuio *editos. alſo igitur idem Chronicon a quibusdam* Vdalrico *Monacho San-Vlricano et* Sigismundo ioſſenbrot *attribuitur d*).

Integer monaſterii San-Vlricani index a *Meyſterlinio* congeſtus 47. foliis conſtat. haracteres haud venuſti ſunt longioris formae. Diſtinctionis ſignum lineola quandoque dparet. Initiales literas maiores minoribus adnotauit. Opus hoc Autor *Joannis* de *Giltingen* Abbatis San-Vlricani hortatu et iuſſu Grundiaci, quo in loco Parochi munere functs, ſcripſit, et in tres partes diuiſit. In prima parte agit de Sanctis Martyribus, quoum corpora ſub eodem Abbate ſunt reperta: in ſecunda de ſanctis Epiſcopis, qui in eceſia noſtra quieſcunt: in tertia denique de Abbatibus San-Vlricanis.

Praemittitur operi eiusdem Autoris *regiſtratum*, vt eiusdem verbis vtar, *calendarium per ſpeculo hiſtoriali Vincentii Bellouacenſis*, ſex foliis contentum. In iſto adnotat Autr, in quo libro, in quoque capite *Vincentius* de Domini et Sanctorum feſtis tractet. . g. *Circumciſio Domini*: libro 5. c. 90. *Baſilius*; lib. 14. c. 44. et c. 79. Et lib. 10. 95. Et lic. 14. c. 50. In fine ſequens ad Abbatem *Joannem* legitur epiſtola:

Reuerendo ac ſacre religionis ſtrenuo zelatori domino Johanni de Giltlingen Abbati ſancrum Vdalrici et Affre Auguſte Fr. Sigismundus Plebanus in Grundlach obſequioſum anium ad omnia grata. Propediem veſtre paternitati hyſtoriam per ſcolarem transmittam abſotam vtinam pro voto exaratam. Interim ne nuncius vacuus preteriens ex abrupto eandem leat tranſmitto regiſtratum calendarium ſuper ſpeculo hyſtoriali Vincencii quod pro ſtudioſo ilem arbitratus nuper confeci. Queſo vt transſcribatur per vnum ex fratribus in folia vaa ante principium prime partis codicis monaſterii veſtre paternitati commiſſi in futura temra videndum. Aliqua hinc inde adieci ad dictata per me in hyſtoriam diffuſiora: vnde fiet cum fenore recipiat ſtudioſa veſtra paternitas quod tamen differtur. Transmittam igitur x poſt paſca vel certe circa feſta patronorum afferam perſonaliter. Veſtra reuerenda pa-

b) Loc. cit. pag. 108. 109 et 112.
c) In Reliquiis MSStorum omnis aeui Tom VIII.
d) Conf. Cl. *Veith* loc. cit. *Struuium* in praefat. ad idem Piſtorii Script. Rer. German. T. III.

ternitas in Criſto mihi fauorabilis ſemper conſeruetur optimavaletudine. Datum Iouis ritane mulieris a).

Si preſencium lator redire velit dignetur V. d. mihi facere ſcribi per aliquem de ſta et eccleſie.

Ex me ſalutentur fr. Thomazi et. p. prior aliique

Tedioſus factus refutaui pridie predicaturam Herbipolenſem de qua LXXX. floren buiſſem careo fideli famula et per me coquinam facio laborioſe, Optarem quietior eſſ ſenium me grauat.

His ſubiecit quasdam adnotationes, auguſtanam, et San-Vlricanam hiſtoria ſpicientes.

Indici praeſenti capitula, quae in feſtis Sanctorum noſtrorum ad menſam le eſſent, praenotauit.

Iſta denique ſequitur breuis ſequens operis dedicatio: *Multarum rerum indag librorum vbique terrarum perſcrutator huiusque precellentis loci incolarumque amator ultimis diebus pro vltimo valete offert hunc indicem monaſterii tanquam digeſtum ac li pro poſſe ſuo reuerendo domino Johanni de Giltlingen Abbati abs quo nedum moleſtia affectus ſed inrecompenſalibus b) beneficiis cumulatius dotatus eſt petens et obnixe ob melius corrigendum demumque ingroſſandum et pro Autore cum eius fuerit tranſitus orandum videlicet fratre Sigismundo.*

Anno a virginali partu M. quadringenteſimo octogeſimo quarto

Dedicationem excipit capitulorum primae partis ſynopſis, dein incipit opus a toris Apologia, in cuius fronte legitur:

VDALRICUS. AFFRA, SIMPERTUS,

1, 4, 8, 3,

Apologia ſequentis eſt tenoris:

Ecce mitto deſcriptionem loci tibi commiſſi et in quo ſalis non parum guſtaui que ordinem geſtarum venerande Abba, que ita exacte poſtulaſti dilatari, vt an ſatis tuo deſiderio heſitem, mutaui tamen ordinem ſeruata materia ſperans gratum futurum affectum. Nam cum ſis incredibilis ſapiencie et pericie. Foues tamen tibi minora haben genia beneficiis, et quod occupatus non vales per eos efficis. Conſiderans omnia vetuſta leri niſi ſcriptorum conatu perpetuetur. Nuper itaque vt tue paternitati gratum fore turabam opuſculum edidi, ſed parum amplificandum extendendumque ob eos qui adeo geſtarum in eo noticiam non habent recte iudicaſti, conabor itaque tuo laudabili deſide tisfacere facere inquam quia mediocria erunt. Inſiperem ſi magna promitterem, vt eo fi cludam, vt iheſu gloria ſoli, laus affre patronisque Simperto, Vdalricoque reſultet. erit aduertendum, vt capitulorum ſeries mutata ſciatur, aliud quod compilaciones prid me facte aboleantur, preter eam que de Auguſta facta eſt que et maior, non quod i dem contrarietur ſed quod meo iudicio clarior et emendacior ſi tamen et tua induſtria dicauerit, Porro in iſto conatu ita procedam vt operi autoritatem tribuam auctorum bus omiſſis, maxime cum iam pridem in tuo illo inclito monaſterio per aliquot menſes dies conſtitutus, non ſolum in colloquendo conueſcendo conferendo, ea que notabo prob per autenticos, ſed eciam in tabula conuentuali in audiencia peritorum legi fecerim tuo

ſe

a) Vt mihi videtur, feria quinta quadrageſimae, qua Evangelium de Samaritana legeba

b) Id eſt: irrecompenſabilibus. Cl. D. *Veithius* in *Alphab. III. Bibl. Auguſt.* p. 115. cu graphis *in rebus penſabilibus beneficiis &c.*

s, vniceque id probatum a te facio. Fac et vt me illud debile corpuſculum quod refor- ueras tuis humanitatibus rurſumque labat incolentem participem, ſi quid queſtionum oritur, d vt fiat mox publicandum vtile iudico. Tu colendiſſime pater vale felix. Ex loco paro- ili Grundlach M CCCC LXXXIIII. ad Kal. Mayarum.

Sequitur dein capitulum primum de *Vindelica Auguſta, eius antiquitate et nomini*, cuius initium ſequentis eſt tenoris: *Balbuciendo de ſitu tangere conamur Auguſte no- hyſtoriarumque eius ordinem &c.* In capitulo ſecundo agitur de *bello Romano*, et *nomi- mutatione*, de *nominum* et locorum adiacentium origine, de *geſtis Druſi* et *Tiberii, vrbibus ab ipſis aedificatis &c.* Capitulum tertium tractat de *fidei Chriſtianae Auguſtae roductione*, de S. *Lucio primo Auguſtanorum Apoſtolo*, de *decem perſecutionibus*, de *ſta- Auguſtae* vsque ad conuerſionem S. *Afrae*: capitulum quartum de *Venere*, eiusque tu ab *Hilaria* et *Afra eidem praeſtito*: capitulum quintum de S. *Hilariae*, *Afrae*, *to- ſque familiae e Cypro diſceſſu*, *regni vaticinio*, et *de earum in vrbe Auguſtana aduentu.* xtum de *qualitate ſtatus ipſarum Auguſtae*, de *loci ad habitandum electione*, de *familia um adducta*, de *nominum Eunomia* et *Eutropia deriuatione.* Septimum de S. *Narciſſo* rundenſi Epiſcopo, eius cum *Diacono Felice Auguſtae*, et in S. *Afrae domo aduentu.* tauum de S. *Afrae*, *eiusque familiae conuerſione*, de S. *Dionyſio* primo Epiſcopo a S. *Nar- ſo* conſecrato, de S. *Hilariae domo* ab eodem in eccleſiam mutata. Nonum de S. *Nar- ſi in Hiſpaniam reditu*, *eiusque paſſione*: S. *Afra* nec blanditiis *Caii* Proconſulis, nec nis a ſuo propoſito deterrita, ac in fide Chriſtiana immota ab eodem in quadam Li- inſula igni tradita eſt. Decimum de *Sepultura S. Afrae*, et SS. *Hilariae*, *Dignae*, *nomiae*, *Eutropiae*, et *aliarum faeminarum paſſione.* Corpus S. *Afrae* ſemiuſtum ex in- a ad hortum ſuum translatum, ibidemque terrae mandatum fuit, aedicula ſuper tu- ulum poſita. Id viderunt Proconſulis miniſtri. Ob tam pium opus Sanctae faeminae erunt accuſatae, eodem mortis genere punitae. Vndecimum de *ſtatu eccleſiae illius ae- in genere*, *dein eccleſiae Auguſtenſis*, *de Sanctorum in ea martyrio*, *de fidelium deuotione ro loco exhibita.* Hiſtoricae huic narrationi ſubiungit Autor:

Ne quis autem eſtimet me hactenus aliquid perperam prioribus adieciſſe rerum ſcriptori- ſ nouerint cuncti quod ea eciam tradantur ab Euſebio Cronographo et Ottone Friſingenſi ſuis deſcriptionibus temporum. Gallica quoque exprimi hyſtoria necnon et a Vincencio Bur- ndiono Bartulo quoque lucano. Denique iam necdum per Germaniam ſed Galliam tripar- am Thuſcianam, Yllíricumque ac Panoniam totamque Europam, ſancte Afre a nobis nar- tam frequentari hyſtoriam, inſignemque haberi diem, vt deo fauente vix extera aliqua ita ata fuerit et ſit cunctis hyſtoria. Non tamen negamus nos aliqua lucidius vel certe vbi res ſtulabat ſuccincius aut diffuſius poſuiſſe. Illa tamen omnia in antiquis voluminibus prout ret incolis loci inuenimus, in hoc quoque neque Alberto c) priori viro ſuo tempore ſtudioſo diligenti neque Vdalſcalco doctiſſimo aliquod preiudicium in eorum dictis facimus ſed ta- n adicimus quod poſt multas hinc inde experiencias in diuerſisque climatibus mundi parum od attingere nobis datumque propalamus non dubitantes quin nos ſtudioſus de diligencia de- tus de caritate et beneuolencia et precepto optimus ac humaniſſimus D. Johannes Abbas mmendatos habeat.

Capitulum duodecimum agit de *initio et ſitu monaſtnrii*: de S. *Vrſo.* De ſitu mona- erii ita loquitur: *Ciuitas olim non muro de coctis lateribus vt nunc cernitur ambiebatur ſed allo cingebatur. Vallus non dicitur ſudes is poſitis ſeu terre fixis vallum conſtruitur foſſa-* to

c) Alias *Aldilbertus*, qui vitam S. *Afrae* ſcripſit.

te autem e terra muto ita vt collis minor monte erigatur quo ciues tuebantur. Poſt eccleſia vili ſcemate conſtructa clericique hinc inde domunculas habere videbantur, quo fiebat vt locus hoſtili foret expoſitus incurſui aliquociensque a barbaris vaſtaretur, maxime cum eſſet inter Baioarios et Sweuos conterminalis. Paulatim vero edificiis creſcentibus fundamenta iacta ſunt pro duabus turribus cemento more antiquo bitumine ac calido latere, quarum eciam infrangibilem fortitudinem vos patres vidiſtis ita vt vnius neceſſe foret dimittere in terra partes. Ceperant vereri ciues Oppidani ne hoſtibus fortalicium fieret pro tempore, Abbate conſentiente de ambitus muri qui lapidibus coctis alia in parte ciuitatis iam fuerat conſtructus circa quoque monaſterium extendere ac ciuitati adicere. Habuit tamen ampliſſimos hortos in quibus poſt quaſi noſtris temporibus habitaciones facte ſunt cenobio tamen cenſuales, nam et curia ruralis quam villicus culture olim poſſederat hodie cernitur ex oppoſito eccleſie.

His Autor quaedam de S. *Vrſo* Diacono Apoſtolo Auguſtano, qui ab Arianis occiſus fuit, differit. Denique ſequentibus primam claudit partem:

Hec ſunt o venerande pater iohannes Abba digniſſime que tue humanitati offero obſtrictus tuis beneficiis ac precibus. Nunc hac parte abſoluta de ſanctis Martiribus quorum corpora tuo tempore ſunt reperta dicemus parum ſuſpirantes ad eos quieſcamus. Poſt calamum non vt hactenus rubicunda roſa ſed albo lilio tingamus hoc eſt confeſſorum geſtis.

Explicit Capitulum XII. etiam prima pars Indicis monaſterii de Martyribus per F. Sigismundum Plebanum olim profeſſum Auguſte anno 1483. *die ſancteFidis.*

Secundae parti Capitulorum, quorum duodecim etiam numerantur, ſumma eſt praemiſſa. Primo Capitulo nullus eſt praefixus titulus; agitur in eo de *ſitu et amplitudine Sueuiae* per modum prologi ad Abbatem *Joannem* directi. Eius initium ſequens eſt: *Grato vtinam animo ſuſcipiendum indicem in ſua prima parte exactum nri obſeruandiſſime Abbi transmiſi, reſtat vt ſuſpenſam mentem non teneam quo minus aliam annectam Auguſtenſium preſulum videlicet rerumque geſtarum ſeriem incipiendo ab eo qui mox illo Dionyſio Zozimo ſucceſſit vsque ad noſtrum iam ſanguine ac virtutibus inſignem Johannem Werdenbergenſem producentes. Qui nedum eccleſie ſue titulis ſed etiam nobilitate antiquiſſimo Comitum videlicet Sweuie illuſtrium ſtemate illuſtratur, quam vtramque lineam probitatis adornat virtutibus humanitateque ad decus priorum lumen addiiciens. Cum ergo Sweuie nomen inciderit parum de his accipe &c.*

In ſecundo Capitulo agit Autor imprimis de *origine Epiſcopalis dignitatis*, et deinde de *primo Auguſtenſium Epiſcopo* nimirum S. *Dionyſio*, quem ante Baptiſmum *Zozimum* ſeu *Soſymum* vocatum fuiſſe, refert *e*).

In tertio de *ſede epiſcopali*, *initio fidei*, *dignitate loci*, et S. *Dionyſii* in epiſcopatu ſucceſſoribus, quorum primum *Beruuelſum*, ſecundum *Tanginbertum*, quem ſedecim annos praefuiſſe dicit, tertium *Mannonem*, quintum *Wichonem*, qui octodecim annos Epiſcopatum tenuit, ſextum *Brichonem*, ſeptimum *Zeyſonem*, qui 21 annos praefuit, octauum *Marcmannum* numerat. Hos itaque Epiſcopos Auguſtanam eccleſiam a tempore *Conſtantini M.* vsque ad *Conſtantinum V.* Imperatorem, id eſt, vsque ad annum MCCXLII. rexiſſe ſcribit. Aſt ſubiungit, intra tempus memoratum aut plures fuiſſe Epiſcopos, quorum nomina vetuſtate ſunt abolita, aut eccleſiam Auguſtanam ob Haereticorum et Barbaro-

d) Idem in *Wittweri* Catalogo ſupra memorato.

e) Huic opinioni *Bruſchius* in *epiſt. de Germaniae Epiſcopis* adſtipulatur: alii alias ſequuntur partes. Conf. *Khamm P. I. Hierarch. Auguſt. p.* 65. Ego in hac deſcriptione aliorum opinionibus haud immorabor, ſed Catalogum a noſtro pertextum ob lectorum oculos ſiſtam.

rum irruptiones Epiſcopis caruiſſe. Meminit duorum Epiſcoporum *Fortunati* nimi- et cuiusdam *Quiriaci.* Denique quorumdam Barbararum gentium inuaſiones re- et.

Capitulo quarto tractat Autor de S. *Wicterpo*, quem *Pipinus* Senior eccleſiae Augu- ſi praefeciſſe autumat, regiaque donatione ſaltum eidem donaſſe adfirmat. Meminit ra S. *Magni* cum *Theodoro* aduentus, et monaſteriorum Campidonenſis et Faucenſis lationis, necnon S. *Herlucae* Virginis recluſae. S. *Wicterpo* ſucceſſit S. *Tozzo* ſeu *Toſ-* S. *Bonifacium* iuſſu *Zachariae* Papae Auguſtae ſynodum celebraſſe ſcribit: In fine Bar- rum irruptiones memorat.

Capitulo quinto, praemiſſis quibusdam de *Carolo Martello*, recenſitisque Regibus naſticam vitam profitentibus, de S. *Simperto* differit. Illum *Caroli M.* nepotem, Mo- hum et Abbatem Murbacenſem, ab illo ad Auguſtanam ſedem vocatum, dioeceſin vl- Licum extendiſſe, diruta a Barbaris reſtauraſſe, eccleſiam S. *Afrae* ab hoſtibus de- atam erexiſſe dicit. Laudat eiusdem ſanctitatem, virtutumque ſtudium. Rexit Au- tanam eccleſiam triginta annis. Tempore S. *Vdalrici*, eccleſiam S. *Afrae* ab hoſti- exuſtam, iſte Sanctus e cineribus excitauit, et S. *Simpertum* ſepulchrali honore de- auit. Sub Epiſcopo et Cardinali *Petro* eiusdem corpus eſt inuentum, ipſe vero Sanc- um albo adſcriptus publicis officiis honoratus eſt, editis poſtea quam plurimis miracu- , ab Autore noſtro in duobus libellis congeſtis.

Capitulo ſexto ſucceſſores S. *Simperti* vsque ad S. *Vdalricum* memorantur, quorum nina ſunt: *Hanto*, Nictakerus *f*) *Vdelmannus* g) *Nidgarius* vir eximiae ſanctitatis, *A- bero* vitae ſanctitate et ſcientia clarus *h*). Iſti ſancte defuncto *Marinus* Papa S. *Vdal- um* voluit ſubrogare; aſt iſto Epiſcopatum recuſante, *Adalberoni*, *Hiltinus* ſucceſſit.

Capitulo ſeptimo agit Autor de S. *Vdalrici* vita et geſtis, de dextera ſuperna be- dicente, de S. Cruce, de piſce, paucisque eius hiſtoriam perſoluit, remittens lectorem legendas ab aliis ſcriptas.

Capitulo octauo quaedam ad hiſtoriam S. *Vdalrici* ſpectantia referuntur. Agitur obitus eius anno, de miraculis poſt mortem patratis, de publica veneratione pluribus in is mox inſtituta, de ſolemni eius canonizatione anno 999. facta. Laudatur etiam *Syl- ter* Papa in ſcientia mathematica peritiſſimus.

Capitulo nono Autor quorumdam Imperatorum meminit, praecipue *Henrici* ſecundi iſcopatus Bambergenſis, eccleſiae collegialis S. *Mauritii* Auguſtae fundatoris, et prae- ui noſtri aſceterii Benefactoris, et diſſidiorum inter hunc et fratrem ſuum *Brunonem* iſcopum Auguſtenſem. Pergit deinceps S. *Vdalrici* ſucceſſores recenſere, nimirum, *nricum*, *Luitolfum* *i*) *Sigefridum* *k*) *Brunonem*, *Eberhardum*, *Henricum II.* et *Em- iconem.*

Capitulo decimo tractat Autor de inuentione SS. *Afrae*, *Dignae*, *Eunomiae*, et *tropiae*, de monaſterii et eccleſiae flammis conſumtae noua ſtructura, iſtiusque dedi- tione, de oblationibus eccleſiae noſtrae ab Epiſcopo ſubtractis, et iterum reſtitutis.

Capi-

f) *Khamm* l. cit. p. 106. *Waltherus.*
g) *Khamm* l. cit. *Adelgerus.*
h) *Khamm* S. *Nidgarium* inter et S. *Adalberonem*, *Vdalmannum* et *Witgarium* poſuit.
i) *Khamm* huic praemiſit *Ethiconem* et *Vdalgerum.*
k) Praeceſſit iſti iuxta *Khammium* *Gebhardus.*

Capitulo vndecimo inuentio S. *Vdalrici*, et quae illius occaſione contigere, ſolen nis eiusdem translatio, cui ipſe Imperator *Fridericus* cum imperii Principibus interfuit enarrantur. Circa idem tempus monaſterium noſtrum cum *ſuis extenſis territoriis*, ' Autoris verbis vtar, *ac agris* intra vrbis moenia receptum eſt. In fine Epiſcoporum q ecclesiae noſtrae dedicationi praeſentes fuere, meminit.

Caput duodecimum reliquum Epiſcoporum vsque ad Autoris tempora ordinem, ſecundae partis concluſionem comprehendit. Initio eiusdem haec notatu digna poſt Autor:

Pars iſta noſtre intencionis vendicat epiſcoporum geſta et nomina ex ordine deſcribere. M xime cum eorum monumenta donaciones matricularemque eccleſie Cathedralis ſancte Marie i nota habeamus. Vnde ſuccincte prout in veſtris codicibus vidimus perſtringere conamur. quid erroris inciderit venia dabitur ob hoc preſertim cum in terra aliena cantandum ſit.

Sequitur nunc ordo Epiſoporum. Poſt *Embriconem*, omiſſo *Wigoldo*, poſuit *Sig fridum II.* cui in diro ſchismate Simoniacus ſucceſſit *Hermannus*, huic *Waltherus*, q ſucceſſores habuit *Conradum*, qui abdicato Epiſcopatu, in noſtro monaſterio monaſticu induit habitum, *Hartwigum*, *Vdalſcalcum*, *Sigefridum III. l*) *Sybothonem*, *Hartmannu Syfridum m*) *Wolfardum*, *Degenhardum*, *Fridericum*, *Waltherum* de *Hohenſchluz n*) *Joa nem Schadlang* Ordinis Praedicatorum Alumnum, *Burchardum* de *Ellerbach*, *Eberhard* de *Kirchberg*, *Wilhelmum* — *Anſelmum* — de *Ninningen*, cui ab Imperatore Auguſten bus, *Anſelmo* maxime infenſis, ad id inſtigantibus, *Fridericus* de *Graffenegg* oppoſitus e Ad tollenda itaque inecclesia Auguſtenſi diſſidia, venit Legatus a latere per Germaniam, q electum quidem non autem conſecratum Epiſcopum *Anſelmum* Epiſcopali dignitate p uaret, ac *Petrum* de *Schaumburg* a Papa Epiſcopum renuntiatum in ſedem Epiſcopale induceret. Fuerunt iſti tam a ſede Apoſtolica quam imperio eccleſiae negotia demand ta, et a Papa Cardinalis et Legatus a latere creatur. Seneſcens multis negotiis occ patus, *Joannem* de *Werdenberg* ſibi Coadiutorem ſelegit, qui denique defuncto etiam ſu rogatus eſt. Is imperii delegatus ad Regem Franciae, et Ducem Burgundiae fuit m ſus. Denique ſecundam partem Autor ſequentibus abſoluit:

Habes ergo optime ac reuerende Abba ſtilo exiguo narracionem a mea paruitate conte tam, poſt illa que pro ſuo poſſe ſparſim anteceſſores noſtri reliquerunt, in hunc indicem c lectam, vtinam tue paternitati gratam et poſteris profuturam. Supereſt vt terciam partem bi vendicet Abbatum predeceſſorum tuorum monaſterii ac eccleſie condicio, oracionibus tuis deo acceptorum fratrum adiutus, in breui ſpacio finiendam, Interim vt Chriſti te tuosq conſeruet oro pietas. Ex Grundlach parochia prima Maii M CCCC octogeſimo quarto

Ibidem animarum negligens Cuſtos

Explicit 2da pars Indicis monaſterii habens duodecim Capitula de geſtis Sanctorum p tificum Auguſtenſium.

Tertia pars continet Abbatum noſtri monaſterii geſta, a *Reginbaldo* vsque ad *Jo nem* de *Giltlingen*, in duodecim Capitulis deſcripta. In fine habetur operis concluſio, epilogus de reliquiis in noſtra eccleſia adſeruatis.

Capitulum primum ab Autoris breui ad Abbatem prologo incipit; eius tenor

Date

l) *Khamm Sigefrido* praeceſſiſſe *Hartwicum II.* ſcribit.
m) *Khamm Sigefridum* nominat.
n) Omiſſi ſunt a noſtro *Vdalricus II.* et *Marquardus*. V. *Khamm*.

Dato veniam humaniſſime ac venerande pater Johannes tuo famulo tardo, qui diues in promittendo ſed nedum pauper ſed eciam tardus in ſoluendo extat. Nam ante biennium terminus ſolucionis elapſus eſt. Scio autem feruens tuum deſiderium ad ea que tibi commiſſi cenobii honorem ac vtilitatem pertinet, quo ſit vt eciam tardius ſoluentem equo vultu intuearis. Veniam igitur ad ſacre religionis in monaſterio tuo introductionem predeceſſorumque tuorum geſta.

Loquitur deinde Autor de Clericorum diſceſſu, et Monachorum Benedictinorum introductione, acta, vt ait, *anno milleſimo plus* minusue *o*). Primus Abbas fuit *Reginbaldus*, dein Epiſcopus Spirenſis. Primi huius loci occupatores Benedictinis introductis pauca reliquerunt bona. Secundus Abbas *Dego*, tertirs *Gotisgenus*, quartus *Frideboldus*, quintus *Henricus*, ſextus *Dieto*, ſeptimus *Adalbero*, qui Capellam S. *Agnetis* extruxit, ſub quo eoque et conuentu ſub quibusdam conditionibus conſentientibus etiam monaſterium cum ampliſſimis hortis intra vrbis moenia receptum eſt. In itinere Romano mortuus dicitur. Octauus *Dietmarus* inuaſor loci: nonus *Sigehardus*, qui, fratre Gerundam miſſo, S. *Narciſſi* Epiſcopi et Martyris hiſtoriam cum quibusdam reliquiis obtinuit. Decimus *Hartmannus*, qui praebendas fratribus, et in feſtis Patronorum Canonicis vinum praeberi iuſſit *p*). Declinans Schismaticum Epiſcopum diſceſſit, rexit monaſterium Gottwicenſe, et tandem Campidonenſe, et danubio periit. Vndecimus *Berengarius* Monachus Fuldenſis, duodecimus *Guntherus* Weſſofontanus, loci inuaſores.

Capitulo ſecundo agit Autor de Abbate B. *Eginone*, Schismatis tempore electo, qui Epiſcopo Schismatico ſemper infenſus, ſaepius ab eo fugere coactus fuit. Reduxit in monaſterium diſciplinam penitus delapſam, feſtum Inuentionis S. *Afrae* et Sociarum eius, necnon feſtum Patronorum noſtrorum celebrari inſtituit. Inuenta ſunt ſub eo corpora S. *Dionyſi*, *Quiriaci* et aliorum; acquiſiuit etiam plurimorum Sanctorum reliquias. Roma redux Piſis obiit in monaſterio Camaldulenſium ſepultus. Cetera, vt ait, patent ex eius vita ab *Vdalſcaleo* Abbate connotata. Sub eo plures ad diuerſas poſtulati ſunt Abbatias. *Eginoni* ſucceſſit *Wollemarus*, huic *Vdalſcalcus* Auguſtae oriundus, in noſtro aſceterio educatus, vir muſices peritus, in ſcientiis verſatiſſimus, qui plura tam pedeſtri quam ſoluta oratione ſcripta ab Autore recenſita reliquit. Sub eo Cuſtos eccleſiae Cathedralis monaſticum in aſceterio noſtro induit habitum, multis bonis eidem traditis.

Capitulo tertio diſſeritur de *Hezilone*, cui ſubrogatus *Vdalricus* de *Biberbach*, iſti vero *Henricus* Abbas ſatis doctus, qui aulaeis in choro poemata ſacra et profana adſcripſit, *Salomonis* vocabularium comparauit. Illis temporibus officiales extra monaſterium haud exiguo tam ſpirituali, quam temporali damno habitabant. *Henrico* ſucceſſit *Maneyoldus*, qui 50. annis Prioris munere functus, multa bona fecit. Sub eo eccleſia in cineres redacta eſt: dein *Henricus*, qui templum reaedificauit, reliquias Sanctorum inuenit, officinas funditus euerſas extruxit, inuentionem S. *Vdalrici* ſolemniter praeſente *Friderico* Caeſare celebrauit. Iſtum ſecuti ſunt *Erhinpoldus*, qui lapideas ambitus columnas tornatili opere fieri curauit, *Vdalricus*, *Henricus* de *Bleshaim*, *Dieto* Monachus Faucenſis, *Luitfridus*, *Hildeprandus*, *Gewinus*, qui ob diſſidia inter ſe et fratres, Abbatiam reſignauit, *Dietricus Wolfardi* Epiſcopi conſanguineus, Monachus Einſidlenſis, *Sibotho Stolkirſch*, *Henricus V.* pius fratrum pater, *Marquardus* de *Haglen* Ordinis Praedicatorum Alumnus, et Epiſcopi Conſanguineus, qui magnam librorum copiam alienauit.

o) Alii vnanimi conſenſu anno 1012.
p) Diſſentit *Wittwerus*, vt ſupra legitur.

Capitulo quarto de ſequentibus agitur Abbatibus. I. *Conrado Winkler* Auguſtae nato, qui impignorata redemit, plura comparauit, diruta extruxit, ruinoſam teſtudinem ſupra altare principale reparauit, pretioſa ſedilia comparauit, officinas aut reparauit, aut nouas conſtruxit, monaſterii plateas ſepiuit, *Ludouico* Bauaro Imperatori, cui a confeſſionibus, percharus, annuam proceſſionem in honorem SS. Patronorum, quorum intercesſione eccleſiae exuſtio ſopita, inſtituit, monaſterium muro cinxit. Pius pater anno 1355. obiit, in Capella S. *Agnetis* ſepultus. II. De *Joanne* de *Viſchach*. III. De *Friderico* de *Gumeringen*, fratribus infenſo, qui ſuis ſceleribus ac dilapidationibus ingentem monaſterio ſtragem intulit, ſepulturam in S. *Pauli* Capella obtinuit. IV. De *Henrico* de *Gabelbach* homine ſomnolento, cui adminiſtratione priuato a fratribus *Joannes Lauginger* Abbas Faucenſis ſubrogatus eſt, qui, congregatis fratribus, monaſterii emolumentum optime curauit. V. De *Joanne Kiſſinger* Auguſtenſi, huius loci Profeſſo, qui a Monachis Ottenburanis in Abbatem poſtulatus, a ſuis etiam iterum poſtulatus eſt. Cum ibidem vſu Pontificalium gauderet, hic etiam iisdem vtendi a conſilio Conſtantienſi obtinuit facultatem etiam in ſucceſſores transfuſam. Is bona monaſterii alienata recuperare, aliisque augere, fratrumque exceſſus coercere ſtuduit. Sepultus eſt in Capella S. *Agnetis*. VI. Eidem ſucceſſit *Henricus Heutter* Auguſtenſis, homo, vt ait Autor, *prodigo prodigalior*. VII. Iſtum ſequebatur *Joannes Hochenſteiner* primum Ebersbergenſis, dein noſtri aſceterii Monachus, vir in temporalibus laudabilis, in ſpiritualibus negligens. Villam Finningenſem cum aduocatia, aliasque curias emit, piſcinas fieri curauit, ſoluit debita, licet a famulis regeretur. Ob diſciplinam neglectam ab Epiſcopo, et ordinis Viſitatoribus correptus, ope fratrum Mellicenſium a ſe accitorum eamdem reuocauit. Reſignata Abbatia in domum Camerarii ſe contulit, haud exigua penſione ſibi reſeruata; rediit ante obitum ſuum ad monaſterium, ibique defunctus in periſtylio ſepultus eſt.

Capitulo quinto Autor inquirit originem ignorantiae, et diſſolutionis Cleri germanicae nationis. Agit de diſciplinae regularis in noſtro monaſterio ruina, eiusque per reformationem a Concilio Conſtantienſi decretam reſtitutione.

Capitulo ſexto eſt ſermo de *Melchiore*, ex nabili familia de *Stamheim* nato, qui primum Monachus Mellicenſis, dein Wibliganus, Abbas San-Vlricanus renuntiatus, mox per Mellicenſes, ideo aduocatos monaſterium noſtrum in ceremonialibus reformauit: chori libros ſcribi iuſſit, fratribus in annona perbene prouidit: Abbatiam Fuldenbacenſem ordini reſtituit; monaſterium Thierhauptanum reformauit, vtriusque Abbates ex ſuis praefecit: fratrum dormitorium, Bibliothecam, quam multis, et praeſtantibus libris inſtruxit, Capellam B. V. *Mariae*, officinas, cellam infirmorum, pluraque alia conſtruxit: eccleſiam SS. reliquiis, aliisque ornamentis decorauit: villam Wengenſem cum omni iurisdictione emit, ibidemque et Finningae piſcinas fieri curauit: monaſterii negotia per fratres tractauit: artem typographicam introduxit, quo modo plures libros comparauit: eccleſiam ruinae proximam e fundamento excitauit. Obiit relictis quibusdam debitis, a ſucceſſoribus ſuis deletis. Eidem ſucceſſit *Henricus Fries*, homo *Virgineus*, vt ait Autor, diuini cultus et fratrum amator, qui mox debita perſoluit: eccleſiam turbine proſtratam extruere, refectoriumque reparare incepit: *S. Gregorii* conſtruxit capellam: emit curiam Harthuſae, et magnam decimarum partem Bobingae, Scripſit plurimos libros, alios comparauit. Moniales S. *Nicolai* extra vrbem ab Abbatum San-Vlricanorum iurisdictione ſeſe ſubduxere, ac Epiſcopo ſubiecere, beneficium tamen conferendi ius Abbas monaſterio conſeruauit. Ex hac vita tam fratrum quam ciuium ingenti luctu deceſſit.

Capi-

Capitulo ſeptimo deſcribit Autor ſitum, et formam eccleſiae veteris anno 1184. aedificatae, et altaria in eadem erecta, atque animaduertit, in ſignum parochiae monaſterio incorporatae extremae vnctionis ſacramentum a fratribus fuiſſe parochianis adminiſtratum.

Capitulo octauo Autor Capellas extra eccleſiam extructas recenſet, qua occaſione ſequentia notatu digna animaduertit: *Altera pars corporis S. Eutropiae monialibus ſub regula S. Benedicti conſtitutis ad S. Stephanum in ſuburbio et ſub Abbatis S. Vdalrici obedientia, tradita eſt,* Deinde de Bibliotheca ita diſſerit:

Dominus Melchior Abbas conſiderans locum priorem ad libros non aptum, propter ſtillicidia deſcendentia de tecto eccleſie ... exaltando murum fecit locum ac tutum ad repoſicionem librorum.... Cum autem ampliorem feciſſet locum pro libris tam ipſe quam fratres ſtuduerunt eum replere libris. Repetamus alcius. Poſt lapſum vt diximus religionis quilibet fratrum proch faciebat ſibi placita. Si ad alicuius manus liber ex repoſitorio deueniebat pro libito ſuo alienabat, volentibus etiam mutuabantur ſine caucione. Vnde multa volumina alienata ſunt. Denique perplures ad conuentum fratrum predicatorum deuenerunt ... quibus inſcripſerunt quod redempti ſint cum tamen ſcriptura illorum eciam ordinis etatem excedat. Taceo de loco nam idem olim templariorum fuit. Erant denique libri antiqui tam poetarum quam oratorum necnon et philoſophorum magna copia adeo vt a longe pro eis mitteretur quorum non dico materia ſed et nomina erant fratribus ignota et ex eo naucipendantur. Teſtantur hoc ea que hodie ſuperſunt. Taceo de originalibus ſanctorum patrum Auguſtini Iheronimi et aliorum que vtique declarant doctiſſimos olim viros locum inhabitaſſe. Habes tamen aliquorum nomina in codice Iheronimi ſuper Ezechielem.... Dein ſub predicto venerabili Abbate Melchiore tota bibliotheca reformata eſt et augmentata quamuis eciam ſub Johanne nos fratres pro poſſe aliquos ſcripſerimus aut comparauerimus. Impreſſoria tamen ars maiorem partem fecit.

Capitulo nono meminit autor demolitionis veteris eccleſiae, qua occaſione perplura Sanctorum corpora, et reliquiae circa S. *Afrae* aram inuentae, et ad ſacrarium debita ſolemnitate deportatae ſunt. Fodiendo etiam ad Sepulchrum S. *Afrae* venerunt; aſt nemo ingredi auſus eſt. In capitis fine de S. *Dignae* inuentione, cui quoque ipſe Autor praeſens fuit, ſub *Melchioris* anteceſſore facta, mentionem facit.

Capite decimo agitur de ſolemni primi lapidis poſitione a *Petro* Epiſcopo in feſto Aſſumtionis B. V. *Mariae* frequenti populi concurſu celebrata, qua ſolemnitate quaedam miracula ab Autore narrata, per SS. interceſſionem patrata ſunt: dein de mirabili turris ſubſidentia: denique de noua eccleſiae ſtructura.

Capitulo vndecimo moeſtis admodum verbis adumbrat lamentabilem nouae eccleſiae ruinam, feſto SS. Apoſtolorum *Petri* et *Pauli* anno 1474. tempore meridiano, ab ingenti tempeſtatum vi inductam, ſub qua triginta circiter perſonae ſepultae ſunt.

Capite duodecimo de *Joanne* Abbate pauca admodum triplicem ob cauſam diſſerit, inter quas rerum ab eo geſtarum ignorantiam numerat; tamen eumdem ob debita plura deleta, cenſus perpetuos redemtos, ob vitam eius ad regulae normam ordinatam, diſciplinam inter fratres conſeruatam laudum encomiis extollit. In fine hortatur, ne monaſterii hiſtoriae continuatio in poſterorum damnum negligatur. Sequitur operis praeſentis concluſio ad Abbatem *Joannem* de *Giltlingen*, ſequentibus verbis concepta:

Ecce pater alme digniſſimi loci digniſſime Abba, et inter patres noſtri ordinis qui anno in tibi commiſſo cenobio capitulariter congregati erant merito extollendus eris cum il tua humanitate mirabiliter edificati ſunt. Habes hyſtoriam ſeu digitum monaſterii tui pr utinam gratum, quo eos qui ſummatim ſancti loci dignitatem rerumque geſtarum ſeriem pe poſſis vt ſpero contentos facere necnon et poſteros in emulationem bonam inducere. Porro te me aliqua ſcripſerunt Vdalſcalcus Abbas vir eximius, Adelbero — Adilbertus — p pro ſuis viribus, certique hinc inde maxime in vltimis foliis librorum, aggregator vero me nullus. Tuam autem obſecro humiliter paternitatem vt et eccleſiae noue ſitum reliquiar que diſtribucionem facias literis tradi, necnon et alia ſub tuo regimine felici geſta. Non dolendum eſt vltra de lapſo templo, cum iam ſub te firmius decenciusque ſit erectum, v cepit tua prouidencia caueto faſtus diuitum, quo armis ſuis laudem humanam querentes cleſias maculant, ſed pocius confiſus in deo ac de ſanctorum meritis propriis ſumtibus com to et loca pro reliquiis ita diſtributo vt et honor ſanctis et deuocio populi augeatur. Fe ter vale ad ſolamen fratrum tuique Fr. Sigismundi memor eſto, Anno &c. MCCCCLXXXI viceſima Octobris.

Subiecit Autor operi breuem ſacrarum reliquiarum in eccleſia noſtra adſeruata deſcriptionem, cui ſequentem praemiſit prologum: *Sumptibus habunde per te datis tuo ditiſſimo vis vt et ſummatim reliquiarum enarrem particulas. Mira enim enarrare vtique pro ſe poſtularet non paruum et eſtimatio excederet mortalium tamen ne aut fatigatus vi aut ingratus quam breuiſſime expediam.* In fine eiusdem haec leguntur: *Ad oculum pa reliqua. Veſtrum eſt reuerende ac colendiſſime pater, ac extatice religionis fratres hunc niſſimum locum venerabiliter inhabitare, ac me indignum laudatorem eiusdem remuneratum tra merita commendatum habere feliciter.*

Digitus monaſterii ſanctorum Vdalrici et Afrae ad inſtanciam reuerendi domini Joi nis de Giltlingen pro perpetua geſtorum memoria expollitus non ſine debita refuſione labo finitur per quemdam eiusdem loci olim profeſſum F. S.

IV.

Sigismundi Meyſterlini Index monaſterii SS. Vdalrici et Afrae in Codex Cartheaceus. Sec. XVI.

Codex praeſens 41. foliis contentus, charactere longiuſculo, ac pinguiori, ſed ganti iuxta prius deſcriptum Autographon a *Joanne Griesherr* Monacho San-Vlric anno 1506. exaratus eſt. Verborum abbreuiaturae non adeo frequenter occurrunt. P ter punctum nullum aliud obſeruatur diſtinctionis ſignum. Initiales literae, et capit rum tituli rubro colore ſunt exarati. Ordo vix non idem, qui in autographo, et in apographo ſeruatus conſpicitur. Quaedam hinc inde emendata, quaedam adiecta bentur.

Incipit absque inſcriptione ab operis dedicatione, ſupra exſcripta. Hanc mox ſe tur prologus, iſtum capitulorum primae partis ſummaria. Parte ſecunda vitae S. perti ab Autore noſtro ſcriptae, mox alia fuſior relatio de eiusdem origine, et reg ne ſubiecta habetur. In vita S. *Vdalrici* adiectum eſt: *ſanctum ſuis precibus a Deo tinui*

tinuiſſe, ne glires in dioeceſi Auguſtana et in eius confinibus viui cohabitare poſſint. Capitulo nono duorum Epiſcoporum ab Autore omiſſorum, nimirum *Etichonis* Anteceſſoris *Luitoldi* et huius ſucceſſoris *Gebhardi* mentio fit. Capitulo duodecimo ſequentes Epiſcopi ab Autore ſilentio praeteriti ponuntur, videlicet *Hartwicus* ſucceſſor *Vdalſcalci*, ſucceſſores *Friderici Spet*, *Vdalricus*, *Henricus* et *Marquardus*.

Parte tertia Capitulo XII. quaedam, quae ſub Abbate *Joanne* de *Giltlingen*, anno 1484. iam elapſo geſta fuere, memorantur. Molendinum impignoratum fuit redemtum; refectorium ab Anteceſſore inceptum abſolutum: infula pretioſa, et pedum argenteum comparatum: Crux S. *Vdalrici* in altera aurea, gemmis exornata fuit incluſa: hierotheca confecta: parochia noſtro monaſterio incorporata, et ſolemnis S. *Simperti* translatio celebrata.

V.

Sigismundi Meyſterlin index monaſterii SS. Vdalrici et Afrae cum continuatione. in fol. Codex Membranaceus Sec. XVI.

Codex iſte praeſtantiſſimus, foliis 44. contentus, omnem illius aeui venuſtatem, ac elegantiam merito ſibi gratulatur, et inter praecipua noſtrae Bibliothecae cimelia iure numeratur. Quippe peritiſſimus caligraphiae noſter magiſter *Leonardus Wagner* *) in hoc opere omnem ſuam nitide ſcribendi peritiam exhauſit. Character eſt rotundus, et elegantiſſimus: lineae ſuam debitam oſtendunt diſtantiam: margines ampliſſimae adparent: verborum abbreuiationes caute euitantur: initiales literae prologi et cuiusque partis pulchre deauratae ac diuerſis coloribus diſtinctae, capitulorum vero rubro colore ſunt depictae. Diſtinctionis ſignum ſolum occurrit punctum. Operis dedicatio, quae absque inſcriptione incipit, et capitulorum tituli rubro colore ſunt exarati. Pergamenum eſt nitidum. Emendationes, et additiones, quae in priori codice adnotatae ſunt, et ordo etiam in praeſente reperiuntur. Epilogo tertiae partis abſoluto, ſequitur vnico tantum capitulo operis continuatio, videlicet ab anno 1496. vsque ad annum 1510, ſeu a *Conradi Moerlin* electione, vsque ad eiusdem obitum. Abbas iſte Auguſtae natus per viam compromiſſi III. Cal. Februarii fuit electus. Vir erat doctrina celebris, facundus, hilaris, et nimis liberalis. Monaſterium variis aedificiis reformauit, vaſa argentea comparauit. Sub eodem anno 1500. die S. *Margarethae* ſacra *Maximilianus* Caeſar praeſentibus imperii Principibus primum chori lapidem poſuit, et Archiepiſcopus Moguntinenſis eccleſiam conſecrauit. Imperator omnes imperii ſtatus literis, vt eccleſiae ſtructurae ſuccurrerent, animauit. Inueniuntur iſtae in *Adpendice N. XXII.* Anno 1506. in noſtro monaſterio prouinciale fuit celebratum capitulum. Satu temporali ſub eo decreſcente, plura poſt ſuum obitum reliquit debita. Die, qua fuit Abbas benedictus, nimirum feſto Purificationis B. V. *Mariae* anno 1510. naturae debitum ſoluit, ſepultus in capitulari loco. Quo defuncto, mox V. idus Februarii per inſpirationis modum *Joannes Schrot* Auguſtanus electus, et ab ipſo Epiſcopo *Henrico* de *Lichtenau* XIII. Martii fuit benedictus. Deinde legitur ſubiectum rubris literis ſcriptum:

*) De Viro iſto clariſſimo, eiusque ſcriptis alibi fuſius agemus.

Explicit Index Monaſterii Sanctorum Vdalrici et Affre in Auguſta Vindelicorum. per fratrem Leonardum Wirſtlin alias Wagner de Schwabmenchingen. presbyterum et conuentualem huius Monaſterii. Feria ſexta poſt feſtum Sancti Mathie apoſtoli. Anno domini Milleſimo Quingenteſimo Sexto decimo.

Duobus vltimis foliis legitur vita *Simonis Gollii*, eiusdemque epitaphium a *Caſparo Bruſchio* propria manu Wittelsbachii, quo tunc noſtri Monachi exules viuebant, anno 1547. metrice ſcriptum. Integrum hoc carmen in *Adpendice N. XXIII.* exſcriptum habetur.

Hoc opus haud iniuria adpellatur *index*, cum breui admodum ſtilo res geſtae enarrantur, ſeu potius, quae enarranda eſſent, ſolum indicantur; aſt immerito *index monaſterii*, rectius dixiſſet Autor *index eccleſiae Auguſtanae*; integra enim pars ſecunda potiſſimum Epiſcoporum catalogum, eorumque geſta complectitur; prima vero maxime vniuerſalem eccleſiae Auguſtanae hiſtoriam reſpicit; tertia denique ad noſtrum monaſterium ſolummodo ſpectat. Iſta etiam maiorem, prioribus, in quibus multa aut fabulis ſpurcata, aut nimia breuitate enarrata reperiuntur, aeſtimationem meretur, et ad illuſtrandam noſtri aſceterii hiſtoriam haud parum ſeruiet.

Huius operis, nunquam typis impreſſi, mentionem fecerunt *Bernardus Bezius q)* B. G. *Struuius r) Hiſtoria litteraria Ord. S. Ben. s)* et Cl. *Veithius t).*

Praeter hunc indicem ſcripſit *Meyſterlinus* noſter et alia, a Cl. *Veithio* loc. cit. recenſita, quorum principem ſibi locum vindicat *Chronographia Auguſtenſium*, ſequentibus numeris a me deſcribenda. Sit itaque

VI.

Sigismundi Meyſterlin Chronographia Auguſtenſium. in fol. Codex membranaceus. Sec. XVI.

Autographon huius operis in noſtra Bibliotheca haud inuenitur; duo vero apographa, quorum vnum in praeſente, alterum ſequente numero deſcribitur. Praeſens codex, quo ad externam faciem cum immediate praecedente conuenit, iisdemque elegantiis gaudet, praeter initiales literas, quae ob frequentem vſum, et magnam vetuſtatem detritae ſunt.

Operi 105. foliis contento, praemiſſa eſt vrbis Auguſtanae delineatio coloribus diſtincta. Incipit a dedicatoria epiſtola ad *Sigismundum Goſſenbrot* ciuem Auguſtenſem, cuius inſcriptio rubris literis ſcripta ita ſonat: *Sapienti viro domino Sigismundo Goſſenprot Ciui Auguſtenſi, honorando, preceptori ſuo obſeruantiſſimo. Frater Sigismundus Meiſterlin profeſſus Monaſterii Sanctorum Vdalrici et Affre Auguſtenſis Cenobii in domino eternam perpetuamque optat Salutem.* Epiſtola integra legi meretur, et eſt ſequentis tenoris.

Ego quidem preſtantiſſime vir: hiſtoriam noſtram quam tuo hortatu edidi infra celle parietes cohibere decreueram: et omnino occultare; ob vilitatem meam et nature exiguitatem vitacie-

q) In diſſert. iſagog. T. I. p. XXXIII.
r) V. Io. Piſtorii Script. T. III. p. 656.
s) T. I. p. 564.
t) Alphab. III. Bibl. Auguſt. p. 114. et ſeq.

ionemque humani iudicii. Sed petenti tibi ſepius ſexternatimque exquirenti. eciam cum detri-
nto meo amore tuo victus negare non potui. Ea igitur tibi fiducia communicatam ſcito.
a nulli niſi fidiſſimo a te ſpopondiſti prodendam. Quod ſi acciderit bona venia id a lecto-
ıus poſtulabis vt non offendantur ſermone inculto et forſitan vicioſo, dictisque gentilibus re-
ptis: preſertim in ea materia de qua nullus orthodoxorum ſcripſit Auctorum. quam in pri-
is tribus partibus tractaui. Nec me allexit ad ſcribendum inanis gloria: vt plerosque mor-
lium ſeculari ſtudio deditos. volentes ſuam memoriam incaſſum propagare. quorum tamen
ra nihil ad beatam vitam pertinuit. cum eorum gloria cum ſeculo ſit occaſura. Scioque mea
tereſſe pocius eternam vitam quam memoriam querere. non ſcribendo vel philoſophando. ſed
e ſancte religioſeque viuendo. Cum ergo feſſus fueris in probatiſſimis hiſtoriis ac vetuſtiſſi-
is Auctoribus. Auguſtino. Oroſio. Vincencio. Euſebio Suetonio. hec exigua ad manus re-
pias. que tam inſtanter exegiſti. Nam et inter perdices. faſianos. anſeres Gallinas. colum-
as turdos. ficedulas. murenas. carnales perditeque gule homines edere ſolent lactucas. caules
liaque cetera huiusmodi. nec faſtidiunt poſt duo detriginta peregrina vina aureis ex clenodiis
rpta. ſumere hauſtum frigide aque ex plumbea fiſtula. Quodſi aliquem ſencias in ipſa ma-
ria vel parte eius offendi. et quod de aliqua materia ſecus quam vellet narrauerim. me ex-
ſabis. ob breuitatemque obſeruandam factum affirma et melius mihi eſſe incidere manus ho-
inum. quam breuitati fuſcatum ſuperducere colorem. et ſcriptoris amittere officium. Multa
iam extra intentum primum narraui de Germania Sueuieque geſtis que mihi videbantur tum
ue tum tue vtilitati proficua. Titulum tamen ſi placet hunc adiice ſupreſſo nomine. Chro-
ographia Auguſtenſium. vt muta pagina loquatur materiam. non loquatur auctoris nomen.
iuerſi ergo eandem in quatuor partes. quarum prima tractat de vulgata hactenus opinione.
uomodo videlicet Auguſta tradatur fundata. Secunda meam de eius fundatione ponit opi-
ionem ceterisque geſtis. vsque ad ceſarum tempora. Tertia deſcribit eius a romanis oppugna-
onem. ceteraque acta vsque ad diuum Conſtantinum. Quarta que eſt prolixior ac geſtis
lenior. ſanctorum hic quieſcencium tangit acta tempora ac merita. ſimulque tum pontificum
m ciuitatis ſeu communitatis geſta vsque ad reuerendiſſimi domini noſtri domini Petri Car-
inalis tituli ſancti Vitalis ac almi preſulis Auguſtenſium tempora. In quibus omnibus. non
ffido aliquos eſſe. qui ſuam volentes oſtentare periciam. meam reprehenſuri ſunt inerciam. qui-
s beati hieronymi verbis reſpondeo. Legant qui volunt. qui autem nolunt abiiciant et ven-
lent apices. literas calumnientur. Ego tuo amore victus. hoc opus magno cum labore con-
ci. dum a diuinis regularibusque laboribus vacabam. quodſi bono animo mei ſinerent preter-
e emuli. forſitan poſtea breuiori perſtringerem ſtilo. Hoc igitur non in recompenſam tuorum
neficiorum mihi exhibitorum. ſed in quandam recognicionem accipe et perlege feliciter. et in
ro ſaluatore vale. Quam opcionem premiſſo tuo nomine et cognomine. ſi primas literas ca-
tulorum inſpexeris videre poteris. Ex cella die viceſima Junii menſis. dum noxium regi-
s ſydus cometes in aretico polo triſti cum cauda micaret. Anno gracie. M. CCCC. LVI.

Epiſtolam iſtam ſequuntur primae partis capitula, quorum decem numerantur. Deinde
ſum opus ſequenti Epigraphe incipit: *Auguſtanae Chronographia vrbis a relligioſo fratre Sigis-*
ndo Meyſterlin. tunc temporis huius loci Cenobita. Ciuibus edita foeliciter incipit. Sermo
pologeticus In opus ſequens. Capitulum Primum. Integrum ob ſuam eruditionem exſcrip-
m ſiſto.

Scio ego quam difficile ſit has opiniones eradicare. quas diuturna conſuetudo mentibus
ominum alcius infixit. preſertim cum eas ſcriptis aliqui vt veras curarint mandare. ac a ve-
o forſan omnino non abhorreant. Hec idcirco dixerim. quia ſcripturus ſum etatem patrie.

ſucceſ-

ſucceſſiones temporum eiusdem cauſas nominum circumiacencium opidorum. genera cauſasque bellorum. viciſſitudinum permutationes. et ſacre orthodoxeque fidei quo tempore obſeruancia quibus apoſtolis exordium ſumpſerit. ac ceterarum rerum geſtarum in patriis limitibus ſeriem. In quibus omnibus ſcio mihi quosdam qui hiſtorias minus norunt ſore prima fronte contrarios. me eciam tanquam falſarium exufflare cum vt ipſi forſan in proceſſu fatebuntur. quod nil a me ſed a ceteris accepta poſuerim. Hoc ſane timore propriaque humilitate territus. diu ab intencione abſtinui. ac perpetuo abſtinuiſſem. ni peticio imo iuſſio quorundam id expoſcencium. ad id vt promitterem. ac demum promiſſum vt debitum exoluerem me impuliſſet. Conſulens itaque vtilitati deſeruiensque commoditati. meorum fautorum ceterorumque. quibus vel deeſt facultas librorum vel ocium querendi. curaui multa volumina reuoluere. ac ex eis tandem extrahere, quod mihi videbatur ad propoſitum deſeruire. more apum. qui et ſi multis floribus inſident. ſua tamen tantum congrua labori auferunt. Supplico eciam humiliter. vt quicunque hec ſcripta legerit. vel ad cuius manus venerint. vt me de preſumpcione excuſatum habeat. ac mihi caritatiuo corde compaciatur. quod tantam rem ignarus tractauerim. et ſi ipſe melius norit. ſtudeat pocius corrigere quam lacerare ac complere. quam ſuffocare. Conteſtor ego immortalem deum. quod non intendoquicquam dicere adulacionis alicuius cauſa contra veritatem. nec contra aliquem hiſtoriographum. vbi tamen ceteri concordant. et ego aliter feci vel non intellexi vel non perlegi. Ex quo ergo plures ſunt ciuitates Auguſtorum Octauiani videlicet vel ſucceſſorum eius inſignite titulis. ne in dubium veniat de qua intendam. ſciat lector magis attentus quam curioſus. quod de Auguſta Vindelica in Alemannia ſita nobis ſit ſermo. De qua ciuitate non peruenere aliqua ſcripta ad manus meas collecta ſaltem. preter prologum in legendam ſancte martiris Affre. Qui quidem prologus compoſitus eſt a quodam priore Adelberto monaſterii eiusdem martiris. qui et alia quedam ſcripſit. ex quibus eum bonum cronitiſtam coniicio fuiſſe. licet tardius meo videre de Auguſta inceperit exordium ſermonis. Et vulgaria cuiusdam ſacerdotis Auguſtenſis admodum literati viri rickmiſata. Preter hec nec iotam habeo. niſi que ſcripta in libris diuerſis antiquiſſimisque Autoribus reperi. vtpote cronicis diuerſis ac multis. Lucano horacio Suetonio ac aliis. vt in proceſſu clarius patebit. Quantum vero laboris appoſuerim. eſt mihi teſtis propria conſciencia. Sed tu preceptor preſtantiſſime. equiuocus qui es meus. me circa oblatrantes evangelico eulogio excuſa inquiens. Quid huic moleſti eſtis. bonum opus operatus eſt in me. et non requiras rethoricos colores. ſed rei geſte ſimplicem ſeriem.

De reliquis primae partis capitulis eorum ſummaria indicaſſe ſatis mihi videtur; quae enim in iisdem tractantur, fabulis antiquorum maxime innituntur. Capitulo itaque ſecundo agit Autor de *origine Francorum, et vtrum ab eis Auguſta ſit fundata.* III. *Quod non ſit honor Auguſtenſibus, ſi dicatur a Seucris ducere originem, et quod non ſit conſonum veritati.* IV. *Narratio hactenus vulgata in forma, et a quibus Autoribus ſit tradita.* V. *Contra praedictam narrationem, et pro ea quod nullus nepos Priami regis credendus ſit exiiſſe cum Aenea: et quomodo filii Priami occiſi ſint.* V. *De Treuiris conſtructione, et quid de noſtris hiſtoriis gentium hiſtoriographi tradiderint: et quod Colonia non ſteterit diu ante Natiuitatem Chriſti, nec traditio de Auguſta ibi bene conſonet.* VII. *Quod nullus Autorum ſentiat, quod Germania dicta ſit, eoquod Aeneas ſcripſerit Priamo Germano: et de ipſa prouincia.* VIII. *Quare praedicta praemiſſa ſint*, paucis oſtendit, deinde ſequitur *exhortatio ad obſeruationem ſcriptorum, quorum opera viros celebres, eorumque geſta ab obliuionis interitu eripiunt.* Placet quaedam ad conciues ſuos dicta excerpere; ait inter alia:

Mai-

Maiorem ergo fauorem et amorem literis quisque debet veſtrum. quanto maiori ſtudio vtiatem reipublice patrieque libertatem amplectitur. Quantum ergo vnusquisque veſtrum opticiues aut induſtrior eſt in conſulendo. aut ferocior in re militari. aut animoſior in rebus duis aggrediendo. tantum fauere ingeniis ac literis magis debet. Hec ſunt enim que pronitores veſtros virtute preſtantes. quamuis iam dudum mortuos memorie tamen hominum quaviuentes exhibent per immortalem Deum. ſi extranei ſi hoſtes vt ita dicam veſtri veſtram auciam bellicam periciam conſtanciam fidelitatem proſecuti ſunt laudibus.... Quanta laus nſtaret. quanta ſupereſſet. ſi veſtri progenitores proprios poetas hiſtoriographos habuiſſent. cum n dubium ſit multam ymo maximam partem pretermiſiſſe eos que memorie digna eſſent. Inluens itaque cuncta mortalium mutabilitas. non ſolum vulgi tocius ſepelit nomina cum offiir. verum et regnum nobilium. inſuperque ſanctorum innumerabilium lucidiſſima merita tollit. clita geſta nationum obnubilat preclara facinora ex ore hominum ac mentibus auffert et obit. quaſi nunquam fuerint. preterquam quorum geſta ſcriptorum beneficiis eripiuntur ab inritu obliuionis &c.

IX. *De diluuiis diuerſis, et diuiſione linguarum.* X. *Quod a Iaphet ſit poſſeſſa Europa, de proprietatibus diuerſarum gentium: et deploratio moderni temporis.* In fine legitur: *xplicit primus liber Cronice Auguſtenſium.*

Secunda pars, quae de Auguſtanae vrbis origine vsque ad Caeſarem Auguſtum agit, decem etiam diſpertita capitula, ex fabuloſis veterum narrationibus compilata, ſequens ſibi praefixos habet titulos: Capitulo I. *Quod Sueui moribus tunc inculti de Iaphet dedentes habitantes in Germania, maximeque circa Vindam et Licum, qui et Vindelici dicti indelicam fundauere.* II. *De origine bellorum, regnorumque in terra, et vnde Amazones igines duxerint, et crudelitate earum.* III. *Quod Amazones primo bellauerint contra Vinicos, et quod ab eis Vindelici ſumſerint ſecurium vſum, cum quibus poſtea Romanos vicent.* IV. *Quod Vindelici redierint, et ciuitatem reaedificauerint, de Amazonum deletione, quo tempore Auguſta Vindelica ſit fundata.* Fundatam dicit Autor fuiſſe vel circa temra *Iſaac*, vel parum antea, et quingentos quinquaginta annos ante Romam ſtetiſſe tumat.

V. *De origine idololatriae, et quomodo Vindelici Zizam coluerint, qua die feſtiuitas ae fuerit, et quod eadem die nunc celebretur dedicatio matricis eccleſiae Auguſtae:* nimin IV. Cal. Octobris, in vigilia S. *Michaelis.* VI. *De Dea Ziza, et quomodo ea Ceres limanda ſit.* VII. *Quod Germani et Sueui ſint optimi bellatores, probatur, et qui inquierint perſaepe alias gentes; deconſtructione Romae: quomodo Sueui proprios vates laudes rfectorum dicentes habuerint.* VIII. *Quomodo Galli et Sueui cum Duce Brenno contra Ronos pugnauerint, et de Mario et mulierum Teutonum ſuſpenſione pulchra narratio: de noibus Auguſtae.* IX. *Quae et qualia Iulius Caeſar geſſerit in Germania: de Sueuorum ndelicorum fortitudine, et quomodo eos Iulius muneribus vicerit.* X. *Vita Octauiani Aui, et qui eius aeuo celebres extiterint viri.*

Tertia pars, quae de Auguſtae obſidione a Romanis vsque ad Imperatorem *Contiinum* Magnum progreditur, decem quoque comprehendit capitula, quorum epitome uens eſt:

I. *De miſſione Ennii praetoris et Auar et Varri ab Auguſto Octauiano contra Vindem: de obſidione ciuitatis, quo tempore facta.* II. *De Subuentione Sueuorum, et occie Auar, et quomodo nomen loco reliquerit.* III. *De eruptione obſeſſorum, et interfectione biui et Caggi Principum ciuitatis, et quomodo legio Marcia caeſa ſit: de nominibus loco-*

 rum,

rum, quae rem indicant. IV. *De conſternatione Auguſti grauiſſima, et quomodo miſerit Tiberium Claudium ad Germanos: quo tempore facta ſit Varriana clades.* V. *Quomodo Tiberius et Druſus et Pilo miſſi fuerint contra Vindelicam; quomodo Tiberius ſe hac in re habuerit: de victoriis eius: de ciuitatum in Germania aedificatione: quomodo Vindelica ſubiugata ſit Romano imperio.* VI. *De inſtauratione Vindelicae et nominis mutatione: de morte Druſi: de eius virtutibus: de libris Plinii: de bellis Germaniae et Tiberii triumpho.* VII. *De Tiberii imperio et moribus: de Germanico Druſi filio, et morte eius: de morte Tiberii et geſtis ſub eo: de Caio Caligula et eius peruerſitate: de eius expeditione in Germania et eius ſegnitie: de eius morte et moribus.* VIII. *De Claudio, eius ignauia et morte: de Neronis malitia et morte: de viris eo tempore celebribus: de Germaniae rebellione.* IX. *De Galba, Ottone, Veſpaſiano, de eius moribus: de Tito filio eius piiſſimo: de Domitiano bellua crudeliſſima: de Nerua et Traiano bono: de Adriano et aliis vsque ad Philippum.* X. *De Philippo et primo Chriſtiano inter Imperatores et eius ſucceſſoribus: de Conſtantino: quomodo iuſte et religioſe eccleſiam dotauerit: quod omnes pene Imperatores fuerint in Germania: concluſio tertiae partis.*

Quartae operis parti praemiſit Autor prologum, in quo diſquirit, cur Chriſtus tamdiu ſuum in terras aduentum diſtulerit; in fine quamdam ſui excuſationem adponit. Prologi initio ita diſſerit: *Tandem ſponſionis mee memor preſtantiſſime vir de ciuitate Auguſta vindelica vsque ad Conſtantini iure magni dicti tempora deductam hiſtoriam. qualicunque et nimis quidem agreſti eloquio libenter tibi obſequendo complere non dubitabo. cum ad chriſtiana iam tempora venerimus donante deo. tantoque feruencius quanto de vera fide ac ſanctis et apoſtolis et patronis noſtris vberius dicere poterimus.* Diſquiſitione iſta finita, ſequentibus ſe excuſare conatur: *Hec iuxta noſtre intelligentie paruitatem dicta. cetera profundius perſcrutanda iis relinquenda cenſeo. quibus nos et beſtiales theologi videmur et appellamur. a quibus iuſte reprehendi non arbitror. ſi poſt tantos tante ſapiencie ac eloquencie viros imperitus ſcribere preſumpſerim. dum et ea que ipſi copioſe ac diffuſe in chronicis aut ſanctorum legendis dixerunt compendio ſtringere quamuis inculto ſtilo conatus ſim. nec illo me ſatirici verſu Poete, qui ait:*

Scribimus indocti doctique poemata paſſim

feriendum crediderim. dum non temeritatis vel leuitatis. ſed caritatis que ſemper impericiam excuſare nouit gracia illud opus quamuis indoctus aggredi auſus ſim. neque digne me quisquam in hys que iuxta temporis huius opinionem inaudita forte videntur arguere mendacii poterit. cum nil preter illa que in probatorum virorum ſcriptis reperi poſuerim &c.

Prologum ſequuntur capitula ſecundae partis, quae de geſtis ſanctorum Auguſtae quieſcentium, et ceteris geſtis vsque ad Autoris tempora tractat.

I. Capitulo agitur de Apoſtolorum diuiſione, de conuerſione S. *Lucii* Britanniae Regis per S. *Timotheum*, de eiusdem Auguſtae aduentu, euangelii praedicatione, multorum per eum conuerſione, et perſecutione ibidem perpeſſa. Denique diſquiritur, quomodo, ſi S. *Lucius* primam chriſtianae fidei facem Auguſtae accendiſſe dicitur, S. *Narciſſus* eccleſiam Auguſtanam plantaſſe probari poterit? In fine Antiphona et Oratio de S. *Lucio* habetur.

II. Quibusdam de decem perſecutionibus praemiſſis, agit Autor de S. *Afrae* origine; e patrio ſolo vnacum *Hilaria* et amicorum turma expulſione, eius Romae aduentu: de *Venere*, eiusque cultu: de S *Afrae*, Hilariae et aliorum aduentu: quomodo extra vrbem Vene-

'eneris obſcoeno cultui ſe cum ſuis famulabus dicauerit: de S. *Narciſſi* Gerundenſis E-
iſcopi cum *Felice* Diacono Auguſtam itinere. In fine legitur Antiphona et Oratio de
. *Narciſſo*.

III. S. *Narciſſus Afrae* domum, neſciens publicum eſſe lupanar, ingreſſus, mox im-
ari amoris flammas extinxit, Chriſti vero accendit, *Afram*, eius matrem *Hilariam*,
'*unomiam*, *Eutropiam*, *Dignam*, totamque familiam ad chriſtianam perduxit fidem, a ſa-
llitibus exquiſitus ab *Afra* liberatus eſt: Doemonem auffugere coegit, Dionyſium Epi-
opum ordinauit, domum S. *Hilariae*, quam quidam S. *Martini* capellam eſſe autumant,
cleſiam conſecrauit: quam plurimis ad fidem conuerſis, Gerundam petiit, ibique Mar-
rii coronam obtinuit. Feruente immani perſecutionis ſeuitia, *Afra* comprehenſa, nec
aii blanditiis, nec minis, nec cruciatibus a chriſtiana fide alienari potuit, ſed immota
erſiſtens cum gaudio iudicis ſententiam excepit, et in Lici inſula ignem ſuſtinuit, ani-
iamque Deo reddidit. eius puellae corpus ab inſula reductum ſepelierunt, et aediculam
iper illud ex lignis conſtruxerunt. Agitur de paſſionis anno. In fine Antiphona et Ora-
o de S. *Afra* habetur.

IV. S. *Affra* igne ſuffocata, non concremata, a Matre ſua *Hilaria* et ancillis ſuis,
iit in propria ſua poſſeſſione ſepulta. Ibidem vota Chriſto reddentes beatae mulieres
tortoribus combuſtae ſunt. Eodem ſupplicio S. *Dionyſius* vitae curſum conſummaſſe creditur.
ſa etiam die viginti quinque viri et mulieres decollatione martyrii palmam obtinuere.
oſtea eadem perſecutione quam plurimos Chriſtianorum Auguſtae morte mulctatos fuiſſe,
aud dubium eſt, omnesque iuxta S. *Afrae* ſepulchrum humati creduntur, vti ex S. *Vdal-
ci* hiſtória patet. In eodem ſancto loco plures Epiſcoporum ſepeliri voluerunt. Narran-
ır quaedam miracula. In fine ſequentes verſus leguntur:

Gaudet in auguſta de ſede vetuſta.
Gens licet ignara fidei ſub origine clara.
Affra ſue gentis fidei dux et rudimentis.
Cultus veraces addiſcit. ſicque veraces.
Omnes accreſcunt. et in hac ſimul ede quieſcunt.

Denique Antiphona et Oratio de omnibus Sanctis in noſtra eccleſia quieſcentibus ha-
tur.

V. Agitur de haereſum origine, de earumdum per Viros tam doctrina quam ſanc-
ate celebres impugnatione: de primis Auguſtanis Praeſulibus. In hac narratione or-
nem ſupra poſitum obſeruat, additis inſuper regiminis annis. *Berwelſum* 5. Taginber-
m 16, *Mannonem* vndeuiginti, *Wichonem* octodecim, *Brichonem* viginti, *Zeyſonem* vi-
nti et vno, *Marcomannum* vndetriginta, Auguſtanam rexiſſe eccleſiam opinatur. Me-
init deinde *Fortunati* et S. *Wicterpi*. Per hos Deus plantatae eccleſiae incrementum
dit. In fine de S. *Albino* et *Vrſo* Apoſtolis Auguſtanis, eorumque martyrio men-
ı fit.

VI. Inprimis eſt ſermo de humanae potentiae inſtabilitate: dein de Wandalorum
aecipue de Hunnorum Regis *Attilae* deuaſtationibus, et crudelitatibus: de vndecim
llium virginum martyrio: de eccleſiae S. *Afrae* combuſtione, de *Attilae* Romae ad-
ntu, de eius morte: de S. *Bonifacio*, de Epiſcopatibus ab eo fundatis, et concilio ab-
Auguſtae celebrato; de S. *Wicterpo*, eiusque ſucceſſore S. *Toſſone*.

VII.

VII. *Carolo M.* imperante Duces Bauariae et Sueuiae in confinibus omnia deuaſtarunt, monaſteria, Campidonenſe et Faucenſe quoque diruta ſunt. *Vdilo* Bauariae Dux a Caeſare ditionibus priuatus, Monachus fieri coactus eſt. Idem Caeſar vtrumque monaſterium reaedificari fecit. Sanctus *Simpertus* ab eodem Epiſcopus Auguſtenſis renuntiatus eſt, qui omnia deſtructa reparauit, dioeceſin vltra Licum ampliauit. Celebantur eiuſdem miracula. Prefuit triginta annis, et quarto idus Octobris ſpiritum coelo reddidit, ſepultus in S. *Afrae* eccleſia. Succeſſit eidem *Hanto*, qui ſeptem annis rexit Epiſcopatum: poſt hunc *Nidgarius* ſanctitate celeberrimus: deinde *Vdelmannus*, *Wiggerus*, *Lanto*, qui eccleſiam S. *Magni* conſtruxit, S. *Vdalrici* Nutritor, praecipuus moneſterii S. *Galli* fautor, muſices peritus, ſubſcripſit decretis ſynodi ſub *Arnolfo* Rege in triburia villa anno 899. celebratae. *Arnolfus* Ratisbonae muros ampliauit, monaſterium S. Emerammi largiſſime locupletauit, miſero mortis genere vitam finiuit. *Ludouici* tempore Hungari Bauariam deuaſtarunt. *Marinus* Papa *Adalberoni* S. *Vdalricum* ſubrogare voluit; illo recuſante, *Hiltinus* ſucceſſit, et quindecim annis praefuit. In fine Antiphona et oratio de S. *Simperto* legitur.

VIII. De S. *Vdalrico* agitur. Sanctus hic Epiſcopus ab *Hupaldo* comite de Kyburg et Dillingen et *Dietpurga Burchardi* Sueuiae Ducis filia oriundus, S. *Galli* Monachis erudiendus traditur, quorum inſtitutum etiam ſecutus fuiſſet, niſi a S. *Wiberada* a ſuo propoſito deterritus fuiſſet. Ad patrios lares reuerſus, S. *Adalberoni* commiſſus eſt. *Hiltino* defuncto, ſedi Auguſtanae praefectus eſt. Laudatur eius paſtoralis ſollicitudo, manſuetudo, paternus amor, hoſpitalitas, otii odium, orationis aſſiduitas, corporis mortificatio, inceſſus grauis, vitae habitus, doctrina &c. Meruit diuinis viſionibus recreari; dextera ſuperna cum illo Reſurrectionis Domini feſto in miſſarum ſolemniis benedicere viſa eſt. S. *Afra* eidem cum Sanctorum copia adparuit &c. Miracula plura patrauit. Eius miranda humilitas celebratur. Tandem Autor lectorem ad vitae ſcriptores remittit. Animam ſanctam ad ſuperos miſit vir ſanctus anno 973. aetatis 83. ordinationis 50. ſepultus a S. *Wolfgango* in S. *Afrae* eccleſia, in qua multis miraculis, duobus voluminibus contentis, coruſcat. In fine iterum Antiphona et oratio legitur.

IX. S. *Vdalrici* praerogatiuae et miracula quaedam enarrantur. In pugna contra Hungaros in victoriae ſignum crux de coelo ſibi delata dicitur. Caro mutatur in piſcem. Eius patrocinio dioeceſis Auguſtana a gliribus libera exiſtit. Terra ex eius ſepulchro deſumta, fidelibus donata, ab eis venerata ex eorum domibus vbique terrarum glires fugere coegit *u*). Febre laborantes, a rabidis offenſi beſtiis, ex eiusdem calice deuote bibentes, medicinalem Sancti opem perſaepe ſenſerunt, vti et foeminae partu laborantes.

X. Quae ſub *Ottone I.* Imperatore Auguſtae geſta ſunt, narrantur, inter quae *Berengarii* Longobardorum Regis et filii eius coram omni exercitu cum Caeſare reconciliatio

u) Terra iſta, quâ foenus fieri a nobis non ſine magna iniuria in libro quodam, cuius titulus: *Anecdoten für Prieſter*, ante aliquot annos' imputatum fuit, cum a noſtris ſemper gratis, licet plures ſumtus requirantur, cuilibet communicetur, noſtra adhuc aetate (vti non ſolum ex Catholicorum ſed Proteſtantium etiam teſtimonio exploratum habemus) Sancti noſtri interceſſione dictis animalibus' maxime infenſa eſt. Rationi omnino conſentaneum, prudentiaeque dignum eſſet, ſi, priusquam in auitae religionis irriſionem ac contemtum aliquid publici iuris facerent noſtri ſeculi ſcioli, prius de re accurate diligenterque explorarent; ne ſuis temerariis iudiciis Religionem chriſtianam contemtui exponerent, populumque deciperent.

io et ſubiectio celebris eſt. Dein deſcribitur Hungarorum aduentus, ciuitatis Augu-
ſis obſidio, liberatio, S. *Vdalrici* ſollicitudo, pugna in Lici campo, et victoria a Cae-
e reportata. In illa S. *Vdalrici* frater *Dietpaldus*, et ſororis filius *Reginbaldus* occiſi
t, Auguſtam reductos Sanctus in eccleſia S. *Mariae* ante S. *Walburgae* altare ſepe-
. Caeſar autem *Rikwinum Dietpaldi* filium in patris ſui comitatibus honorare digna-
eſt. Huius belli cauſa fuiſſe quidam Schyrenſis comes memoratur. S. *Vdalricus* ec-
ſiam S. *Afrae* ab hoſtibus dirutam reaedificauit, S. *Joannis* Baptiſtae et S. *Stephani*,
et moniales inſtituit, conſtruxit.

XI. S. *Vdalrico* ſucceſſit *Henricus Burchardi* Comitis filius, qui in expeditione Cala-
ana periit. Villam Geiſenhauſen eccleſiae B. V. *Mariae* tradidit. Ei ſubſtitutus eſt *En-*
, et huic *Luitoldus*, qui circa annum 993. S. *Vdalrici* canonizationem Romae prae-
s promouit, eccleſiamque B. *Mariae* obrutam, opitulante Imperatrice *Adelhaide*, ex-
xit. Iſto defuncto, electus eſt *Gebehardus*, qui *Sigisfridum* ſucceſſorem habuit. Anno
oo. moritur *Otto III.* Imperator, cuius inteſtina Auguſtae, et corpus Aquisgrani ſepe-
ntur. In eius locum ſuffectus eſt *Henricus* Bauariae Dux, qui in ſuo matrimonio cae-
s vixit: Bambergenſem dioeceſin et monaſterium S. *Michaelis* fundauit, aliaque ſacra
a ſua munificentia adiuuit. Eius frater *Bruno* Epiſcopus Auguſtanus eſt conſtitutus,
. Imperator celeberrimum templum Auguſtae aedificandum commiſit, aſt eius inten-
ni ſatisfacere renuit. *Henricus* id aegre ferens, ad altare S. *Vdalrici* tamen quaedam
edia obtulit, S. vero *Kunegundis* eius coniux illud in Taittenweis tradidit. Relicto a
ricis hoc ſacro loco, Benedictini introducti ſunt, quibus iſti molendinum, villas Haun-
tten, Hedern, decimas et ſeptem hubas reliquere. Primus Abbas S. *Reginbaldus*, po-
a Epiſcopus Spirenſis praefuit. *Henrico* ſuccedit *Conradus*. *Bruno* poſt fratris obitum
iſcopatum Bambergenſem in profanum vſum conuertere molitur, a fratre in viſu per-
ritus, a ſuo attentato abſtinuit. Inter iſtum et *Welſonem* Comitem diſſidia fuerunt ex-
ita. Canonicorum bona auxit: obiit 1019. *Brunoni* ſucceſſit *Eberhardus*, qui Lici pon-
a S. *Vdalrico* tradidit, *Conrado* vero Imperatori anno 1040. *Henricus III.* qui Auguſtam
um detulit S. *Guidonis* corpus. Interfuit etiam exeqiis *Eberhardi* Epiſcopi. In huius
um *Henricus* ſubrogatus eſt. Sub *Henrico III.* Bruno Epiſcopus Tullenſis, dein Papa
ctus, et Leo IX. dictus Auguſtae, in oratione defixus concentum audiit: *Ego cogito co-*
ationes pacis &c. Is anno 1050. Romae ſynodum celebrauit, dein Moguntiae: Ratis-
nae S. *Dionyſii* reliquias viſitauit, S. *Wolfgangum* e tumulo leuauit. Multas in Ger-
nia eccleſias, inter quas S. *Galli* Auguſtae, conſecrauit. Obiit 1054. Eodem tem-
e Auguſtenſes intet et Bambergenſes belli flamma axarſit. *Henricus* Epiſcopus fuit
perii Adminiſtrator, et *Henrici IV.* Tutor: eccleſiam cathedralem extruxit. Bellum
er illum et *Dietpoldum* Comitem oritur. Baioarii ab Auguſtenſibus interficiuntur. *Ag-*
Imperatrix Auguſtam venit. Corpus S. *Afrae* fuit inuentum: oblationes a fidelibus
nt; aſt ab Epiſcopo fuerunt ſublatae, iuſſu tamen S. Pontificis denuo reſtitutae. Eius
na a maleuolis fuit denigrata. Obiit inter ſaeuas perſecutiones. Ad eccleſiam S. *Af-*
50. talenta tradidit. Eo defuncto, Auguſtenſi eccleſiae *Embrico* de *Leiningen* prae-
tus eſt. Iſto tempore *Henricus IV.* feſtum Purificationis B. V. *Mariae* Auguſtae ce-
rauit.

Sub *Embricone* fuerunt inuenta corpora Sanctarum *Dignae*, *Eunomiae*, et *Eutropiae*,
cuius pars vna ad monaſterium S. *Stephani*, ab *Embricone* reſtauratum, fuit tradita.
rpus S. *Afrae* integrum remanſit, praeter duos pollicis pedis articulos, quorum vnus

Annoni Epiſcopo Colonienſi, et alter Imperatori, qui Spirae in eiusdem honorem eccleſiam conſtruxit, fuit oblatus. Imperator Auguſtae feſtum Pentecoſtes celebrauit. In eccleſia cathedrali viri celebres claruere. Eadem eccleſia anno 1065. fuit conſecrata. Rex *Henricus* eodem Auguſtam venit. Reliquiae S. *Remigii* Auguſtam fuerunt adlatae. Eodem tempore S. *Sebaldus* Norimbergae miraculis claruit. Anno 1051. Imperator Auguſtae moratur, et eccleſia S. *Afrae* ab *Embricone* fuit conſecrata, atque S. *Gertrudis*. Idem Epiſcopus Saxones cum Caeſare reconciliauit. Fuit a Longobardis captus. Eccleſias S. *Stephani*, S. *Martini*, et S. *Gertrudis*, cuius fundator celebratur, conſtruxit. Obiit III. Cal. Auguſti, eique ſubrogatus eſt *Sigefridus*. *Henricus* Auguſtenſis Canonicus eccleſiae Aquileienſi praeficitur, et *Nortbertus* Praepoſitus Curienſis Epiſcopus ordinatur. *Henricus* Imperator multa in Germania deſtruxit caſtra. *Welfo*, et quidam *Hermannus* a Sueuis Rex renuntiatus, bello Auguſtenſes petierunt, eorumque ſuburbia deuaſtarunt. Anno 1080. S. *Mauritii* eccleſia concremata eſt. Anno 1081. Rhetia et Sueuia bellis, aliisque malis oppreſſae ſunt. *Sigefridus* Epiſcopus cum Duce *Friderico*, et Comite *Rapotone* caſtrum praedonum in Sibenaich deſtruxit, iis tum occiſis, tum captis. Anno 1084. *Welfo* Dux dolis Auguſtam occupauit, omnia diripiens, aut deuaſtans. His turbationibus durantibus *Wigoldus* olim Canonicus Auguſtenſis bona eccleſiaſticorum ac eccleſiarum diripuit. Imperator ex Italia redux Auguſtanis ſuccurrit. Hoſtes feſto S. *Afrae* fuga ſibi conſuluere. Imperator vrbem ingreditur. Anno 1085. *Sigefridus* Epiſcopalem accepit conſecrationem. Auguſtae viſus eſt coruus albus, qui ſe denigrare ſtuduit. Anno 1087. et 88. Auguſta inuaditur: *Sigefridus* Epiſcopus capitur, Antiepiſcopus *Wigoldus* ad chriſma conficiendum accerſitur: maenia vrbis deſtruuntur. Tempore captiuitatis plures Pſeudoepiſcopi fuerunt conſtituti. *Sigefridus* redimitur. Expeditio ſacra eodem tempore aduerſus Saracenos excitata fuit. Baioarii quidam Auguſtam inuadentes trucidati, et vulnerati ſunt. Sueuorum colloquium Auguſtae fuit celebratum. Suburbia cum eccleſiis in cinerem redacta ſunt., Anno 1096. pridie nonas Decembris *Sigefridus* obiit, ſequentique anno conſtructa eſt eccleſia in honorem S. Aegidii. *Sigefrido* ſucceſſit *Hermannus*, qui poſſeſſiones Canonicorum ſpoliatas ab Imperatore, imperiique principibus anno 1104. reſtituere coactus eſt.

XIII. In hoc capitulo Abbates noſtri monaſterii a *Reginbaldo* vsque ad *Henricum II.* memorantur; fuſius vero agitur de *Eginone*, de perſecutionibus perpeſſis, de eius exilio, quaenam pro eccleſia Auguſtenſi ſchismatis tempore fecerit, de eius obitu. De *Hermanni* Epiſcopi electione, rapinis &c. De Abbatibus ex noſtris ad alia monaſteria poſtulatis. Quia de iſtis iam ſupra in indicis recenſione plura fuere prolata, his contenti eſſe poſſumus.

XIV. *Henricus IV.* filio ſuo *Henrico V.* imperii habenas tradere coactus eſt. Enarrantur diſſidia Pontificem inter et Caeſarem ob inueſtituram exorta, quae tamen ſub Papa *Honorio* ſopita, ſub conditionibus vtrinque iuramento firmatis. Vtriusque iuramentum, vti Autor noſter adduxit in *Adpendice N. XX.* relatum legitur. Eo tempore *Otto* Bambergenſis Epiſcopus claruit. *Henricus* apud Traiectum diem clauſit ſupremum, Spirae ſepultus. Ei *Lotharius* Saxo fuit ſubſtitutus, qui *Henrici* progeniem ſupprimere ſtuduit. Hoc tempore Ordo Praemonſtratenſis a S. *Norberto* Epiſcopo Magdeburgenſi fundatus eſt.

XV.

XV. *Lothario* regnante grauiſſimum *Innocentium* inter et *Petrum Leonem* exortum eſt Schiſma. Imperator in Apulia et Campania bella geſſit, ex iſto redux apud Tridentum in viliſſima vitam finiuit caſa. *Conradus* ſororis *Henrici* Imperatoris coniux eidem ſuccedit. Concilium Romae celebratur. *Coeleſtinus* Papa vnanimibus votis eligitur. In Italia graues exarſerunt diſſenſiones. Chriſtiani in Oriente a Sarracenis fuerunt grauiter afflicti. *Eugenius* Papa S. *Bernardi* diſcipulus *Henricum* Imperatorem in Sanctorum Album retulit. *Conrado* Caeſari defuncto ſubſtituitur *Henricus VII.* qui expeditionem Hieroſolomytanam, inſtigante S. *Bernardo* inſtituit. Illo tempore floruere viri doctrina celebres *Ioachimus* Abbas, *Petrus Comeſtor*, *Petrus Lombardus*, et *Gratianus*. Claruit etiam S. *Hildegardis*. *Hermanno* Epiſcopo ſubſtitutus eſt *Waltherus* Comes de *Tibingen*, iſti *Conradus* de *Lizelſtein*, qui *Hartwigo* de *Lierhein* Monacho San-Vlricano Epiſcopatum reſignans in noſtro aſceterio monaſticum induit habitum, pluribus eidem bonis collatis. Defuncto *Conrado* Imperatore, electus eſt *Fridericus* Dux Sueuorum ab *Adriano* Papa coronatus. Inter ipſum et Romanos Pontifices grauiſſima orta eſt diſſenſio. *Henrico* Duci Bauariae reſtituit Ducatum, et Marchionatum Auſtrae, adiunctisque quibusdam Comitatibus Baioariam euexit in ducatum. In expeditione ſacra in Graecia in riuulo quodam ſe lauans ſubmerſus eſt. Regni habenas deinde *Henricus VII.* obtinuit. Sub iſto obiit *Otto* Friſingenſis, qui Chronicon ſcripſit. Corpora SS. trium Regum delata ſunt Coloniam. *Heziloni* Abbati ſucceſſerunt *Vdalricus* de *Biberbach*, qui octo, *Henricus* de *Maiſach*, qui ſeptem, *Manegoldus*. qui ſex annis et octo menſibus praefuit. *Hartwico* defuncto, Epiſcopus electus *Vdalſcalcus* Comes de *Eſchenloch*. Anno 1183. ignis multas domos et noſtrum monaſterium cum omnibus officinis et eccleſia conſumſit. Corpus S. *Vdalrici* fuit inuentum. *Henricus III.* Abbas monaſterium et eccleſiam reaedificauit, feſtum Conceptionis B. V. M. celebrari inſtituit. Anno 1197. a *Conrado* Archiepiſcopo praeſentibus Imperatore *Friderico* et imperii Principibus noſtra eccleſia eſt dedicata. Imperator corpus S. *Vdalrici* cum tribus Epiſcopis portauit. *Henrico* Abbati ſuffecti ſunt, *Erhinboldus*, qui decem, *Vdalricus*, *Henricus* de *Bleſheim*, qui duodecim, *Dieto*, qui decem, *Luitfridus*, qui octo, *Hildebrandus*, *Gebwinus* de *Tierheim*, *Dietricus* de *Roth*, *Siboto Stolzhirſch*, *Henricus V. Marquardus* de *Haglen*, qui viginti annis praefuit.

XVI. *Henricus VI.* Imperator largitate et ſapientia celebris in Apulia veneno interficitur. Eius frater *Philippus* ſceptrum obtinuit. Anno 1199. miraculoſa hoſtia ad S. Crucem Auguſtae originem habuit. Caſtrum Landishutanum, et Oppidum Straubinganum a *Ludouico* Duce conſtruitur. *Philippus* Caeſar a Comite de Witelſpach occiditur. Origo ordinis minorum. *Otto* Brunswicenſis Rex Romanorum electus ſequenti anno excommunicatur. Huic ſuccedit *Fridericus II.* ſaepius excommunicatus. Eius geſta. In Apulia veneno periit. *Friderico*, *Ludouicus* Turingiae Landgrauius, iſti *Wilhelmus* Hollandiae Comes, huic *Conradus Friderici* filius, *Conrado Richardus*, denique *Rudolfus* Habsburgicus ſubrogatus eſt. Expeditio ſacra ſub *Friderico II.* facta eſt. *Rudolfus* Auguſtae in Principum conuentu anno 1281. ducatum Auſtriae filiis ſuis in Feudum tradidit. Obiit 1291. Iſte ſucceſſores habuit *Adolphum*, *Albertum*, *Henricum VII. Ludouicum* Bauarum ſimul *Fridericum* Auſtriacum, ab illo captum. In ſede Auguſtana ſibi ſucceſſere *Hartwicus II. Sigefridus*, et *Siboto*. *Marquardo* Abbati San-Vlricano ſubſtitutus eſt *Conradus Winkler Ludouico* Caeſari acceptus. Quidam ciuis Auguſtenſis Portner dictus, ſuis rebus ſpoliatus, perpetuo exilio mulctatus eſt. Flamma noſtrum monaſterium, et multas alias domus in cinerem redegit. Deſtructum eſt ſuburbium Wagenhals dictum.

XVII.

XVII. *Ludouico Carolus IV.* ſubrogatus eſt. Auguſtenſes Caſtrum Krentz occuparunt. Anno 1348. Auguſtae Iudaei igne multati ſunt. *Vdalricus Ilſung* quater in anno eleemoſynae diſtributionem inſtituit. *Marquardus* Epiſcopus cum Auguſtenſibus Mindelburgum deſtruxit. Anno 1356. eccleſiae cathedralis ſtructura incepta eſt. Quidam nobilis de Villenbach ſuburbium S. *Jacobi* igne deuaſtauit. Anno 1368. tribunorum regimen introductum eſt. Auguſtenſes Landsbergae omnia deuaſtarunt, Caſtrum Schwabegg, et Fridbergam incenderunt, viri 130. a Bauaris trucidati ſunt. Pax Baioarios inter et Auguſtenſes rediit. Caeſari Auguſtenſes 36. millia, et Iudaei decem millia florenorum tributum ſoluerunt. Anno 1375. decollati ſunt *Wilhelmus Waler*, et *Marquardus Hagenor*. Vlma a Caeſare obſeſſa. Suburbium S. *Jacobi* foſſis circumdatum eſt. Bellum inter ciuitates imperiales et nobiles, atque contra comites de Wirtenberg ortum. *Carolo* Caeſare defuncto, et Pragae ſepulto, eius filius *Wenceslaus*, iam prius electus, ſucceſſit. Anno 1379. Auguſtae proceſſio ſolemnis ob graſſantem freneſin inſtituta eſt. Ciuitatum imperialium foedus. Ob peſtem proceſſio inſtituitur. Diſſidia nobiles inter et ciuitates. Clerus exulatur, clericorumque domus deuaſtantur. In Comitiis Auguſtenſibus animi exacerbati reconciliantur. Iſti 22. milia florenorum Iudaeos ſoluere coegerunt. Anno 1386. Dux Auſtriae *Luitpoldus* cum ſuis copiis a Swizenſibus interfectus eſt. Bellum inter Auguſtenſes et Boiarios, et Noricos. Epiſcopum etiam ſibi infenſum habuere Auguſtenſes. Sequitur nunc Catalogi Epiſcoporum et Abbatum San-Vlricanorum continuatio. *Sibotoni* Epiſcopo ſucceſſere, *Hartmannus* Comes de Dillingen, qui caſtrum ibidem cum ſuis pertinentiis epiſcopatui contulit, *Fridericus*, *Wolfardus*, *Degenhardus*, *Fridericus*, *Marquardus* de *Hohenſchlitz*, *Burchardus* de *Ellerbach*. *Conrado Winkler* Abbati, *Joannes* de *Viſchach* anno 1455. qui vndecim: *Fridericus* de *Gummeringen* peſſimae notae vir, qui tredecim: *Henricus* de *Gabelbach*, qui octodecim, *Joannes Lauinger* Abbas prius Faucenſis, qui monaſterium depauperatum ſubleuauit, et octo: *Joannes Kiſſinger* Monachus San-Vlricanus, dein Abbas Ottenburanus, primus Pontificalium vſu gaudebat, reſtaurator diſciplinae, et oeconomiae, qui viginti quinque: denique *Henricus Heutter* bonorum diſſipator, qui vndecim annis praefuit. Enarrantur mala Auguſtenſibus ab inimicis illata, bellum Bauaricum, et pax ab Imperatore *Wenceslao* reſtituta, pluribus millibus Bauaris ac Epiſcopo ſolutis. Peſtilentia, pace reducta, graſſatur. Annus iubilaeus. *Vdalriius Ilſung* textorum domus emit, duas miſſas in eccleſia S. *Mauritii* fundauit. Macellum aedificatur.

XVIII. 1393. multi haeretici a quodam ſacerdote Auguſtae manifeſtati, et multati ſunt. Conſpiratio contra Regem *Wenceslaum* excitatur: Origo Huſſitatum: Rex regno Romano priuatur. Theatrum, et domus Piſtoria Auguſtae conſtruuntur. Diſſenſiones inter ciues oriuntur. *Albertus* de *Villenbach*, et *Alpenhofer* iuxta S. *Stephanum*, inſcio ſenatu foſſam duxere. Alia iuxta S. *Georgium* ducta eſt. Diſſidia *Jacobum Pittrich* inter et *Hartmannum Onſorg*, et Auguſtenſes inter et *Mareſchallum* Biberbacenſem. Anno 1401. vel 1402. Rex *Rupertus* cum imperii Principibus Auguſtae quatuordecim diebus morabatur. Anno 1402. eccleſia S. *Leonardi* extruitur. Anno 1403. peſtis graſſabatur. *Burchardo* Epiſcopo *Eberhardus* Comes de *Kirchberg* ſucceſſit. Sacerdotes Sodomiae rei anno 1408. puniuntur. *Burchardus* de *Schellenberg* prope Vsbach interficitur. Duellum inter quemdam Mareſchallum et *Dietricum Hechsenacker*. *Laurentius Egen* fundauit hoſpitale S: *Antonii*. Anno 1410. magnam Teutonicorum ordo ſtragem perpeſſos eſt. Anno 1412. aquae ductus facti ſunt. Anno 1414. concilium Conſtantienſe ſumſit initium. Auguſtenſes *Sigis-*

mun-

mundo Regi auxiliares copias contra *Fridericum* Auſtriae Ducem miſerunt. *Ludouicus Hoernlin* exulatus eſt. Diſſenſiones Auguſtenſes inter et *Anſelmum* de *Nenningen* Epiſcopum electum. Schiſma in eccleſia Auguſtenſi exortum, tandem per *Petrum* de *Schaumburg* a Summo Pontifice Epiſcopum renuntiatum denuo ſublatum. Huius Epiſcopi laudis encomia. Anno 1425. Plebanus S. Stephani fuit occiſus. Domus ipſius *Goſſenbrot* combuſta eſt. *Sebaſtianus Ilſung* a *Petro Rechlinger* interfectus eſt. Capitulum praeſens ſequentibus finitur: *Et quia ad noſtra tempora venimus. tam longo labore fatigati parum quieſcamus. maxime cum te integerrime mi domine Sigiſmunde dehinc geſta melius ſcire quam aliquis conſcripſerit haud ambigam. nec illi noſtri ſeculi homines offendendi ſint noſtra narratione importuna. qui vtique non conſenciunt inter ſe quando referunt geſta.*

XIX. Capitulum operis concluſionem ad *Sigismundum Goſſenbrot* comprehendit. Iſtam integram exſcriptam ob oculos pono.

Ecce eximie vir chronographiam noſtram quam te petente incepi. te impellente continuati. ac ſtimulante tandem licet tardius quam optabas vtcunque compleui Vnde te hortari habeo. vt ea que dicta ſunt ſic accipias pro veris. vt tibi ſi occurrerit autor probacior eum non refutes. Inter tot enim voluminum reuoluciones rerumque geſtarum diuerſimodas narraciones me haud potuiſſe euadere. quin interdum viſcatis alis mei ingenioli retardarer aut implicarer morbo obliuionis. Nil enim in rebus humanis perfectum eſt. Miratus ſum enim diu apud me. cur tot reuolutis ſeculis hucusque nullus inter tot doctos viros noſtre ciuitatis. de Auguſte geſtis conſcripſerit. et verebar tam arduum opus imperitus et liberalis ſcientie ignarus aggredi. cum tamen diu mihi velle adiaceret. perficere autem in me non inuenirem. cogitabam quod vellem. dicebam tamen quod nequirem. Acceſſit tua peticio que penes me precepti legisque habet vigorem. ac ammonicio que perſuadebat ſi mihi ineſſet voluntas ſolida. ceteris aſſiduitatem ſolidam preſtarem. Exhortatione huiuscemodi ſepe incitatus. temtaui tandem tuos complere precatus. fecique vt valui. non forſan vt ſperabas. quamuis metuam detractorum rem eis datam humilem dentibus lacerandam quibus nihil eſt dulcius quam dicta aliorum lacerare. aliis laqueos ponere in viam quia ipſi nolunt incedere. calumniis aliorum labores obfuſcare. ne ſuam inerciam in comparacione ſenciant notari. Quorum tantam copiam aduerſum me conſpirare ſencio. vt cogar quam ſepe replicare. Latentem quoque inuenit inuidia. Oſtendunt tamen ſi mea exſufflanda ſunt dicta ſuam deſidiam. qui ſi melius norunt nec tamen proferunt. quibus non tamen eis aliter pro me reſpondere cenſeo. quam beati Hieronimi verbis inquientis. Legant qui volunt. qui autem nolunt abiiciant et ventilent apices. literas calumnientur. Magis ego amicorum caritate prouocabor ad ſtudium. quam illorum detractione deterrebor. Itaque mi amantiſſime preceptor accipe munus qualecunque amici deuoti. et penſa non valorem ſed laborem qui tantus fuit vt crebro per longum tempus opus poſtpoſuerim. Eſtimo tamen ſi illud diligenter legeris. per omnia tibi non diſplicere. cum cognoueris me ad hoc laboraſſe. vt aliorum dicta non meas inepcias reuoluerem. aliorum inquam ne emuli dicant me callide pennis pauonis vt coruus apud epiſcopum texiſſe. Quod autem non ſemper nomina poſui. ob faſtidioſam longitudinem obmiſi. Veſcantur ipſi largiſſimis epulis. et dimittant hec paupercula nobis. perfectorum non poſſumus capere cibum. cum et venter noſter non faſtidiat hortorum olera. ſed et leguminum aſſuetus ſit edere cibaria. Sciant tamen verum illud vulgi prouerbium. quod vtilior eſt ſicienti paruus pure aque hauſtus. quam nauſeanti largiſſima conditi vini pocula. Subfeciſſent hec ſemel dicta. ſi conquieſcerent detrectatorum labia. Te tamen aliosque qui hoc pecierint pono obices. qui eſtis occaſio. ſi quid mihi inde mali euenerit. quibus tamen et cum meo diſpendio ſi que placita peragere potero conabor. Vale mi colendiſſime ac amantiſ-

ſime

ſime preceptor et domine Sigiſmunde. et me tibi recommiſſum fac ſedule. Laus ſit omnipotenti deo. Amen.

Quis ſim qui vobis ſero munus tale laboris.
Vos quoniam ſcitis nolite precor dare multis.
Ne perſona mei vilis faciat mea ſperni.
Sit magis hoc ſtudium vobis depoſcere chriſtum.
Vt ſibimet placita maneant preſencia ſcripta.

Huic carmini *Leonardus Wagner* ſubiecit rubro colore ſcriptum:

Explicit Chronographia de ciuitate Auguſta Vindelicorum Metropoli Sueuorum per fratrem Leonhardum Wirſtlin alias Wagner de Schwabmenchingen Presbyterum et Conuentualem Monaſterii Sanctorum Vdalrici et Affre eiusdem ciuitatis. Ipſo die ſancti Leonhardi glorioſi confeſſoris. Anno Incarnacionis dominice. Milleſimo quingenteſimo quinto ante meridiem. Et fuit feria tercia.

Haec ſequitur:

Excuſatio correctoris ſecundum deum et propriam conſcienciam.

Scias lector confrater ac amice dulciſſime preſentium chronicorum exemplar adeo a primo reſcriptore (ſalua authoris pace) eſſe negligentia detruncatum. latinitate corruptum. ac congruitatis ornatu neglectum. vt inuitus ac pene coactus idem in meliorem ſcrupuloſus reducere aſſumpſerim formam. Nam multis e doctorum terminis conceſſum. ſine fructu ac lectione propter allegatas cauſas remiſſum fuit. Idcirco vbicunque vel ſenſum imperfectum vel congruitatis deliquium offenderis. non mihi ſed primo reſcriptori deo et propria conſcientia teſtibus (cum plenam propter tantam corrupcionis peſtem intelligenciam habere potui. minime) aſcribe. Vale ſaluus vtroque in homine. 4. Idus Nouembras. Anno ſeculi huius 15.

VII.

Sigiſmundi Meyſterlin Chronographia Auguſtana. in fol. Codex Cartheaceus.

Praeſens codex quoad ſuam interiorem inſtructionem immediate praecedenti conſonat; itaque eamdem prolixius adumbrare ſuperſedere merito poſſum. foliis 96. conſtat. Charta eſt alba et polita. Characteres omnino iidem, quibus *index monaſterii*, numero III. recenſitus, deſcriptus eſt. Initiales literae et tituli rubro colore ſunt ſcripti. Diſtinctionis ſignum ſolum punctum obſeruatur. Dedicationi ſequens inſcriptio, rubris ſcripta, eſt praefixa: *Sapienti viro domino Sigismundo Goſſenprot Ciui Auguſtenſi honorando preceptori ſuo obſeruandiſſimo frater Sigismundus Meiſterlin profeſſus Monaſterii Sanctorum Vdalrici et Affre Auguſtenſis Cenobii in domino eternam perpetuamque optat Salutem.* In fine ſequens legitur notitia:

Explicit chronographia de ciuitate Auguſta Vindelicorum. Metropoli Sueuorum per fratrem Johannem Grieshern de Dillingen Presbyterum et Conuentualem Monaſterii Sanctorum Vdalrici et Affre eiusdem ciuitatis. Ipſo die ſancti Viti glorioſi martiris Anno Incarnationis dominice. Milleſimo quingenteſimo ſexto poſt completorium. His etiam correctoris excuſatio ſupra relata ſubiecta habetur.

Chronographia memorata nunquam typis excuſa in lucem prodiit. Meminere tamen iſtius *Achilles Pirminius Gaſſarus* x) *Paulus* a *Stetten* Senior y) *Joan. Piſtorius* z) Cl. *Franc. Ant. Veith* a) qui ſequens de eadem iudicium profert: „ Vellem ego abſciſſas tres partes priores, vbi plurima fabuloſius quam verius, narrantur: partem quartam autem „ minime ſpernendam reor; eoquod plurima notatu digna continere dignoſcatur." Iſtius iudicio quilibet lectorum Synopſin a me relatam penitius perſpicientium, haud aegre ſubſcribet. Tres priores partes inſuper aut parum aut nihil emolumenti hiſtoriae Auguſtanae procreabunt; cum parum in iis, et illud fabulis innixum, de Auguſta enarretur. Quarta denique magis ad hiſtoriam eccleſiaſticam, quam profanam illuſtrandam inſeruit.

VIII.

Sigismundi Meyſterlin Chronographia Auguſtana in lingua vulgari. Accedit alia carminice ſcripta, in fol. Codex Cartheaceus.

Integer hic codex 108. foliis conſtat. Scriptus eſt, ſi dedicatoriam epiſtolam, et capitulorum ſummaria excipias, in duabus columnis charactere pinguiori, et ſat luculento. Initiales literae elegantes diuerſis coloribus ſunt depictae, tituli rubro colore ſcripti, folia numeris notata. Diſtinctionis ſignum nullum obſeruatur. *Sigismundus* noſter inſtigante, et rogante *Sigismundo Goſſenbrot* chronographiam ſuam latine prius compilatam in germanicum idioma tranſtulit, ſenatuique Auguſtano nuncupauit.

Praemittitur operi dedicatoria epiſtola, et capitulorum ſummaria. Iſta absque titulo inchoat. Ob eius eruditionem, licet prolixior, integram exſcribere ſtatui, et ſic ſonat:

Den fürſichtigen Erſamen vnd weyſen Burgermaiſtern vnd rattgeben der Künigklichen ſtat Augſpurg ſagt bruder Sigmund Müſterlin ain munich des erwirdigen cloſters ſant Vlrichs vnd ſant Affran in dyſer ſtat ſant benedicten ordens ſein bereitt dienſt mit allem ſeinen vermüglichen fleyſs vnd ſein diemütiges andächtigs gebet. Fürſichtigen lieben herren Ewer weyſhait möcht wol etwas främd geduncken vmb was ſach ich zu dyſer zeit für ewer beſchaidenhait begert hab zefür legen nicht ain klaine ſach ſo ich doch ain abgeſchaidner münich ſein ſol vnd nit not haun darff dhainerlay ſtreittpär ſach oder zwitrachtung für ewer weyſhait zepringen wann Ir aber vernemen ſind was handels ich vor handen han ſo wirt ewer wayſhait villeicht nit befrümden noch beſwären das ich mit kurzen wortten hye will erzelen. Erſamen wayſen lieben herren Ewer wayſhait mitrattgeb vnd Bruger Sigmund Goſſenbrot hatt vor zeiten mer malen mit mir gereth von diſer künigklichen ſtatt herkomen vnd darbey gefragt was wir von dyſer ſtat geſamelter matery in latein hätten vnd ob ich wäſst mer denn die kurtze materie die er auch wol geleſen hätt Dar auſs mir etwas vrſach gegeben ward Das ich ym etwas öffenbar macht das ich etwen lang in mit behaltten hett wann dar vor als ich

x) In Annalibus Auguſtanis, quorum Autographon noſtra poſſidet Bibliotheca.
y) Vorbericht von Script Auguſt. T. I.
z) Script. Rer. Germ. in Edit Struuii. T. III.
a) Bibl. Auguſt. Alphab. III. p. 104. et ſeq.

an vieng alt hyſtorien zeleſen vnd auch haidniſch mayſter bücher die vor criſti gepurd gemacht ſind Da fleiſs ich mich zu mercken was ich in den ſelben büchern vnd hyſtorien leſen was von dyſer ſtat da leget ich zaychen ich mercket es auch offt auff zädel Nun als ich erd pfand das der obgemält Sigmund Goſſenbrot von mir ainſiklichen begeret vnd ynbrünſtiglich darzu genaigt was Da vnder richt ych yn etwas geſchechner ding vnd beweiſst vnd zaigt im das yn altten d haydniſchen mayſtern büchern Da patt er mich mit fleyſs ainſiklich ſollich materyen zuſamlen in ain buch Das trib er ſo lang mit mir piſs ich ym ſollich verhieſs Alzo vieng ich an mit groſſer täglicher arbait vnd wachen vnd überlaſ gar vngläblich vil bücher vnd ſamlett dar auſs das mir dienet als die pyn das zimlich ir arbait ſauget auſs den plumen die ſüſſen füchtigkait Dar zwiſchen verſaumet ich dannocht nicht an der meinen täglichen ſchuldigen vnd aufgelegten arbait nach meines ordens vnd cloſters ordnung Doch ſo haun ich darbey wol entpfunden das mir von zevil beſchwärung vnd auffgelegtter burdin meiner natur vermügen mein geſicht auch mein gedächtnuſs merklich gekrenkt worden ſind des ich zemal nicht geacht ſunder volenden woltt das ich angeuangen hett darzu mich der obgemältt mein guter fraind mit ſtewrt mit ämſigen vermanen vnd etlicher notturfftiger hilff. Als ich nun ew zehan Da mocht der obgenant Goſſenbrott niemant vinden der ſich der matery vnder wunde von latin in tütſch zepringen Darumb er mich wider ermant vnd patt das ich mich der matery zetütſchen vnderwinden wölt nach dem vnd ſy mir kundig wär vnd etlich haydniſch ſwär ſprich lüchtiklicher in verſtäntlich tütſch pringen möcht denn ainander Alſo wie wol es mich ſwär beduckt ze uolbringen nach dem vnd ich yn tütſch nit ſunder mer in latin geübt ſyn ſo wolt ich doch mein krefft nicht ſparen ſunder nach meiner vermüglichait die ainem gemeinem nutz mittaylen vnd haun alſo dyſe hyſtory die ich vor in latein gemacht hab ze tütſch pracht ewer fürſichtigkait ze geuallen vnd dyſer künigklichen ſtat zu ainer ewigen ere vnd gedächtnuſs vnd zu ainem gemainen nutz Dann aun zweyfel dar ynn manigerlay gefunden wirtt das zu vnſern zeyten an das liecht nit pracht iſt worden Darum fürſichtigen weyſen lieben herren burgermaiſter vnd alle Rattgeben hatt mich bedeucht pillich ſein ſollichs inn ewer kantnuſs zepringen Zu dem erſten darum das ir wiſst war amb ir pillich den vorgang habt gar nach vor allen ſtetten in tütſchen landen auch das ewer weyſhait wol zimpt allzeit gemainen nuts zufirdern vnd Er vnd lob diſer Stat begeren Darumb bit ich ewer weiſshait diemütiklich ir wollend diſe matery von mir Ewern Capplan gütiglich aufnemen die da beſchriben iſt in diſem buch mit Hilf vnd ſtewr ewrs offtgemellten mitgeſöllen vnd ratgeben Sigmund Goſſenbrot vnd wollend die pringen in ewer mitburger erkantnuſs das ſolliche hochwirtikait und allt herkomen diſer ewer ſtatt nicht mer hinfür als bis her geſchechen iſt verdruckt und vnerkant beleib Ich han auch die matereyen ditz buchs getaylt in vier tayl Das erſt tayl von dem gemain ruff der Teutſchen reyn die by kurzen Iaren gemacht worden ſind ob Augſpurg von Troyern ſey gepawen worden oder nicht Das ander tayl ſagt wie vnd wenn vnd von wem ſi gepawen ſey vnd was hie vnd in diſen landen beſchechen ſey bis vff Octauians zeit Das drit ſagt wie ſi die Römer bezwungen haben vnd was ſchadens ſy hie empfangen vnd von allen Kaiſern bis vff den groſſen Conſtantinum vnd diſer dreyer tayl hat yedlichs zehen Cappitel Das vierd tayl ſagt wie criſtenlicher Gelaub hie hab angefangen vnd von allen hailigen die hie ligen vnd von allem dem das bis vff vnſer Zeit beſchehen iſt Ich bin auch aun langen ich etwenn nicht als vil geſetzt als ich wol gewiſt vnd mir zu ſynn geweſen wär wann ich ain gaiſtlich man bin vnd ob ich yemands erzürnet ſo dörſt ich mich gen yemand weren darmit ich meine wort beſtäten vnd wär machen möcht auch ſo hätt ich nit Schirmung noch Ruggens des ich ſorg ſo vil vnd not wär auch iſt noch gar vil das mir nicht zu handen komen mocht auch zemal

nit beſchriben worden iſt Nachdem hie wenig hyſtory Schreiber geweſen als noch wenig ſind mit faſt lützel beſcheher ding hie zu land beſchriben worden ſind Darumb aller fürſichſten hern vnd gebietter bitt ich ewer weiſshait ir wöllt fürbas nicht verſaumen beſchechne g zemercken wann als Tullius der Römer oberſter Rautgeb ſpricht durch die beſchechen g wirt man vnderricht was man in künfftig zeit handeln ſöl beſchäch ſollechs an zaichen latein vnd wird etwen in lyberey gelegt So möcht man es vber lang vergeſſen zeit finden h ſo enpfilch ich mich Ewern armen Capplan diemütiklich mit ernſt in ewern ſchirm vnd fürnuſs wann möcht ich etwas mer getun das diſer ſtat die mich erzogen hatt eer vnd lob ret darinn wollt ich weder leib noch krefft ſparen der allmechtig gott beſchirm euch vnd r ſtatt vor aller widerwärtikait in ewig zeit als ich trewlich beger in meinem armen gebett ben nach iheſu Chriſti vnnſers lieben hern gepurt tauſend vierhundert vnd ſiben vnd fünff iar in Rautſtuben an dem vierden tag des ſelben Iars.

Dedicationem excipiunt capitulorum ſummaria. In primae partis fronte legitur: *e hept ſich an ain vorred der nachgehenden hyſtori die da ſagen iſt von der künigklichen t Augſpurg.* Tres priores partes cum latino exemplari omnino conueniunt; in quarta tem parte ab illo deflexit Autor. Quippe in praeſenti tantum in ſexdecim capitula arta diuiſa eſt pars; in illo vero in nouemdecim. In latino praemittitur prologus, in c prologus primum occupat capitulum. Quae in decimo ſeptimo, et decimo octauo ini exemplaris capitulis enarrauit, in praeſenti omnia, praeter Epiſcoporum et Abbam noſtrorum ſeriem, ſilentio ſuppreſſit. Ob id autem in vltimi capituli fine ſequentis ſeſe excuſat:

Auch ſol air yedlicher der dyſe hyſtory liſst wiſſen das von der zeit Kaiſer ludwigs vnd ertzogen in Bairen gar vil träffelicher ſach zu Augſpung ſend beſchehen vnd ſy uil trübſal an geuallen vnd auch uil groſſer treffelicher werck ſind hye beſchehen die ich in der lateiſchen hyſtory etwas gar vaſt gemet haun Aber in tütſch will ich es vnder wegen laun von eyerlay ſach wegen zu dem erſten das ich hye uil buch haun geſehen darinn es beſchriben zu dem andern darumb das uil ſind die es gedenkent vnd es wol ſagen möchten zum dritn darumb das die es geſchriben haund vaſt ungeleich ſchribent vnd auch die es gedenkent gelich ſagent wann ain yeglicher geſetzet hatt nach ſeiner gunſt Nun ſo auch uil layen d die gar liicht ain ding uerwerffent wann ſy ain klainer urſach vinden das ich von den lertten nicht beſorg wann ſy wol wiſſent das wir menſchen ſeyen vnd ich auch alles das ich e geſagt haun von lateiniſchen büchern genomen hab ſo gedult ich nit gern das ſy mir darn uil tragen ſolten wann ich villücht als uil geleſen haun als ſy auch ſo müſs ich beſorgen ir werd von etlich die dyſe materi abſchreibent meine wort uerendert oder dazwiſchen getzt das ich vſs uerdauchten ſynn het laſſen uallen vnd dar durch uermerckt als ain vnwarаſtiger vnd das ganz buch deſter ſneder gehaltten wurd darumb ſo lauſs ichs gnug ſein das h es in latein gemacht haun vnd gar uil ſtuck berürt vnd will hye auff heren zeſagen vnd n wenig nach ſo uil arbait rwen.

Operis etiam concluſio ad *Sigismundum Goſſenbrot* directa prioris operis concluſioni aud conſonat. Breuis eſt et lectu haud indigna indicanda. Itaque, lector erudite, integram tibi exſcriptam ſiſto.

Nym war aller liebſter aller weyſeſter here vnd gebütter Sigismunde ich haun dyſes uch durch dein gebett an geuangen vnd ſtettigs ermanen geendet Vergich das ich in ſo uil zſamen tragen wol ze zeitten mag geirret haben Auch ſo han ich ze zeitten etlich ſach nicht ls gar gemeldet als ich woll hett ton mügen wann ich nit etwann gern die menſchen wider

 mich

mich erzürnen wollten Nun ſo opffer vnd ſchenck ich dir dyſe matery vnd Cronick di leſen magſt wann dich das das höher iſt geſettiget hatt vnd ſo ich dir zu lieb die in latein zu dem erſten gemacht ſo wollteſt du auch das ichs andern vnſern günnern ſy in tütſch pra das auch gar vil arbait hat genomen vor uſs an mir wann ich ſunſt als du wol wiſſent mit arbait überladen pin darumb ſo entphach es güttiklichen vnd tail es mit dienen die es gen vns erkennen vnd lauſs alzit mich dir beuolhen ſein des glichen ich inn meinen ge gebet alzit will gar williklichen ton Got der here ſpare vns alle in ſeinen genauden ge Amen.

His legitur ſubiectum rubro colore ſubſcriptum:

Hye endet ſich die Cronik der Augſpurger Gemacht vod zeſamen tragen von dem g lichen vnd vaſt gelertten herren vnd Conuentual des Cloſters Sant Vlrich vnd Afre Sigism do Müſterlin in dem iar da man zalt nach Criſti vnſers herren geburd 1456. *Iare.*

Chronographiae memoratae adiectum habetur breue Auguſtanum chronicon in iſtam pedeſtri ſermone ſcriptum, et nouem foliis contentum. Conſtat octo capitulis. cipit Autor a Troianis, ſuamque enarrationem vsque ad S, *Afrae* conuerſionem perdu In poeſeos theodiſcae antiquae Amatorum, ac indagatorum gratiam in *Adpendice N. XX* integrum exſcribere volui.

IX.

Chronographia Auguſtana eiusdem Autoris in lingua vulgari. fol. Codex Cartheaceus.

Hic codex 113. foliis contentus, eleganti theodiſco charactere ſcriptus eſt. Ini les literae deauratae aut diuerſis coloribus diſtinctae opus haud parum exornant. T li rubro colore ſunt exarati. Inſcriptiones veterum capitalibus literis ſcriptae con ciuntur. Diſtinctionis ſignum nullum adparet. Ordo idem, qui in praecedente, et in obſeruatur. Praemittuntur enim operis inſcriptio, quae absque titulo incipit, et cap lorum ſummaria. Operis concluſioni ſequens datum eſt adiectum: *Datum Nach Criſti ſers lieben herren gepurt tauſend vierhundert vnd ſechs vnd fünffzig Iar an dem letz Sunntag deſſelben Iars.*

1457.

X.

Eiusdem Chronographia Auguſtana in lingua vulgari. II. Cata gus Epiſcoporum Auguſtanorum. III. Chronicon breue A guſtanum in lingua vulgari. c. figg. in 4. Codex Cartheace

Chronographia 261. foliis contenta, elegantibus admodum ac luculentis charact bus theodiſcis nitidiſſime ſcripta eſt. Prima initialis litera eſt deaurata, ac diuerſis fl ris exornata, reliquae vero variis coloribus exaratae. Diſtinctionis ſignum nullum ob uatu

tur. Tituli rubro colore ſunt ſcripti. Cuilibet capitulo figura ad illius textum adlu-
ns, ſed pro iſtius ſeculi genio ſimpliciſſime excogitata, et depicta, eſt praefixa:

In praeſenti codice epiſtola dedicatoria ad Senatum Auguſtanum eſt omiſſa. Incipit capitulorum ſummariis, in quorum fine ſequens eſt notitia adiecta: *Darnach ein be-ſlieſsung diſer materi iſt gemacht wordenn vonn herrn Sigmund Maiſterlin Conuen'ual des tzhauſs zu ſant Vlrich vnnd am erſtenn geſchriben vonn Bruder Hainrich Pittinger Con-ntuall die baide ſeind beſchehenn durch gepet des weiſen mans Sigmund Goſſenbrot Burger Augſpurg Nach Criſti gepurt tauſſendt vier hundert vnnd im ſiben funfftzigiſten Iar am m erſten monat des ſelben Iars.* Quemnam vero horum trium codicum, an vero alium, t forſan dedicationis ſolum exemplar, ſcripſerit ille celeber iſtius ſeculi Caligraphus, ac uminiſta, haud exploratum habeo. Ordo in praeſenti, qui in prioribus, obſeruatur. In e ſequentes leguntur verſus literis maiuſculis ſcripti:

O Criſti dir ſey lob vnd er
In der küniglichen ſtatt Augſpurg vil her
Die do ligt in dem rieſs
Vnd gott in nötten nie verlieſs
Vnd iſt geſtanden MLVIIII iar
Vor Criſtus geburt das iſt war
Vnder Octauianus
Kam die ſtatt an das reich alſus.

II. Catalogus Epiſcoporum Auguſtanorum quatuordecim conſtat foliis. In qualibet gina duo Epiſcopi in veſtibus pontificalibus cum eorum inſigniis ſimplici modo depicti nſpiciuntur. Infra literis maiuſculis ac pinguibus theodiſce annus electionis, et quot nis quilibet praefuerit, eſt deſcriptum. Initium ſumit a S. *Dionyſio*, et vsque ad *Fri-ricum* de *Zolleren*, qui ad ſeculi decimi quinti finem Eccleſiae Auguſtanae gubernacu-tenuit, progreditur. Integer hic catalogus in *Adpendice N. XXV.* legi poterit.

III. Chronicon breue admodum Auguſtanum foliis 74. comprehenſum, ab anno 1368. o regimen ad tribunos deuenit, incipit, et anno 1396. terminatur. Scriptum eſt idio-te theodiſco, maiuſculis, ac pinguioribus characteribus theodiſcis. Nullum occurrit di-nctionis ſignum.

Prima pagina figuram, populum armatum ante curiam congregatum repraeſentantem, hibet. Folio ſecundo chronicon absque inſcriptione initium his verbis ſumit: *Anno do-ni* 1368. *Iar am nächſten montag nach Symonis vnd Iude do kam ain groſs volck gewap-t auff den perlach vnd ſprachen ſy wolten ain zunft haben vnd wolten die haben mit gu-frid* &c.

Anno 1464. Epiſcopus ab *Eberhardo* de *Weinberg* Mindelhemii occiſus eſt.

Anno 1371. Auguſtenſes plures in Bauaria pagos igne deuaſtarunt.

1373. omnium rerum vectigal conſtitutum eſt. Caeſar *Carolus* ab imperii vrbibus tri-tum poſtulauit. Auguſta 37000. et Iudaei 10000. florenorum millia ſoluere. Duo comites de *ötlingen* quamdam occuparunt vrbem, ſed capti et cum ſuis occiſi ſunt. *Carolus* Im-rator in Franconia publicam reſtituit pacem. Iudaei Auguſtenſes Imperatorem infen-m ſibi reddiderunt. Diſſidia inter Imperatorem et Bauaros. Auguſtenſes legationem tributum a Caeſare poſtulatum Kirchemium miſerunt. *Conradus* de *Freyberg* infenſiſ-mus Auguſtenſium hoſtis obiit. *Burchardus* de *Ellerbach* Epiſcopus fuit electus. Legati uguſtenſes nongentos conſumſere florenos.

Anno

Anno 1374. vectigal vinarium fuit inſtitutum. Legatus Summi Pontificis Auguſtam venit. Auguſtenſes ei, qui *Jacobum Pittrich* viuum ſexcentos ſupra mille, qui autem mortuum deferret, mille florenos numerari decreuere. Vix non eamdem ſtatuerunt pecuniam qui quemdam, *Wauler* nomine, et *Stephanum Eglinger* aut caperet, aut occideret. Mediante Patriarcha Aquileienſi Bauaros inter et Auguſtenſes pax compoſita eſt. Iuramentum fidelitatis ab Auguſtenſibus Imperatori praeſtitum. Eclipſis lunaris fuit obſeruata. *Jacobus Pittrich* quatuor occidit viros. Auguſtenſes a Iudaeis decem millia florenorum extorſere, Caeſarique transmiſere. Frumenti pretium.

Anno 1375. *Wilhelmus Wauler* a *Joanne Rem* et *Joanne Dietrich* captus eſt. Multae ferae in ſyluis interfectae inuentae fuerunt. Milites quidam Alſatiam inuaſere, ea re licta prope Argouiam Parthenonem Prünn dictam obſedere, ſed a Swizenſibus repulſi, e ex parte interfecti fuerunt.

Anno 1376. *Wenceslaus Caroli* Caeſaris filius Francofordiae Romanorum Rex fui electus, et Aquisgrani coronatus. Ante S. *Stephani b*) portam foſſa haud absque ciuium murmure ducta fuit. Auguſtenſes nouo Romanorum Regi fidelitatis iuramentum prae ſtiterunt, et priuilegiorum confirmationem obtinuerunt. *Hartmannus Onſorg* vnacum fa milia ſua exilio multatus eſt. Quaedam imperiales vrbes fidelitatis iuramentum Roma norum Regi praeſtare renuerunt. Earum itaque reſiſtentiam Caeſar armis caſtigauit.

Anno 1377. ciuitas Vlmenſis a Duce de *Teck*, Epiſcopo Euſtettenſi, et Bauaris &c oppugnatur.

1378. belli continuatio. Nomina nobilium apud Reutlingam occiſorum Pax inte ciuitates et Wirtenbergenſes in comitiis Norimbergenſibus reſtituta. Foedus inter Au ſtriae Duces et 89. ciuitates. Rottenburgum ad Tauberum impugnatur. Vlmenſes ag greſſi ſunt Wirtenbergenſes, earumque vicos incenderunt. *Caroli* Imperatoris Pragae obitu Funeris pompa fuſius deſcribitur.

1379. Auguſtae ob morbum contagioſum proceſſio inſtituebatur. Ciuis Hallenſis a Ho henlohenſibus fuit interfectus, ob quod iſti Hallenſibus 1000. libras hallerorum pro qu dam ſatisfactione ſoluerunt. Auguſtenſes confoederatis vrbibus ſe adiunxerunt. Confo deratorum bellum. Bellum in Regem Hungarorum, Patriarcham Aquileienſem, Genuen ſes, Paduanos, et Venetos.

1380. Francofordiae *Wenceslaus* Romanorum Rex confirmatur. Auguſtae ob lue graſſantem proceſſio ſolemnis celebrabatur. Quidam Auguſtenſes Equitem de Weichs ca tiuum tenuerunt, quod *Stephanus* Bauariae Dux aegerrime tulit.

1381. Auguſtae quidam Haereſeos rei concremati ſunt. Iudaei capti 5000. floren ſoluere coacti. Auguſtenſes cum reliquis confoederatis Rhaetiam et Franconiam inuaſer ac igne et enſe magnam intulere vaſtationem. Epiſcopo et Capitulo proprias domus deu ſtarunt Auguſtenſes, clerusque ciuium onera ſuſtinere coactus eſt. Auguſtenſes et Vlmenſ diuerſos incenderunt pagos. Cleri, qui vrbem reliquit, bona Auguſtenſes ſibi attribu runt. Biberbach et Oberndorff igne depopulabantur. *Burchardus* Epiſcopus decem deu ſtauit vicos. Pax inter nobiles et ciuitates.

1383. Bellum Burggenſes inter et Gandauenſes, *Carolum* Ducem Neapolitanum i ter et quemdam Ducem de Auſey.

1384.

b) Illuſt. a Stetten. *Streſſinger* Thom.

1384. Foedus inter Caeſarem, Principes et urbes. Iudaei in quibusdam ciuitatibus terfecti, Auguſtae 22000. florenis ſuam obtinuere libertatem. Duces Bauariae inter et lonacenſes diſſidia exorta.

1388. Confoederatae ciuitates Auguſtae conuenere, et Bauaros armis inuaſere. Auguſtenſium et Bauarorum deuaſtationes. *Burchardus* Epiſcopus Auguſtenſium bona ex Itaa adueċta cum Bauaris diuidit. Auguſtenſes vero monetariam domum aliasque ad eum ertinentes, et Decani habitationem deuaſtarunt. Confoederati Wirtenbergiam inuaſerunt. omes Wirtenbergenſis cum aliis nobilibus contra illos arma ſumſit, et in bello interiit. atisbonenſes inter et Bauaros bellum. Aliarum ciuitatum bella.

1390. Auguſtae macellum extruitur. *Wenceslai* Imperatoris conſtitutio nummorum rationem a Iudaeis faciendam reſpiciens.

1392. Elector Moguntinus Mercatorum Auguſtanorum merces a quodam Deputato aeſareo Piſselhemii detentas vsque Dinkelſpühlam transportari fecit. *Stephanus* Bauariae ux a Papa iubilaeum Monachii celebrandi gratiam obtinuit.

1393. Haereſeos rei Auguſtae a quodam Sacerdote, qui publice ſuos habuit ſermones, detecti, poenitentia ducti ſignati, aut haereſi inhaerentes igne puniti ſunt.

1394. *Wenceslaus* Romanorum Imperator cuſtodiae traditus, et iterum libertate donatus fuit.

1395. Foedus inter Bauariae Duces, Epiſcopum, et Auguſtam initum. Diſſidia inr *Jacobum Pitrich*, et *Hartmannum Onſörg*, quae multarum caedium, deuaſtationum, depraedationum origo erant, fuſius deſcripta.

Denariorum Ratisbonenſium exiguus valor. Auguſtanorum ob id conſtitutio. Augunſes ob *Wilhelmum Fronsberger* a Caeſare proſcripti.

1397. Inter tribus ob vectigal Auguſtae periculoſa ſunt exorta diſſidia.

Hoc itaque anno praeſens abſoluitur. In fine legitur: *Et ſic eſt finis. Anno domini* 180. *Iahr ward das püchlin geſchriben.*

Verſionis Chronographiae Auguſtanae, rogatu *Sigismundi Goſſenbrot*, a *Meyſterlinio* anni 1456. finem perfectae, et ſequentis initio Senatui Auguſtano oblatae mentionem cere *Bernardus Betzius d)*, qui, errore ductus, chronicon inter Piſtorianos Scriptores iſtens, germanice verſum ait: Ill. *Paulus a Stetten e)* Hiſtoria literaria Ord. S. Bened. *f)* . *Veithius g)* qui ita de eadem diſſerit „ differt chronographia germanica a latina in eo; quod haec quantum ad poſteriora tempora attinet, illa plenior ſit.“ Cur autem Autor aedam in verſione ſilentio praeterieit, ipſe in vltimi capituli fine rationem, ſupra ream, reddidit.

Prelo excuſa iſta verſio Auguſtae ex *Melchioris Ramingeri* officina, figuris ligno exis in folio anno 1522. in lucem prodiit, aſt non integra: Octo enim priora libri prii capita omiſſa ſunt; in ſecundo ſextum deſideratur: in quarto capitula de S. *Afra* et *Vdalrico* abbreuiata habentur. Operis concluſio omnino diuerſa obſeruatur. Extat exnplar impreſſum in noſtra Bibliotheca *h)*.

XI.

d) *Diſſertat. iſagog.* ad T. I. Anecd. nouiſs. Theſ. p. XXXI.
e) Im Vorbericht von Scriptor. Aug. T. I.
f) T. I. p. 564. et T. IV. p. 438.
g) Biblioth. Auguſt. Alphab. III. p. 106.
h) Cl. *Zapfius* in Augsburgs Buchdrucker-Geſchichte. II. Th. p. 152.

XI.

Sigismundi Meyſterlin Chronographia in compendium redacta Theodiſce. Accedit ſacrarum reliquiarum deſcriptio: in 4. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Hic, theodiſcis literis elegantibus ſcriptus, 94. foliis conſtat. Initiales literae et ca-pitulorum tituli rubro colore ſunt ſcripti. Opus in duas eſt diuiſum partes; prima duo-decim, ſecunda ſexdecim comprehendit capitula. In fronte operis legitur: *Hie hept ſi an ain vſzug von der Cronic über die ſtatt Augſpurg. Von der ſindtfluſs und wie die wel getailt iſt das erſt Capitel. Die hailig gottlich geſchrifft ſagt das der almechtig ewig got ha abgetilget die ſynd der böſen welt durch das waſſer.*

Cap. II. *Wie die Menſchen zu dem erſten hie zu Augſpurg gewont hand und wie di ſchwaben die ſtat gepawt hand.*

III. *Wie die menſchen an viengen zukriegen in der welt und von dem Urſprung der fraw genant Amaſones die die Augſpurger zum erſten beſtritten hand.*

IV. *Von dem ſtreitten der frawen Amazones und wie ſy ſchwaben land beſtritten ha und die ſtat vindelica daſs iſt Augſpurg.*

V. *Von der Schwaben lob ſterck und keckhait.*

VI. *Wie groſs ſtreit Iulius der erſt Kayſer hab gehept in ſchwaben land und von di Vindelica.*

VII. *Von dem Kayſer Octauiano und von den zwen fürſten Ennio und Auar die di Kayſer ſchicket wider diſe ſtat Augſpurg.*

VIII. *Wie ſich die burger hielten als die römer vor der ſtat lagen und wie in die ſchw ben ze hilff koment und wie Auar erſchlagen ward.*

IX. *Wie die burger auſs der ſtat zogen und Habinus und Kaggus erſchlagen wurd auch wie die legion umkoment.*

X. *Wie Tiberius und Druſus die zwen prüder geſandt wurden wider vindelicam u wie vindelica untertanig iſt worden dem römiſchen reich.*

XI. *Wie die abgötterey ain urſprung hab gehept und wie die zu Vindelica die Gött Ciza habent angebet und wenn ir tag geweſen iſt.*

XII. *Wie der Kunig Lucius iſt bekert worden und wie er ſein kunigkreich verlieſs u zu Augſpurg den criſtlichen gelauben zu dem erſtenmal prediget hat.*

Secundae partis tituli capitulorum, ex quarto Chronographiae libro excerptorum ſunt ſequentes.

I. *Hie hept an das ander tail des buchs und ſagt von ſant Affra leben zum erſten w ſy von Cippern gen rom und von rom gen Augſpurg iſt kumen.*

II. *Von der zukunft des hailigen ſant Narciſſen her gen Augſpurg zu ſant Affra.*

III. *Von ſant Affra bekerung und des böſen gaiſts vertreibung.*

IV. *Wie ſant Affra gemartert worden mit irer geſellſchaft.*

V. *Von den andern hailigen und biſchoffen diſer ſtatt und wie die criſten menſchen v der glab zuhabgenomen.*

V

VI. *Wie der römiſch gewalt ſey in diſe land komen vnd von dem wietrich Attila vnd e er ſant Affren kirchen verprent hatt auch von ſant Bonifacio vnd was zu der ſelben zeit ſchechen iſt.*

VII. *Von dem groſen Karolus vnd ſant Simpert vnd von ander hailigen biſchoffen zu ugſpurg auch von andern ſachen.*

VIII. *Von ſant Vlrichs leben vnd ſeiner hailikait kürzlich berürt.*

IX. *Wie die Vnger gen Augſpurg komen vnd wie ſy durch ſant Vlrichs verdienen vnd nonung Kayſer otto auf dem lechfeld erſchlug.*

X. *Von den biſchoffen die nach ſant Vlrichs tod ſend geweſen vnd von Kayſer Hainh auch von ſeinem pruder Bruno der ſant Maurizen kirchen hatt gepauen.*

XI. *Wie das Hailtum zu Augſpurg ward gefunden vnd von dem biſchoff embrico vnd ſifrido vnd wie vorſtatt ward verprent vnd auch Augſpurg mit falſchen ſchlüſſeln übergeben.*

XII. *Wie Augſpurg durch verratten wider ward übergeben vnd wie ettliche ding mit den choffen ſend beſchechen, auch von den apten zu ſant Vlrich.*

XIII. *Wie das verleichen der biſtumen ſey kumen auſs der Kayſer gewalt.*

XIV. *Von ettlichen Kaiſern vnd biſchoffen vnd wie ſant Vlrich erhept iſt vnd andern ſchechen dingen zu den ſelben zeit.*

XV. *Von Kaiſer Hainrich vnd Kayſer Philipp vnd Fridrich vnd von ettlichen biſchoffen d appten zu ſant Vlrich.*

Hoc capitulo Chronographia terminatur, quae ſequutur, illa iam finita, conſcripta it, et quidem ſub Abbate *Melchiore Stamham.*

XVI. *Zu welcher zeit die reformation in dem Gotzhauſs ſant Vlrichs angefangen ſey d darnach die kirch abegeprochen vnd widerumb angehept ſey zepawen.*

Deinde ſermo de inuentione Sacrorum corporum SS. *Dionyſii* et *Quiriaci*, aliorumque, de nouae eccleſiae anno 1464. feſto SS. *Petri* et *Pauli* terribili ſubuerſione per turbim facta, de ſignificatione Sacrarum reliquiarum in noſtra eccleſia adſeruatarum, aecipue SS. *Vdalrici*, *Afrae* et *Simperti*, ac tandem de indulgentiis, et SS. *Vdalrici* *Afrae* fraternitate diſſeritur.

Sequitur chronicon Auguſtanum pedeſtri ſermone compoſitum, et ſeculo XVI. ſcripn N. VIII. iam recenſitum, et hoc quaedam aduerſaria, Auguſtanam hiſtoriam recientia.

Quis noſtrorum huius compendii ſit collector, quis illud auxerit, quis deſcripſerit, ad exploratum habetur. Prima illius pars ex tribus prioribus Chronographiae Meyrlinianae libris, et primo quarti capitulo deſumta, ſecunda vero ex quarto vixnon de rbo ad verbum exſcripta eſt.

XII.

S. Simperti Epiſcopi vita ab Adilberto Priore ſcripta. II. Eiusde
breuis hiſtoria. III. Acta ſecundae inuentionis, et translationi
IV. Statuta regularia pro monaſterio Murbacenſi. V. S. Sin
perti Genealogia. VI. Eiusdem Miracula ab an. 1465 - 147
VII. Carmen de eiusdem Canonizatione, inuentione et tran
latione; item de eius vita &c. VIII. Liber de eiusdem mir
culis ab an. 1488. vsque 1495. IX. Petri Epiſcopi literae ſu
per S. Simperti canonizatione &c. X. Hiſtoria S. Narciſſ
XI. Quaedam de S. Vdalrico. XII. Monumentum de alta
S. M. Magdalenae. XIII. Legenda S. Apoloniae in lingua vul
gari. in fol. Codex Cartheaceus.

Quae de S. *Simperto* in praeſenti codice ſcripta habentur, 70. foliis conſtant. Cha
racteres longiuſculi, admodum pingues, et venuſti ſunt. Initiales literae miniatori relic
tae deſiderantur. Diſtinctionis ſignum nullum aliud reperitur niſi punctum, et hoc rar
admodum.

Primum obtinet locum S. *Simperti* Epiſcopi Auguſtani vita, ab *Adilberto* noſtri A
ſceterii Priore ex voto, vt ipſe in prologo teſtatur, pro obtenta eius interceſſione san
tate, ſcripta. In huius fronte legitur: *Incipit prefacio In vitam Sancti Simperti Epiſcop*
Iſtam ob ſuam eruditionem integram exſcribam.

Quia vtile et neceſſarium eſt vt in exordio et capite cuiusque libri prefacio ponatur pe
quam futuri operis materia intentio ſcribentis vtilitas legentis ſiue qualitas indicetur. Vnd
circa principium huius libri hac de cauſa Autor neceſſario debet preponi vt lectores ſciant. cuiu
dictis fidem adhibere debeant. Ego itaque Adilbertus prior Auguſtenſis Cenobii ordinis di
Benedicti. quondam paruulorum pedagogus voui et propoſui. que tandem in ſenectute compl
coadunare et conſcribere videlicet aliqua virtutum inſignia confeſſoris Criſti Simperti Augu
ſtenſis Epiſcopi ad hoc inductus et illectus. gracie ſue beneficio mihi ad ſepulchrum illius colla
to in quadam incommoditate corporis. qua laboraui tunc temporis. Quia vero pene omnia il
lius geſta per incuriam et negligenciam tunc viuencium non ſunt ſcripta. pauca tamen que d
eo ſcripta reperi. aut indagando cognoui. hic in vnum coadunando deſcripſi. Ceſſant enim in
terdum a ſanctis fieri miracula. tam pro ſeruitutis diuine negligencia. quam etiam pro incor
rigibili inhabitancium malicia. ceſſant et idcirco. quia cum aliquando per interceſſionem ſancto
rum eueniunt non ſolum laudes vel grates deo debite ſanctisque eius minime referuntur. ſe
nec memorie commendantur. Sed cur ego precipue aliqua requirendo de ſanctitate illius ſu
ſollicitus quam memetipſo miſericorditer ſum expertus. Quis vnquam debilium credulus ad tu
mulum eius deuenit. et non ſanitatem meruit. Ex frequencia itaque et vſu illorum iam di
nulla notantur. nulla publicantur. nulla ſcribuntur. quia ſi quis ea hactenus ſcribere voluiſſe
iam dudum ingens volumen compleſſet Pauca tamen que de eo a veracibus viris ſunt relat
mihi.

ii. hic conſcripſi ne omnimodis ſanctitatem illius tacuiſſe viderer Ex paucis ſi quidem velut multis habundans dei donum poteſt comprehendi quia ſanctitas non tantum in ſignorum nſione commendatur quam etiam in execucione preceptorum dei et vite ac conuerſacionis itate.

Explicit prefacio

Incipit deinde Sancti vita, cuius praecipua capita ſunt: *Simpertus* duodecimus Auſtenſis eccleſiae Epiſcopus, a *Carolo M.* ad eamdem vocatus eſt. Genus e regia ſtirduxit. S. *Afrae* et S. *Magni* eccleſias dirutas reſtaurauit. Multis eccleſiam Augunſem ditare ſtuduit: dioeceſis limites autoritate *Leonis* Papae, et conſenſu Caroli M. iltum dilatauit: eamdem iuxta Apoſtoli doctrinam ſanctiſſime rexit. Obiit trigeſimo ;iminis anno quarto idus Octobris in S. *Afrae* eccleſia ſepultus. S. *Vdalricus* in viſioadmonitus eccleſiam S. *Afrae* ab Vngaris deuaſtatam, extruxit, et S. *Simperti* tumun imbribus expoſitum lignis contexit. Sub *Embricone* Epiſcopo anno 1064. dum ecſia S. *Afrae* conſtructa fuiſſet, eius corpus fuit inuentum, et cum SS. *Nidgario* et *Alberone* in auſtralem partem translatum. Enarrantur deinde per interceſſionem eiusdem ncti patrata miracula, et beneficia obtenta.

Praeſens haec hiſtoria a *Bernardo Bezio* T. II. P. III. *Theſaur. Anecdot. Nouiſſ.* col. ;5. et ſeq. inſerta habetur. Eiusdem etiam Hiſtoria literaria Ord. S. *Benedicti*, et Cl. *eithius* meminere.

Iſtam excipit alia cuiusdam Anonymi hiſtoria de S. *Simperti* vita fuſius priori ſcrip, cuius initium ita ſonat: *Anno a natiuitate domini ſexingenteſimo* — ſexcenteſimo — *otuageſimo tercio vel circa tempora paparum Benedicti ſecundi. Joannis quinti et Senonis imi atque Imperatorum Tiberii et Iuſtiniani. necnon et Epiſcoporum Auguſtenſium ſcilicet ritonis et Seizonis regencium. fuit quidam nomine Priſius dux Lutringenſis. qui ſua ex letima vxore Libina filia regis Trochimi de Hiſpania procreauit ſeptem pueros ſcilicet tres lios et quatuor filias vtpote Guſinum. Verſorium. Gaſtolſum. et Merinam. Buriſellam. Gunedam. ac Hilernam. Ex poſt Verſorius venit in regimen ſui patris. Et cum Formeta filia gis de ciniſoro in vulgari Dennmarck produxit legitime has proles ſcilicet Permoldum. Phaninum. Pepaulinum. Iopeterium. et Irmigardam. Hymeltrudem ac Giſlam. Deinde Dux Ioterius copulauit ſibi filiam Neapolis regis nomine Salominam. Hy inſimul produxerunt leitime filium nomine Amperthum Et hic habebat Simphorinam ſororem Caroli magni Impeatoris in vxorem que ſibi legitime peperit Simberthum &c.*

In hiſtoriae huius fine agitur, quomodo anno 1450. *Petro* Epiſcopo Auguſtano opiulante, eadem ſit a *Nicolao* V. confirmata, ac poteſtas feſtum eiusdem Sancti ſolemni itu in noſtra eccleſia celebrandi ſit conceſſa. Denique de prima ſub *Embricone* Epiſcoo Sancti corporis inuentione paucis diſſeritur.

III. Acta ſecundae inuentionis, et translationis S. *Simperti* a quodam Monacho SanUlricano deſcripta referuntur. Actis inuentionis ſequens eſt inſcriptio praemiſſa: *Incipit refatio ac prologus de ſecundaria corporis ſancti patroni noſtri Epiſcopi Auguſtenſis Simperi inuencione que facta eſt in iſto ſacro loco anno incarnacionis maioris numeri milleſimo quadringenteſimo octogeſimo nono* — legatur, vt ex ſequentibus patet; nonageſimo primo — *lie ſancti Andreae Apoſtoli.* Praefatione finita, *Incipit proceſſus de Sancti Simperti reliquiis uper ſecundarie inuentis.* Ad Sancti oſſa effodienda Abbas *Joannes* de *Giltlingen* quatuor Monachos, et quatuor laicos deſignauit. Iis circa mediam noctis inuentis, et ab Abba totaque congregatione perſpectis, ac veneratis, Abbas S. Sepulchrum a coementariis

iterum claudi iuſſit, clauſumque a X. Cal. Aprilis 1491. vsque ad feſtum S. *Andreae* permanſit, quo omni ſolemnitate praeſentibus *Georgio* Abbate Caeſareenſi, Decano, et quibusdam eccleſiae cathedralis Canonicis accurrente etiam magna plebis copia Sancti ſepulchrum fuit apertum, ſacra oſſa ad S. *Vdalrici* altare deportata, ibique ab Abbate officium de S. *Simperto* decantatum. Completorio finito, illa fuerunt ſolemniter ad Sacriſtiam delata, et ſacrophagum abbatiali ſigillo munitum.

Translationis actis praemittitur prologus; dein enarrantur, quae ab inuentionis tempore vsque ad translationis ſolemnitatem, ſcilicet vsque ad feriam tertiam paſchatis an. 1492. facta fuere, quantaque pompa, praeſentibus Romanorum Rege Maximiliano, imperii Principibus, aliisque nobilibus translatio fuerit celebrata. Subiectum habetur translationis inſtrumentum ab Epiſcopo *Friderico* de *Zollern* confectum.

Bernardus Bezius acta memorata loc. cit. col. 431. et ſeq. typis euulgauit.

IV. Statuta regularia iuſſu Caroli M. a Synodo in Francia, cui S. *Simpertus* interfuit, facta, et per eundem Sanctum Monachis Murbacenſibus verbo et ſcripto manifeſtata, Abbati *Conrado Moerlin* vero in copia vidimata ab illius monaſterii Abbate et capitulo communicata. Capitula autem ſunt ſequentia: I. *Abbates regulam per ſingula diſcutientes relegant, et adimpleant.* II. *Qui poſſunt, regulam memoriter diſcant.* III. *Omnes officium S. Benedicti ſaciant.* IV. *Abbates communes eſſe debeant Monachis in manducando, bibendo, dormiendo, ſeu in ceteris cauſis.* V. *Fratres in coquina, in piſtrino et in ceteris omnia per ſe ſaciant.* VI. *Vigiliae iuxta regulae praeſcriptum obſeruentur.* VII. *A Volatilibus ab omnibus abſtineatur.* VIII. et IX. *De pedum lotione.* X. *Abbates villasfrequenter non circumeant, nec fratribus cuſtodiendas committant.* XI. *Poma et lactucae non comedantur, niſi cum alius cibus ſumatur.* XII. *De Phlebotomia.* XIII. *Mandatum poſt coenam fiat.* XIV. *Mediocria veſtimenta dentur.* XV. *De numero veſtimentorum.* XVI. et XVII. *Fuit nihil additum.* XVIII. *Carcer focum habeat.* XIX. *De Alleluia decantatione.* XX. *De ſuſceptione Nouitiorum.* XXI. *De Balneorum vſu.* XXII. *Abbas ad portam cum hoſpitibus non conuiuet.* XXIII. *Quomodo hoſpites in refectorio miniſtrentur.* Agitur deinde de *prohibitione oſculi foeminarum: ſilentio nocturno et diurno*: de *reuerentia SS. Trinitati exhibenda* &c.

Haec ſtatuta in vetuſta charta in monaſterio Murbacenſi conſeruata per caeſareum Notarium *Wilhelmum* de *Hohenhem* transſcripta, vidimata, abbatisque *Waltheri* de *Wildsberg* ſigillo munita ad nos transmiſſa ſunt. Integra legi poſſunt in *Pezii theſauro nouiſſimo* loc. cit.

V. Genealogia S. *Simperti* ex quadam arbore excerpta ſolummodo maternam reſpicit proſapiam, quae a *Pipino* Francorum Rege originem duxit, et in *Zenobaldo*, eiusque fratribus terminatur. S. *Simpertus* ex *Simphorina Pipini* filia, et *Caroli M.* Sorore natus eſt. Genealogiae adiungitur armorum gentilitium S. *Simperti* proſapiae: nimirum *Lotharingicae*, *Francicae*, et *Sueuicae*, deſcriptio.

VI. Liber Miraculorum S. *Simperti* ab anno 1465 - 1471. Autor librum ſuum in tres diſtribuit diſtinctiones, quarum quaelibet duodecim comprehendit miracula. In fronte eiusdem legitur: *In nomine iheſu ac eius preſulis Simperti incipit prologus in miracula eiusdem ſancti Simperti.* Prologus ad Abbatem San - Vlricanum directus ſequentis eſt tenoris.

Non michi nunc per eloquencie prata ducendus eſt calamus nec laborandum vt tibi optime pater oſtendam variorum pulchritudinem colorum. ſed ſimplici et vt ita dicam tumultuario ſtilo ſanctiſſimi patroni ſimperti ſummarie narranda ſunt miracula vt lector videlicet et rem

habeat

i) Alphab. IV. Bibl. Auguſt. p. 70.

beat et faſtidio non grauetur. Nam cum tot quottidie fiant vt ne dum ſcriptoris proprii cium. ſed etiam notarii requirant. fruſtra laborem abſumerem in texendo vno. Vbi mox ſt aliud eque vrgens. Obmittam igitur aliquando nomina perſonarum locorum ceterasque cumſtancias et quaſi raptim carpens intencionem facti. eum qui de aliis informari cupit ad giorem annotacionem que apud vos eſt transmittens Nam priores loci ſibi id officii ſemper umpſerunt. vt Simperti tui tumbam cure haberent. Sic Adelbero k) hyſtoriam et legendam npilando cum annexis miraculis, ſic hainricus l) eius apud ſedem apoſtolicam per dominum rdinalem m) veneracionem procurauit. ſic tu nunc quoque religioſe ac deuote facis. taceo de teceſſore tuo. qui maximam ſpem in Sancto Simperto repoſitam habuit. dum pro fabrice epcione laboraret. Vetera igitur pro nunc obmittens ſua facta. qualiter videlicet in moſterio Morbacenſi. cui primus Sanctus Pirminius prefuit. ipſe quartus Abbas laudabiliter cerit. ac ex poſt gubernauit. Qualiter Auguſte prelatus fuerit. tamen ea et quidem pauca rrabimus facta que noſtra etate geſta ſunt. et hoc in Criſti nomine incipimus a gracie an- 1465.

Prologum ſequitur duodecim miraculorum enarratio. Cuilibet diſtinctioni ſubieclegitur operis concluſio, quarum vltimam tantum ob ſuam eruditionem excerpam.

Hanc venerabilis pater breuem lucubraciunculam celeri ſtilo lecto decumbens dictaui. vous deſiderio tuo et fratrum ſatisfacere ſed non potui Ecce enim affers ciſtam plenam cartu-. ex quibus verbi dei declamator populo miracula ſancti publicauit Simperti de quibus maior it difficultas eligendi videlicet que dicenda quam electa ſtilo qualiter commendentur Alteriam locum tribuens quod potui hoc feci. et vt noſtri ſtatum mentis mee pro me aliis ſatiscias. Vt qui non ignoſcit ingenio ignoſcat tempori quia dies mali ſunt et amaritudine pleni. ale ergo cum omnibus fratribus felix in domino. et pro me peccatore orare ne ceſſes. Pertrata ſunt hec miracula inter alia excerpta ab anno domini 1465. *vsque ad ſeptuageſimum imum. Sub dominis Pio et Paulo Apoſtolicis. Friderico Imperatore. Domino Petro et Joanne Epiſcopis Auguſtenſis eccleſie. et Venerabili Abbate Melchiore huiusm onaſterii. et prio- Conrado.*

Liber iſte miraculorum typis excuſus in *Bernardi Pezii Theſ. nouiſſ.* loc. cit. col. 381, ſeqq: reperitur.

Libri huius Autor haud iniuria celebratur *Sigismundus Meyſterlin.* Ipſe enim in *Chroico Eccleſiaſtico* et in *indice monaſterii* teſtatur: pauca de miraculis S. *Simperti* ſe memoae tradidiſſe: et duos de iisdem libellos olim compoſuiſſe. Videntur et ſtilus, et ordo undem adfirmare ſententiam. Patet id etiam ex concluſione ſupra relata, ex qua, Autorem in loco ab Auguſta diſſito eumdem ſcripſiſſe, clareſcere videtur. Aſt nullus alius atrum praeter *Sigismundum* in alieno loco, iuſſu Abbatum, quaedam ſcripſiſſe conſtat. l. *Veithius* mihi adſentiri videtur o). Adfirmaſſet etiam *Pezius*, niſi libri diſtributio in iſtinctiones obſtitiſſet.

VII. Carmen de S. *Simperti* canonizatione, inuentione, et translatione eſt elegiacum; lud autem de eius vita ſaphicum, compoſitum anno 1497. Haec excipit elegiaca ad undem Sanctum oratio, anno 1494. ſcripta.

VIII.

k) *Adilbertus* Prior, de quo ſupra.
l) *Joannes Hohenſteiner* Abbas, vt mihi videtur.
m) Petrum de Schaumburg.

VIII. Liber Miraculorum S. *Simperti* ab anno 1488-1495. ab Anonymo San-Vlricano, hortantibus *Sigismundo* et *Conrado Moerlin*, conſcriptus fuit. Praemittitur prologus pedeſtri ſermone ſcriptus, qui ſequitur:

Si miracula voles Simperti noſcere ſancti
Qui preſul clarus rethica in vrbe fuit
Scilicet Auguſte geſtando corpore curas
Pro grege commiſſo nocte dieque vigil
Iſta legas que quamuis ſimplicibus modo verbis
Eſt animi motus commemorare mei
Cum quibus omnipotens genitor virtute ſuperna
Conſueuit ſanctum mirificare ſuum
Attamen vt nihil intexam de ſlamine falſi
Voce ſoluta eadem nolo referre tibi
Nolo tamen credas me nunc deſcribere cuncta
Talis quando labor poſſe meum ſuperat
Imo ſuperuacuum poſuiſſe foret. quod in Afre
Sancte cenobio bibliotheca docet
Hic ita libatis craſſa tenuique minerua
Sigismunde volo moriger eſſe tibi
Multo nempe tuis ſatagam molimine votis
Implendis valeat qualiter eſſe locus
Tametſi tremat ingenii exiguiſſima virtus
Que nullo (ceu noſti) micat eloquio
Vnde minus proprie ſi quando loquar veniam des
Frater ſed ſcripta primitus aure nota
Nam tua virtus quin mihi permanifeſta fides hunc
Sponte laborem me faxit obire grauem
Fert animus etiam Conrado parere priori
Mörlin qui mihi deuinctus amore fuit
Cuius honor meritus et phama perennis in horas
Creſcit et is nec delibile nomen habet
Propterea (quamuis valde ſim viribus impar
Queſibet attento patre iubente meo
Nam quia veſtra niſi frater nunc iuſſa ſuceſſam
Nominor impoſtor veridicusque parum
Hinc opus aggredior rogitans incepta ſecundes
Pneuma deus mihi ſanctum tribuendo tuum.

Prologum elegiacum mox ſequitur miraculorum centum et vndequinquaginta narratio, in cuius fine legitur: *Vnde benedictus Deus qui eſt mirabilis in Sanctis ſuis.* 1495.

Bernardus Bezius praefatum miraculorum librum in *Theſ. Anecd. Nouiſſ.* loc. cit. col. 399. et ſeq. inſertum exhibet. Iſti ſermo de S. *Simperto* ſubiectus habetur.

IX. *Petri* Epiſcopi Auguſtani literae, quibus S. *Simperti* canonizationem fidelibus ſignificat, eiusdem feſtum omni ſolemnitate celebrare inſtituit, et fidelibus eiusdam capel-

lam

lam viſitantibus, aut ad diuinum cultum aliquid tribuentibus centum dierum indulgentias concedit. Inſertae habentur in *Adpendice N. XXVI.*

X. Hiſtoria S. *Narciſſi* Epiſcopi Gerundenſis, et Apoſtoli Auguſtani diuerſo a priori charactere ſed nitido ſeculi XVI. initio ſcripta eſt. Conſtat ſex foliis. Iſtam ex Gerunda Hiſpaniae ciuitate ſibi mitti curauit *Leonardus Lauginger* Canonicus S. *Mauritii*, vti epiſtola iſti praemiſſa nos docet. Iſtam in lectorum gratiam integram transſcribere ſtatui, et eſt ſequentis tenoris;

Honerabili ac prouido viro domino Leonardo Lauginger decretorum doctori canonico eccleſie ſancti Mauricii Auguſtenſis vindelicorum. Onofrius palet vtriusque iuris doctor Canonicus eccleſie Reuerendiſſimi in Criſto patris et domini domini Guillermi miſeracione diuina Epiſcopi Gerundenſis in ſpiritualibus et temporalibus vicarius generalis ac officialis Salutem pariter cum honore. Noueritis quod nuper noſtram adiens preſentiam honorabilis et prouidus vir Saluius Rupit Concanonicus noſter veſtri ex parte nobis intonuit veſtris ineſſe votis vitam legendam et officium tam horarum canonicarum quam miſſe ac hyſtoriam beati Narciſſi epiſcopi et martyris cuius venerandum corpus in eccleſia ſeculari et collegiata ſancti Felicis huius ciuitatis Gerunde principatus Catalonie reuerenter reconditur et veneratur, Cuiusque feſtiuitas annuatim die vigeſimo nono menſis octobris in hac ciuitate et dioceſi celebratur habere. Et de modo celebrationis et veſtiuitatis informari. Ob quod nos votis ac deuocioni veſtris annuentes. vitam. legendam. et officium ac hyſtoriam predictam tranſcribi copiari notari et diligenter corrigi per venerabilem Jacobum Pou S. Felicis Canonicum, et Joannem Canals Gerundenſis eccleſie beneficiatum presbyteros arcium et cantus profeſſores mandauimus et fecimus. Quam quidem copiam in duobus quaternis quorum primum et maius decem octo folia et medium cum certis ſpaciis ſecundum vero quatuor ſcripta in ſe continent vobis mittimus preſentibus interclusam, prouidenciam veſtram certificantes quod die preſenti. et infra ſcripta prefati Jacobus Pou et Johannes Canals medio Iuramento per ipſos ad ſancta dei quatuor euangelia in manibus noſtris preſtito dixerunt et adiurarunt ſe predicta que vobis mittimus tranſcripſiſſe et cum libris eccleſiarum predictarum queque ſunt vita. legenda. hyſtoria, officium, tam horarum quam miſſe que in ipſis eccleſiis tam in diebus dicte feſtiuitatis quam octauarum celebrantur leguntur decantantur et predicantur. In quorum fidem et teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras literas manu noſtra ſubſignatas et ſigillo noſtri vicariatus officii munitas fieri et v. p. duximus dirigendas. Datis Gerunde die vigeſima quarta Menſis Februarii intitulata Anno a Natiuitate domini Milleſimo quingenteſimo nono.

Epiſtolam mox ſequitur S. *Narciſſi* hiſtoria ex Gerunda transmiſſa. Iuxta iſtam S. *Narciſſus* ex Saxoniae Principe *Tarſenio* et *Euhana* Principis Auſtriae filia gentilibus parentibus Diana praeſagiente, ortus eſt. Romae liberalibus artibus *Valeriani* Imperatoris tempore incubuit. Ibidem Philoſopho Chriſtiano, qui deinde *Lucius* Papa adpellatus, traditus, ab eodem in chriſtiana fide informatus fuit. A Papa fuit diaconatus ordine inſignitus. Recenſentur Summi Pontifices ac Imperatores ſibi ſuccedentes. S. *Narciſſus* ab Eutichiano Papa in prouincia Aricienſi Epiſcopus conſecratus eſt. Tempore Diocletiani Imperatoris *Afra* cum matre *Hilaria* ac tribus ancillis, relicta patria, Auguſtam ſe contulit, venerique ſeſe dicauit. Agitur de *Marcellini* Papae lapſu, ac poenitentia atque Martyrio. S. *Narciſſus* Auguſtam veniens cum Diacono *Felice*, diuertit apud S. *Afram*, eamque cum matre et ancillis ſuis ad fidem conuertit. Diuina vocatione S. *Narciſſus* in Hiſpaniam reuerti iuſſus eſt. Ibi adueniens vnico cuiusdam viduae filio mortuo vitam reſtituit. Quo miraculo quamplurimi ad Chriſti fidem conuerſi fuere. Hi-

ſpaniae Praefecti filia *Tarimpha* nomine fuit baptizata. S. *Narciſſus* a Praefecto, miſſae ſacrificio abſoluto, occiditur. Enarratur quoddam miraculum, et in fine de Sancti corporis translatione agitur.

In iſta hiſtoria multa fabuloſa, abſurda, chronologiae contraria enarrantur; ex quo inter apocrypha reiici omnino meretur ſcripta.

XI. Miracula quaedam per S. *Vdalrici* interceſſionem patrata, et a *Petro* Cardinale et Epiſcopo Auguſtano noſtris ſcripto transmiſſa. Bina vice eadem in hoc codice inſerta habentur.

XII. Monumentum de S. *Magdalenae* Altari, ſacrisque reliquiis in eodem inuentis. Altare iſtud anno 1506. ab Abbate *Conrado Mörlin* omni ſolemnitate deſtructum, multaeque Sanctorum reliquiae repertae, ad Sacriſtiam ſolemniter translatae ſunt.

XIII. S. *Apolloniae* Virginis et Martyris hiſtoria theodiſco idiomate ſcripta et literis theodiſcis nitide deſcripta. Conſtat ſeptem foliis. Primo folio haec ſolummodo leguntur: *Legenda Sancte Apolonie*: et in ſuperiori margine: *Deſcripta eſt hec legenda in monaſterio Gotwicenſi.* Hiſtoria ſequentibus, iam fabulam ſubodorantibus, verbis inchoat: *Sandt Apolonia war ein ainige tochter des Kayſers Euſebii vnnd ir mueter hies Lactina die waren piertig uonn Alexandria vnnd waren vngelaubig Hayden &c.*

In fine catalogus religioſorum ordinum, qui ſub S. *Auguſtini*, et S. *Benedicti* regula militabant, in duobus foliis ſcriptus reperitur.

XIII.

S. Afrae Hiſtoria. II. Breuis Abbatum SS. Vdalrici et Afrae monaſterii catalogus. III. Vita et miracula S. Vdalrici. in 4. Codex Chartheaceus.

Codex praeſens 88. foliis contentus, charactere latino quidem, ſed haud venuſto ſcriptus eſt. Charta firma, at omni albedine, omnique politione caret. Diſtinctionis ſigna nulla occurrunt; ſignum vero finale per quaedam puncta diuerſimode formata exprimitur. Initiales literae deſiderantur. Faſciculorum numeri in inferioris marginis medio ſunt adnotati. Verborum abbreuiationes frequentes ſunt.

S. *Afrae* hiſtoria incipit a compilatoris prologo absque inſcriptione ſequentibus verbis: *Voluntatis et propoſiti noſtri eſt fratres, vt poſteris noſtris enarremus qualiter beata Criſti Afra martyr de Cypro inſula vnde fuit orta romam deuenerit et inde ex ammonicione in viſione nocturna Auguſtam tranſierit vt ex deſcriptione romana nobis innotuit &c.* Agitur deinde de Auguſtae exordio, de eius adpellatione, de Germanorum et Romanorum apud Auguſtam bello, de iſtorum interitu. His dictis, redit ſermo, quomodo beata *Afra* a Cypro inſula Romam, et Roma Auguſtam venerit. Haec ſequentibus enarrantur:

De fameſis orientalis acceani inſolis Cypros eſt vna optimi vini vinetis uberrima et aere ſaluberrima Huius inſule rex diuiciarum honore et armorum virtute prepollens pater fuit beate Afre et mater Hylaria regina ex nobili inſularum orta proſapia Qui in bello congreſſus cum

m rege alterius inſule que Attica dicitur eſt deuictus et occiſus a) *Exheredata nece patris hoſtibus Afra ceſſit paterno ſolo et tota illius propago Romam migrantes et ibi ſua ſeque antes tunc quaſi manſura redditus ibi comparat Afra ignorans ventura dies quid ſit paura Cum ſit adhuc allibi ſibi terre ſors habitandi Mater vero Hylaria eius volens habere os romanorum propicios Afram proſtituit veneris ſacrisque dicauit Sed male viuenti cum npus adeſt miſerendi Nocte quieſcenti vox talia precipit illi Surgito migrabis Auguſtam o licus amnis terram Sueuorum diſtinguit ſeu Noricorum Hec in capite Germanorum ſita re Illic inquit eris regina futura perhennis Sic ter commonita mater clam detegit iſta edens auditis ſeruatque filia regis Letaque promiſſis affectat culmen honoris Predia mox ndit ea que ſtans rome coemit Auguſtam recie ſpe regnandi properatque Neſcia pollicitum pes non labile regnum Quo dum veniſſet et ibi ſua ſeque locaſſet Multo theſauro fuluo gem-'s et in auro Emit vicinas vrbi cunctas ſibi villas Nobilis in more regine ſtans et honore onec Narciſſus fidei venit ſibi miſſus. Scit cetera mater.*

Prologo iſto abſoluto, initium ſumit hiſtoria conuerſionis S. *Afrae* his verbis: *Apud ouinciam reciam in ciuitate Auguſta Nareiſſus Epiſcopus veniens tempore quo perſecutio Diotiani feruebat &c.* Sequitur Conuerſio S. *Hilariae* matris S. *Afrae*, diſputatio S. Epiopum inter et diabolum, huiusque ad fauces Iulias relegatio. Huic ſubiicitur S. *Afrae* ſſio his verbis inchoans: *Apud prouinciam reciam in ciuitate Auguſta cum Chriſtianorum et glorioſa perſecutio et omnes pro Criſti nomine variis ſuppliciis afflicti ad ſacrificia trarentur contigit Afram quam notam habebat facies bublica quot eſſet lupanaria &c.* Iſti biungitur paſſio SS. *Hilariae*, trium Ancillarum et aliorum, quae ita incipit: *Cum au-n beata Criſti martyr Afra celi gaudia ſic per matyrii palmam intraſſet ſtabant iuxta ri-m fluminis Digna Eunomia et Eutropia &c.* Agitur deinde de S. *Afrae* inuentione ſub *ubricone* Epiſcopo anno 1064. dum eccleſia noſtra extrueretur, facta, qua occaſione *nno* Colonienſis Archiepiſcopus, et *Henricus* Imperator ſacram particulam obtinuerunt. s quorumdam miraculorum enarratio adiicitur. Denique inuentio SS. *Dignae*, *Eunoae*, et *Eutropiae* ſub Abbate *Vdalſcalco*, operi finem imponit.

Hiſtoria praeſens a noſtris anno 1516. prelo euulgata fuit, et in paucis admodum codice noſtro diſcedere obſeruatur. Eandem *Marcus Velſerus* anno 1591. relicto proio-, et S. *Afrae* miraculis cum commentariis edidit, Norimbergae cum reliquis *Velſeri* eribus anno 1783. recuſa fuit. Inuenitur etiam in *Bollandi* Actis Sanctorum ad ſeptim Auguſti diem.

De Autore huius hiſtoriae haec ſcribit *Velſerus*: „ Autorem huius hiſtoriae ignoramus quidem; veriſimiliter tamen ſuſpicamur, fuiſſe aliquem ex Clero Auguſtano, cui publico eccleſiae decreto id muneris iniunctum.... Ne inferiorem Conſtantino Magno exiſtimem ſtylus neque pure latinus, neque ex poſteriorum temporum fece plane barbarus, me mouet. Praeterea ſimplex et nuda rerum narratio, quae absque dubio primum autographum, nullis dum colorum pigmentis illitum, et priſcae pietatis ingenuos ſpiritus redolet. "

Prologi Autorem manus iunior in prima codicis fronte, et in fine ſequentis hiſto-e ſeculo XV. adnotauit *Adilbertum* noſtri monaſterii Priorem, qui ſeculo XIII. floruit.

 Il.

a) Quae ſequuntur, in vita S. *Afrae* Auguſtae anno 1516. impreſſa, pedeſtri ſermone ſunt ipta.

Exheredata nece patris ab hoſtibus Aphra
Ceſſit prompta ſolo: comitatur tota propago &c.

Eumdem laudat *Sigiſmundus Meyſterlin b*). Inuentionis et miraculorum narrationis tor haud exploratus habetur; Monachum noſtri aſceterii fuiſſe, haud dubitare licet

II. Abbatum San-Vlricanorum catalogus nouem conſtat foliis. Initium ſumit a S. ginbaldo, et vsque ad *Henricum* de *Belsheim*, qui ſeculi XIII. initio monaſterii claue nuit, progreditur. Incipit absque titulo ab Autoris prologo, in quo paucis de S. A eccleſiae origine, iterata eiusdem deuaſtatione, de Epiſcoporum ſepultura, de Cleric ſeparatione, et Monachorum introductione, de bonis ab illis Benedictinis traditis, S. *Mauritii* eccleſiae origine, de bonis ab Imperatore *Henrico*, et *Kunegunde* Impera eccleſiaae S. *Afrae* oblatis. Eius initium ita ſonat: *Erat olim locus eccleſie noſtre pa rior et minor quam nunc edificiis et rebus Nam anno incarnacionis domini CCXLI reg te Diocleciano beata Afra in inſula lici apud Auguſtam cachomis ceſa deinde igne conſi ta eſt* &c.

Primum Abbatem *Reginbertum* — alii *Reginbaldum* — nominat Autor: ſecun *Degonem*: tertium *Gegenſtetem* — *Gotisgenum* alii — quartum *Frideboldum*, quem I rator pluribus muneribus ibidem recenſitis cumulauit, ſolitus etiam eidem cum ſuis a gere: quintum *Henricum*: ſextum *Diethonem*, ſeptimum *Adalberonem*, qui clauſtrum ris cinxit, capellam S. *Agnetis* extruxit, organa et campanam comparauit, cleric concubinatum perſequens, Romam profectus eſt, rediens apoſtolicis literis munitu itinere mortuus eſt. *Brunoni* Epiſcopo ſucceſſit *Eberhardus*, qui Lyci pontem cum gultis inter Lycum et molarem fluuium ſitis vsque Haunſtetten nobis donauit: iſti *ricus*, qui nobis oblationes abſtulit, et iterum reſtituere a Papa coactus fuit. Enar tur eiusdem fata. *Embrico* Epiſcopus in *Adalberonis* locum ſuffecit *Dietmarum* Nouiti Recenſentur bona a diuerſis nobis conceſſa. Iſti ſucceſſit Sigehardus anno 1080. A fidelis et admodum vtilis. Religioſis ſuis praebendam, et Canonicis Cathedralibu S. *Vdalrici* feſto duas vrnas vini et 52. ſimilas panis dari inſtituit: plura bona, cali etiam, caſulam et miſſale comparauit. Praefuit 15. annis. Iſtum tres aduenae ſun cuti: nimirum *Hartmannus* Monachus Gottwicenſis, qui excommunicationem fugie praefuit Gottwici, dein Campidonae danubio ſubmerſus: *Berengarius* Fuldenſis qui rum ad ſuum rediit locum: *Guntherus* Monachus Weſſenfontanus. Deinde anno 1 electus eſt *Egino* noſtrae religionis amator, et catholicae eccleſiae reparator, a Schi tico Epiſcopo exulatus Romam profectus, literas a Papa *Calixto* accepit, rediens pie obiit. Praefuit 15. annis. Plures ex noſtris Abbates poſtulati fuere, nimirum *defridus* Fuldam, *Saxo* Herbipolim, *Alibertus* et *Guntherus* ad fauces Iulias, *Aribo* gurinum, *Eginonis* Germanus Solenhofam. *Eginoni* ſucceſſit *Wollemarus*, et 6. a praefuit: *Vdalſcalcus*, vir in ſacris literis ſatis eruditus, et per omnia circumſpect multa ingenii ſui monumenta reliquit. Quaenam pro ſacerdote defuncto, pro fratril pro nouitiis &c. perſoluenda, inſtituit. Sacrum foedus etiam cum Auguſtanis et e ris monaſteriis iniit. Lampadem die noctuque arſuram ſuſpendit. Vineta et curiam I bipoli et alia bona coemit. Anniuerſarium pro anima ſua fundauit. Sub eodem *mannus* Canonicus et Cuſtos eccleſiae Cathedralis in noſtro monaſterio adſumſit cucull haud exiguis eidem bonis oblatis. *Vdalſcalcus* 14. annis abbatiali dignitate fulſit. S ceſſit *Hezilo* vir religioſus et prouidus, qui molendinum in Lepſingen, praedium in bus &c. comparauit. Huic dein *Vdalricus* de *Biberbach*, qui 7. annis praefuit. Feſ

Annu

b) In epiſtola dedicatoria ad *Sigiſmundum Goſſenbrot* Chronographiae Auguſtanae praem ut ſupra relata.

nuntiationis B. V. M. celebrari inſtituit: ſacras preces tempore quadrageſimali reci-
ıdas indixit: charitatem fratribus porrigi iuſſit: anniuerſarium ex praediis in Huſen et
ſlendorf fundauit. Sub eo *Conradus* ſacri ſuppellectilis theſaurarius multa comparauit,
villam pecuariam in Haunſtetten et Rogenweiler conſtruxit. *Vdalrico* defuncto ſub-
ſatus eſt *Henricus de Mayſach*, vir caſtus, et pudicus; literarum ſcientia ſatis erudi-
ı, qui dorſalia verſibus exornauit, et abecedarium ſcribi iuſſit. Canonicis Cathedralis
cleſiae in feſto S. *Afrae* duas vrnas vini dari inſtituit. De quibusdam praediis pro ſe
ſque anniuerſarium fundauit. Prior *Manegoldus* de praedio Bazenhoffen pro ſe anni-
ſarium celebrari curauit. Poſt *Henricum*, Abbas electus eſt *Manegoldus*, qui 50. an-
; Prioris officio functus, praefuit vltra ſex annos. Statuit vt quilibet ſacerdotum in
mo fratrum anniuerſario miſſam celebret, ceteri ſeptem pſalmos perſoluant, et elee-
ſinae in pane et cereuiſia darentur. Inſtituit et alias eleemoſinas certis temporibus
uperibus diſtribuendas. Vltimo regiminis anno eccleſia et monaſterium in cinerem re-
ctum eſt. Eidem ſuffectus eſt *Henricus III.* vir caſtus, diſcretus et prouidus, qui mo-
ſterium extruxit, et officinas reparauit. Scholaſticam hiſtoriam et chronicon ſcribi iuſ-
Feſtum Conceptionis B. V. M. inſtituit: memoriam parentum S. *Vdalrici* fieri cura-
: commemorationem omnium fratrum noſtrorum in vigiliis SS. *Vdalrici* et *Afrae* fieri
ſixit, diem depoſitionis SS. *Simperti* et *Adalberonis* celebrari ordinauit: Canonicis Ca-
ıdralibus in feſto S. *Vdalrici* 12. ouinas frixillas recentes praeberi inſtituit: anniuerſarium
ıdauit. Praefuit vltra ſex annos. Subſtitutus eſt eidem *Erchenboldus*, qui ſolutis a prae-
ceſſore debitis atrium clauſti muro et columnis cinxit, crucem auream gemmis exor-
tam, et duos calices ad percipiendum Chriſti ſanguinem fieri curauit. Anniuerſarium
ıdauit. Feſta S. *Joannis* ante portam latinam, S. *Antonii*, S. *Henrici* et *Kunegundis*,
peratoris *Friderici* et *Beatricis* coniugis anniuerſarium celebrari praecepit. In diuerſis
niuerſariis ex fundatorum praediis fratribus charitatem praeberi iuſſit. *Steuino* Came-
ius et *Hermannus* Praepoſitus Sueuiae multa bona compararunt. Vineta noua Herbi-
i plantata fuere. Feſtum S. M. *Magdalenae* in Cappis celebrari iuſſit. Praefuit decem
nis. Iſti ſucceſſit *Vdalricus II.* vir decrepitae aetatis, qui pro tabula gemmis diſtincta,
S. *Adelheide* oblata praedium in Gregenhouen emit, praedium in Lomaringen redemit,
S. *Adelheidis* feſtum celebrari praecepit. Chori praecipue nocturni rigorem ad inſtan-
m quorundam Praelatorum et Clericorum mitigauit: anniuerſarium fundauit. Prae-
t 4. annis. Sub eodem *Luitpoldus* Aduocatus, et *Luitfridus* de *Steindorff* anniuerſaria
ıdarunt. *Vdalrico* Abbatiam reſignante, electus *Henricus IV.* vir bonae conuerſatio-
; et famae, qui magis amari quam timeri voluit. Anniuerſarium fundauit de quibus-
m praediis. Inſtituit ad petitionem Sacriſtae *Adelberti* totiusque conuentus memoriam
nium fidelium defunctorum.

Hoc itaque Abbate catalogus praefatus abſoluitur. A Monacho San-Vlricano ſcrip-
n fuiſſe, ipſum iam prologi initium confirmat; ſed quisnam fuerit, nullibi inueniri po-
t; forſan qui iam ſub *Henrico IV.* monaſticam profitebatur vitam et Sacriſtae officio
ıgebatur, *Adilbertus* Prior eumdem congeſſit, quod tamen adfirmare, fundamento ſo-
o deſtitutus, haud audeo.

III. S. *Vdalrici* vita vndeuiginti foliis conſtat. Cuique Capitulorum numerus praefixus
. Initiales literae atramento ſunt exaratae. In eius fronte legitur: *Incipit vita ſancti*
lalrici diſtincta — ſic — per XLII. capitula. Sequuntur mox capitulorum ſumma-
, quae exſcribere ad lectorum eruditionem haud grauabor.

 Cap.

Cap. I. *De ortu et infantia ſancti Vdalrici.* II. *Qualiter in monaſterium ſancti Galli ſit commendatus.* III. *Quod de incluſa Wibrada de epiſcopatu ſit certificatus.* IV. *Quod ad propria reuerſus Epiſcopo Adalberoni eſt commendatus.* V. *Qualiter Romam perrexit.* VI. *Quod defuncto Adalberoni ſucceſſit Hiltinus et ipſe poſt illum.* VII. *De conuerſatione eius in epiſcopatu.* VIII. *Quod cum Chunrado Conſtantienſi epiſcopo ad menſam ſedens ieiunus permanſit.* IX. *De iugi pſalmodia eius.* X. *De viſione Ramperti.* XI. *De altera viſione eiusdem.* XII. *De oſtenſione dextere dei in die ſancto paſche.* XIII. *De ſuſceptione hoſpitum in Cena domini et ſecunda oſtenſione dextere dei.* XIV. *De Apparitione S. Afrae.* XV. *De viſitatione parrochiarum.* XVI. *De contencione Luitolfi ducis Sweuie et Hainrici ducis Bawarie.* XVII. *De inſenſſato qui manus ſuas.* XVIII. *De eo qui partem menſalis furatus eſt.* XIX. *De ſedata lite inter* Ottonem *imperatorem et Harpertum epiſcopum Curienſem.* XX. *De eruptione Vngarorum.* XXI. *Quam diligenter curam ſuorum geſſerit.* XXII. *De Ammonicione ſancte Afre vt eccleſiam ſuam repararet.* XXIII. *De* Ortulano *ſanato.* XXIV. *Quod caput S. Habundi de roma tulit.* XXV. *Quod ad cellam S. Megenradi veniens a ſeruo dei Eberhardo ſuſceptus ſit.* XXVI. *Quod reliquias ſanctorum in Auguſtenſi loco et in Auguſtenſi cenobio acquiſiuit.* XXVII. *Quod per oleum ab eo conſecratum ſanitati reſtitutus eſt.* XXVIII. *Quod vindicem inundatum ſicco veſtimento pertranſiit.* XXIX. *Qualiter in danubio liberatus ſit a naufragio.* XXX. *Quod Tarr fluuium effuſum tranſiuit.* XXXI. *Quod monialis quedam ob inobedientiam infirmata ad eum deducta eſt ſanata.* XXXII. *Quod cuidam egro denarium tribuens ſanatus eſt.* XXXIII. *Quod habitum monaſticum ſuſcepit et Adalberoni nepoti ſuo epiſcopatum commiſit.* XXIV. *Qualiter Ottenburen Abbatia per eum libertatis priuilegio donata eſt.* XXXV. *Quod ei quidam obitum* Chunradi *Conſtantienſis epiſcopi falſo indicauit.* XXXVI. *Quod preſciuit ſibi tempus reſolucionis ſue inſtare.* XXXVII. *De terrena rerum diſtripucione epiſcopii.* XXXVIII. *Quod in infirmitate poſitus in extaſim ſepe eſt raptus.* XXXIX. *Qualiter conqueſtus eſt quod Adalberoni nepoti ſuo in tantum conſenſit.* XXXX. *Quod per commoncionem celeſtem in natiuitate ſancti Johannis baptiſte bis miſſam celebrauit.* XLI. *Quod in vigilia Apoſtolorum Petri et Pauli ſe moriturum ſperauit.* XLII. *De tranſitu et ſepultura eius. Expliciunt capitula.*

Initium primi capituli ita ſonat: *Egregius Criſti confeſſor Vdalricus ex Alamannorum proſapia extitit oriundus. Cuius parentes Hupaldus ſcilicet et Dietpirga ambo quidem ſecundum ſeculi huius dignitatem clari et nobiles* &c. Vltimum ſequenti modo finitur: *Poſt hec autem aduentiente Wolfgango Ratisbonenſis eccleſie epiſcopo venerando ſancti viri corpus in eccleſia ſancte Afre martyris in magna gloria eſt humatum. Vbi ipſe adhuc dum viueret ſibi ſepulchrum preparari fecit. In quo loco multa per eius merita fiunt aſſidue miracula. multa infirmis preſtantur beneficia donante Criſti gracia qui cum patre et ſpiritu ſancto viuit et regnat per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Explicit vita ſancti Vdalrici confeſſoris et pontificis.*

Pluries haec vitae hiſtoria typis fuit euulgata; primo per noſtros anno 1516. in 4. ſecundo per *Laurentium Surium* in actis Sanctorum: tertio per M. *Velſerum* ad inſigne pinus an. 1595. quarto in collectione operum M. *Velſeri* Norimberga 1682. quinto in actis Sanctorum Bollandianis: ſexto denique in Actis SS. Ord. S. *Benedicti* Mabillonianis.

Autor iſtius celebratur *Berno* Abbas Augienſis, qui poſtulante Abbate San-Vlricano *Frideboldo* c) quod *Gebehardus* morte praeuentus infectum reliquerat, reintegrare, cul-

c) Patet id ex epiſtola *Bernonis* ad *Frideboldum* data, quae in memoratis editionibus praefixa habetur.

ſtiorique ſtylo efformare ſtuduit. Huius autographon inter *Bernonis* ſcripta ante aliquot nos propriis oculis in bibliotheca monaſterii Augienſis perluſtraui. Exemplar autem *Friboldo* transmiſſum amiſſum merito deploratur.

Finita vitae hiſtoria enarratur, quomodo Sanctus vltimam quadrageſimalis temporis ebdomadem, et ſacra Paſchatis feſta celebrauerit. Hac de enarratione in memoratis ditionibus nulla fit mentio.

IV. Duo miraculorum S. *Vdalrici* libri, quorum primus triginta, ſecundus capitula igintinouem comprehendit. Primo elenchus, non autem ſecundo, praemittitur. In fronte primi legitur: *Incipit liber ſignorum ac miraculorum ſancti Vdalrici que fiebant poſt eius mortem. diſtinctus in XXX. capitula*, et ſunt ſequentia: I. *De cereo qui cecidit ſuper tantium.* II. *De eo qui de febre ibi liberatus eſt inprimis.* III. *De multitudine a febribus liberatorum.* IV. *De eo qui vnum de baculis abſtulit.* V. *De Aldegero preſbytero.* VI. *De his qui de baculis fulciebantur.* VII. *De multitudine baculorum.* VIII. *De cuiusdam mulieris filia ſanata.* IX. *De eo cui aures et lingwa ſolute ſunt.* X. *De Simulario Epiſcopi Hainrici.* XI. *De eodem qualiter de vulnere ereptus eſt.* XII. *De Adelhardo qui caritatem Sancti Vdalrici libere recuſauit.* XIII. *De Walthero qui etiam caritatem contempſit et mortuus eſt.* XIV. *De Heriunſo qualiter ſanitati reſtitutus eſt.* XV. *De Hiltibaldo qui lumen oculorum recepit.* XVI. *De Ruperto qui primum in itinere et poſtea ad ſepulchrum ſanatus eſt.* XVII. *De Luitherico qui viſum recepit.* XVIII. *De Clerico qui loquelam amiſſam recepit.* XIX. *De ceco qui lumen in via recepit et ductorem ſuum ad ſepulcrum portauit.* XX. *De matrona a demonio liberata.* XXI. *De filio Volizlai ducis.* XXII. *De Miſcicone duce qui mortuus liberatus eſt.* XXIII. *De muliere que a demonio liberata eſt.* XXIV. *De elemoſinaria Halbiami epiſcopi liberata.* XXV. *De ceco quem ductor ſpoliatum dimiſit.* XXVI. *De paruulo qui de ponte cecidit in amnem.* XXVII. *De eo cui fenum in fauillas mutatum eſt.* XXVIII. *De muliere cui manus contracte ſunt.* XXIX. *De claudo cui caudallum in pedibus viciatum eſt.* XXX. *De infirmo qui contra voluntatem portancium de lecto exiliuit.*

Primi capitis initium ſequentis eſt tenoris: *Poſt commendacionem precioſi theſauri ſacri corporis Vdalrici* &c. In fine habetur operis concluſio, in qua ait Autor, *miracula* et *beneficia ſancti Vdalrici tam multiplicia eſſe, vt ſenſibilitas humanae agilitatis dinumerare non poſſit.*

Libro ſecundo ſequens titulus eſt praefixus: *Incipit ſecundus liber de ſignis que fiebant poſt mortem ſancti Vdalrici diuiſus in XXIX. capitula.* Capitulum I. prologum ſequentis tenoris continet. *Anno dominice incarnacionis. M. C. XLVI. preſidente Abbate Vdalſcalco eccleſia beati Vdalrici et beate Afre in Auguſta multis diuine gracie illuſtrata eſt beneficiis ex quibus teſtimonio non eget noſtri ſtili officium dum non ſolum Auguſtenſis prouincie ſed et tocius Germanie populi quot ſuperſunt noſtre etatis horum meminerunt. De illis ergo pauca taxamus vt omnes nouerint quam ſacer ſit iſte locus in quo tante virtutes exuberant.* Sequuntur miracula.

Primum miraculorum librum in editionibus Velſerianis inuenies, de ſecundo tantum pauca edita reperiuntur.

V. Hiſtoria inuentionis corporis S. *Vdalrici*, cum non nullis miraculis in editione ſupra memorata iam tyis excuſa inuenitur. Facta fuit iſta anno 1183. ſub Epiſcopo *Hartwico*, cum eccleſia igne deuaſtata e cineribus excitata eſt.

VI.

VI. Hiſtoria vitae S. *Vdalrici* ab Autore, qui hucusque haud explorari potuit, ſ ta, ſequentem iuſcriptionem, maiuſculis literis exaratam, ſibi praefixam habet: *In alius tractatus de vita ſancti Vdalrici.* Dein hiſtoria ita inchoat: *Beate igitur mem ſanctus Vdalricus excelſa proſapia alamannorum et religioſis parentibus ortus patre ſc Hupaldo et matre Diepurga nuncupata* &c. Agitur in primo capitulo de *Sancti ortu qualiter hebdomada duodecima ablactatus, religioſis San-Gallenſibus ad erudiendum tra ſit.* II. *De eius poſt Hiltini Epiſcopi mortem ordinatione.* III. *De viſione Ramberti I byteri.* IV. *Altera eiusdem viſio.* V. *De ſancto ſeruitio Adalberonis et Fortunati, de vi dexterae benedicentis.* VI. *De viſione S. Afrae.* VII. *De quadrageſimalis temporis et Pa celebratione.* VIII. *Qualiter finita paſchali ſolemnitate per loca ſua pergere conſuetus* IX. *Qualiter dioeceſin viſitauerit.* X. *De confirmatione eccleſiarum. De eccleſiae in Ai conſecratione.* XI. *De eius exhortatione. De diſcordia inter Luitolſum et Henricum D* XII. *De iis, qui Auguſtam praedati ſunt.* XIII. *Qualiter ſanctus et Hartbertus Ottom filium eius pacificarint. De Hungarorum occiſione.* XIV. *De reuerſione regis ad Saxon et de aedificatione eccleſiae S. Afrae.* XV. *De Hortulano eius et de itinere Romam atqu ſtatione Eberhardi ſolitarii.* XVI. *De itinere in Burgundiam pro reliquiis ſanctorum.* XVII *oleo a ſancto viro ſanctificato.* XVIII. *Qualiter ſuper Vindicem et in danubio euaſerit.* XIX. (*liter Tar fluuium tranſierit.* XX. *Qualiter ſanctimonialis foemina infirma ſanata ſit.* XXI *conſtructione eccleſiae S. Joannis Baptiſtae.* XXII. *De itinere eius vltimo Romam.* XXIII *eius reditu Auguſtam.* XXIV. *Qualiter Synodus Adalberonem degradari voluerit.* XXV. (*liter Adalbero vitam finierit.* XXVI. *Qualiter Ottenburam Abbatiam reddiderit.*

Capitulum iſtud defectu laborat, et quae adhuc reſtant, penitus in noſtro codice ſiderantur; ſunt autem ſequentia iuxta Velſerianam editionem: *Quam formoſe obitum in Auguſta exſpectaret: Qualiter die natiuitatis S. Joannis Baptiſtae vltimam miſſam brauerit: Qualiter ſucceſſor eius Henricus ad Epiſcopatum venerit, et qualiter interierit.*

Hiſtoriam memoratam M. *Velſerus* cum praecedentibus prelo ſubiecit, duobusque dicibus membranaceis et vno papyraceo ex noſtra bibliotheca vſus eſt, quorum pri ad nos hucusque non rediere. Eadem deinceps ſaepius recuſa, in ſupra memoratis tionibus inuenitur.

XIV.

S. Vdalrici vita. II. S. Simperti vita. III. S. Afrae conuerſio paſſio. IV. S. Euſtachii et Sociorum paſſio. Moralis doctri In lingua vulgari cum figg. Codex Chartaceus in 4.

Integer hic codex 171. foliis conſtat. Character eſt theodiſcus, minuſculus, ac gans. Initiales literae, et tituli rubro ſunt exarati colore. Diſtinctionis ſignum nul occurrit. Vita S. *Vdalrici* viginti et duabus, S. *Afrae* tredecim, S. *Euſtachii* vnde figuris ſimpliciſſimis, materiaeque adcommodatis ſunt illuſtratae; S. *Simperti* vero v vnica eſt praemiſſa.

I. S. *Vdalrici* vita in quinquaginta eſt diuiſa capitula. Incipit absque titulo ſeq tibus verbis: *Der Haylig Herr Sant Vlrich was von hochen vnd wirdigen geſchlecht*

tru

teutſchen geporn ſein vater hieſs Hupaldus vnd was graff zu Diligen vnd Kyeburg Sein muter hyeſs Dyepurga als die alten geſagt habent geporn aus den Herren von Faymingen &c. Capitulum I. agit de *Sancti ortu ac ablactatione.* II. *De eius profectu in bonis operibus.* III. *Monachis San-Gallenſibus erudiendus traditur.* IV. *Adalberoni Epiſcopo a parentibus commendatur.* V. *Romam profectus a Marino Papa Epiſcopus Auguſtanus Adalberone mortuo, renuntiatus eſt.* VI. *Epiſcopatum poſt Hiltini mortem adiit.* VII. *De eius Sanctitate, ac aedificiorum ab hoſtibus deſtructorum reaedificatione.* VIII. *De S. Adalberonis adparitione.* IX. *De viſione Ramberti.* X. *De Adalberonis et Fortunati adparitione.* XI. *Dextera domini ſacra benedicens viſa.* XII. *S. Afra Sancto in ſomno adparuit.* XIII. *S. Afra eidem multas oſtendit vrbes.* XIV. *Sanctus ſe et ſuum nepotem Adalberonem Caeſari commendauit.* XV. *Auguſta ab Arnulpho Duce obſidetur.* XVI. *Hoſtes fugantur.* XVII. *Quidam a daemonio liberatur.* XVIII. *Otto et filius reconciliati ſunt.* XIX. *De Hungarorum inuaſione et eorum clade.* XX. *Pace reſtituta miſeris ſuccurrere conatus fuit.* XXI. *De ſecunda S. Afrae adparitione.* XXII. *De hortulano ſanato.* XXIII. *De itinere ad ſacra limina.* XXIV. *Eberhardum ſolitarium Sanctus viſitauit.* XXV. *De Chori frequentatione, et quadrageſimae celebratione.* VXVI. *De Chriſmatis in coena domini conſecratione.* XXVII. *De die Paraſceues.* XXIII. *De Sabbato S.* XXIX. *De Paſchalis celebratione.* XXX. XXXI. *et* XXXII. *De dioeceſis viſitatione.* XXXIII. *De populi inſtructione.* XXXIV. *De eccleſiarum conſecratione.* XXXV. *De eccleſiae in Algoia conſecratione.* XXXVI. *Sanctorum reliquias Auguſtam retulit.* XXXVII. *Leproſum ſanauit.* XXXVIII. *Oleo ſancto multis ſanitatem reſtituit.* XXXIX. *Vindam transmeauit.* XL. *In danubio euaſit.* XLI. *Fluuium Tar tranſiit.* XLII. *Coenobium S. Stephani fundauit, monialemque ſanauit.* XLIII. *S. Joannis Baptiſtae eccleſiam extruxit.* XLIV. *De vltimo Romam itinere.* XLV. *Adalbero Sancti nepos Epiſcopus a Caeſare renuntiatur.* XLVI. *Iterum degradatur.* XLVII. *Subito moritur.* XLVIII. *Abbatiam Ottenburanam ſanctus obtinuit.* XLIX. *Abbatem eidem praefecit.* L. *Aegrotus in eccleſiam deportari voluit.* LI. *In S. Joannis Baptiſtae vltimum peregit miſſae ſacrificium, et paucis poſt diebus pie mortuus eſt.* LII. *S. Wolfgangus Sancti exequias peregit.* LIII. *In eius locum Henricus ſubrogatus eſt.*

Sequitur miraculorum ante Sancti corporis inuentionem, et illius tempore factorum narratio, in cuius fine legitur: 1454. quo videlicet anno vel vitae hiſtoria compoſita, vel deſcripta fuit, et quidem a Monaho San-Vlricano *Joanne Kleſatel*, vti in inferiori margine legitur: *Fr. Johannes Kleſatel in vigilia S. Galli.*

Anno 1516. ex *Siluani Ottmar* officina S. *Vdalrici* vita in theodiſco idiomate, ſed a recenſita longe diuerſa, prodiit in lucem.

Vitae hiſtoriae adiectus eſt breuis Epiſcoporum Auguſtenſium a S *Dionyſio* vsque ad *Petrum* de *Schaumburg* catalogus, quem documentum de noſtrae baſilicae dedicatione ſequentis tenoris ſequitur:

Anno ab Incarnacione domini M. C. LXXXVII. Idus Apprilis luna XXIIII. die dominica in ſecunda feria poſt paſchalem ſeptimanam anno decenouali Cicli XI. qui et commoniis Epact. IX. concurrente III. Indictione V. Termino paſcali IIII. Kalendas Aprilis dedicatum eſt templum Sanctorum Vdalrici et Affre a venerabili Moguntino Archiepiſcopo Conrado Cooperantibus venerabilibus Epiſcopis Vdalſcalco Auguſtenſi Ottone Friſingenſi Bertoldo Tulenſi &c. Huic dedicationi interfuit beate memorie Fridericus Imperator cum maxima deuotione cum tribus filiis ſuis et aliis quamplurimis regni principibus cuius auctoritate et ordinacione tota eadem dedicacio peracta eſt Nam idem Imperator cum tribus epiſcopis ſanctum cor-

corpus beati Vdalrici cum veneratione magna ad locum depoſicionis in humeris ſuis deportauit Acta ſunt hec ſub huius loci venerabili Abbate Hainrico 2. in monaſterio ſanctorum Vdalrici et Affrae &c.

II. Vita et miracula S. *Simperti* ab *Adilberto* Priore noſtri monaſterii conſcripta, et ſupra N. 76. recenſita, in idioma theodiſcum translata hic deſcribenda veniunt. Praefixa eſt Sancti imago; dein incipit Autoris prologus ſequentibus verbis: *Der Maiſter der ſoll pillich vnd von nott wegen fürgeſezt werden an den anfang ains yeglichen buchs von der wegen das die die es leſend oder hören leſen wiſſen wer der ſey dez ſprüchen vnd worten ſie glauben ſüllen Vnd darumb ich prior des Kloſters ſant Affran zu Augſpurg genant Adelbertus* &c. Prologo abſoluto incipit vita ſequenti titulo: *Hebt ſich an das leben Sant Simprechts. Der ſelig vnd lieb vater ſanctus Simpertus der iſt geziert geweſen von got dem Herren mit der Gnad aller tugend* &c. Agitur de eius eximia ſanctitate; quomodo a *Carolo M.* ad Epiſcopatum Auguſtanum fuerit vocatus, eccleſiam S. *Afrae* ab hoſtibus dirutam aedificauerit: dioeceſin dilatare ſtuduerit: quamdiu epiſcopalem tenuerit ſedem: quo loco ſepultus fuerit: quomodo S. *Vdalricus* per viſionem ſancti ſepulchrum imbribus patulum contegere admonitus fuerit: ad quem locum ſancti oſſa ſub *Embricone* Epiſcopo, dum eccleſia aedificata fuit, translata fuerint. Tunc duodecim enarrantur miracula, quae ſequentibus verbis terminantur: *Der vns auch wol erwerben geſuntheit vnſer ſel vnd vnſeri leibs vnd nach dem leben das ewig leben Amen.* Infra legitur ſcriptoris nomen: *Fr. Io. Kleſatl.*

Haec S. *Simperti* vita in vulgare idioma translata prelo nunquam fuit euulgata. Anno autem 1516. noſtri aliam typis excudi curarunt. *Carolus* etiam *Stengelius* diuerſam a praeſente anno 1615. in lucem emiſit.

III. Vita et paſſio S. *Afrae*, S. *Hilariae* ancillarum et aliorum pedeſtri ſermone in vulgari idiomate ſcripta eſt. Incipit abſque titulo. Capitulo I. agitur, *quomodo S.* Afra *cum ſociis Cyprum relinquens primo Romam, dein Auguſtam venerit.* II. *De S.* Narciſſi *Epiſcopi Gerundenſis itinere Auguſtam.* III. *De eiusdem ingreſſu in S.* Afrae *domum.* IV. *Quomodo S. Epiſcopus a gentilibus fuerit in S.* Afrae *domo requiſitus, et a ſancta abſconditus.* V. *Colloquia* Narciſſum *inter et S.* Afram *et* Hilariam. VI. *Sancti diſputatio cum diabolo, huiusque relegatio.* VII. *S.* Afra *et* Hilaria *cum ancillis a Sancto baptiſmate abluuntur, ſanctique in Hiſpaniam reditus.* VIII. *S.* Afra *coram iudice adparet.* IX. *Et in ſua fide conſtans ad ignem condemnatur.* X. *S.* Hilariae *et ancillarum martyrium.* XI. *S.* Afri. XII. *S.* Dionyſii. XIII. *Triginta virorum et mulierum.* XIV. *S.* Narciſſi *et* Felicis *Diaconi martyrium.*

Eruditus lector vt quamdam de hac theodiſca poeſi cognitionem adquirat, primi capituli initium et integrum vltimum exſcribere volo. Initium ita ſonat:

Cyper iſt ain Inſel her
Bey dem orientiſchen mer
An gutem luſt vnd auch an wein
Ain land vnd aller frücht ain ſchrein
Das was etwan geſehen
Ain Künig gar wol vermeſſen
Der was ain haydenniſcher man
Von geſchlecht edel vnd lob ſan

Die

Die Künigin hieſs Hylaria
Vnd Affra was ir dochter da
Nu ward der Künig zu ainer zeit
Erſchlagen in ainem felt ſtreit
Von ainem andern Künig darpey
Auf Atica der Inſel frey
Do Affra ſo verwayſet wardt
Die feind wurden ir ſo hardt
Da ſie entweichen muſt dann
Vnd als ir geſchlecht weib vnd man
Die fluchen all mit ir do
Gen Rom darnach giengs alſo &c.

Vltimum ſequentis eſt tenoris:

Felix auch ſein Capplan
Belaib do auff der Criſten plan
Bis das er von den hayden
Auch von der welt geſchaiden
Alſs helff vns der milt gott
Das wir behalten ſein gebott
Die er vns durch der heren mund
Getan hat in der welt kund
Vnd ee das wir erſterben
Sein huld vor erwerben
Des helffent vns die matrer all
Vnd die matrerin mit ſchall
Das alle wir genieſſen ir
Nun ſprechent Amen all nach mir.

Infra legitur a ſcriptore ſubiectum: *Sabbato poſt Martini Fr. Johannes Kleſatel.* Hiſtoria conuerſionis et paſſionis S. *Afrae* et ſociorum praecedente numero recenſita ılgari idiomate anno 1516. in lucem prodiit; praeſens nunquam prelo ſubiecta fuit.

IV. S. *Euſtachii*, vxoris et filiorum eius conuerſio, et paſſio, vndecim capitulis, fi- diſtinctis conſtat. Incipit abſque inſcriptione ſequenti modo: *Der hailig ſant Eu- us der hieſs vor dem tauff Placidus das iſt als vil geſprochen als ein gute wort &c.* :ulo I. *agitur de eius miſericordiae operibus, quibus verae fidei gratiam cum familia ſua eruit.* II. *De eius et familiae baptiſmo.* III. *Quomodo omnibus bonis orbatus, in ſum- egeſtatem redactus ſit.* IV. *Quomodo coniuge,* V. *et filiis priuatus, villicum agere coac- t.* VI. *Quomodo a* Traiano *Imperatore conquiſitus iterum bello praeficiatur.* VII. *Quo- in expeditione et vxorem, et liberos receperit.* VIII. *Quomodo victor Romam redierit. Quomodo pro parta victoria diis ſacrificare renuerit.* X. *Quomodo in fide conſtans vna- xore et liberis leonibus obiectus ſit.* XI. *Quomodo tandem in aeneo tauro ſubiectis flam- andente vnacum ſuis coronam martyrii promeruerit.*

In fine legitur adiectum: *Fr. Johannes Kleſatel in vigilia S. Thome apoſtoli.*

V. Hiſtoriis praefatis ſubbiiciuntur tam moralia, quam chriſtiana documenta ex riptura, Sanctis Patribus, et Philoſophis collecta, quibus ſequens inſcriptio eſt prae-

 miſſa

miſſa: *Dye nach geſchriben matery iſt gemacht von latein zu teutſch Herzog Albrecht ze Bayrn &c. Anno Criſti MCCCCXXXVII.*

Zu dem erſten die ler die Tobias gab ſeinem ſun Darnach wie got geſtrafft hatt die fürſten in der alten ee vnd darnach ander gut Matery von dem adel. Haec de his ſufficiant.

XV.

Vita. S. Vdalrici. II. Vita S. Simperti. III. S. Afrae et ſociarum conuerſio et paſſio. IV. Documenta moralia, et diuerſae preces. V. Paſſionis Domini hiſtoria. VI. Cuiusdem Monachi Carthuſiani doctrina de amore Dei. In lingua vulgari. Codex Cartheaceus, in 4.

Codex praeſens 238. foliis contentus, charactere theodiſco maiuſculo, ac valde venuſto, chartae politae, et albae inſcriptus eſt. Initiales literae et tituli rubro colore ſunt exarati. Diſtinctionis ſignum nullum obſeruatur.

I. S. *Vdalrici* vita omnino eadem eſt, quae ſupra fuit recenſita. In eius fronte legitur: *Hie hebt ſich an ſant Vlrichs leben.* In fine ſequens habetur notitia: 1457. *Johannes Knaus a).*

Vitam S. *Vdalrici* excipiunt catalogus Epiſcoporum Auguſtanorum, et documentum dedicationis noſtrae eccleſiae ſupra relatum.

II. S. *Simperti* vita, eiusque miracula cum praecedentibus plane conueniunt.

III. Conuerſio et paſſio S. *Afrae*, *Hilariae* et ſociorum pedeſtri ſermone compoſita, ſupra deſcripta hic quoque occurrit, ſed rythmico haud eſt ſcripta modo.

IV. Iſtam ſequuntur documenta moralia et chriſtiana ſupra memorata, et diuerſae preces pro *Alberto* Bauariae Duce congeſtae.

V. Paſſionis domini hiſtoria iuxta Euangeliſtas in vulgari idiomate compoſita, et Sanctorum Patrum ſententiis hinc inde illuſtrata eſt. In fronte legitur: *Hie hebt ſich an der paſſion vnſers herren leyden. Criſtus der herr kam zu den abend eſſen da man im die öſterliche ſpeyſs berayt het das was auff ainem hauſs gemacht &c.* Iſti adiectus eſt rythmus de *Ieſu* infantia, aliaeque diuerſae preces pro *Wilhelmo* Bauariae duce anno 1431, collectae.

VI. Tractatus aſceticus de Dei amore a quodam Monacho Carthuſiano compoſitus, et in viginti duo capitula diuiſus. Titulus eiusdem ita ſonat: *Die hernach geſchriben materi Iſt gemacht von ainem Karteuſſer vnd ſagt von dem lob vnd von der groſſen nutzparkait diſs hernach geſchriben buchlins* &c. Sequitur prologus, cuius initium: *Libw kinder gotz Ich pit ew vnd man ewch fleyſſiclichen das Ir zu dem erſten diſer red wöllend vernemen von dem anfang bis auff das end mit fleyſſiger auffmerkung* &c. Prologum excipiunt capitula, et dein ipſum opus ſuum ſumit initium.

Hoc

a) Fuit iſte noſtri monaſterii famulus, qui praecipue ſcribendi arte callebat. Plura ſub *Melchiore* [illegible] *Abbate* ſcripſit. Obiit anno 1493.

Hoc codice quondam vſa fuit *Sigismundi Goſſenbrot* vidua, vti ex ſequente patet ſcriptione ab aliena manu adiecta: *Sigmund Goſſenpretin zu Augſpurg witwe gehert puch.*

XVI.

ita S. Vdalrici. II. Legenda S. Narciſſi. III. S. Bonifacii Epiſc. et Mart. vita. IV. Feſtum S. Hedwigis. V. Vita S. Guilielmi. Codex Cartheaceus. in 4.

I. S. *Vdalrici* vita cum ſubiunctis miraculis 35. foliis contenta inſigni minuſculo eſt ipta charactere. Initiales literae et tituli rubro colore ſunt exarati. Praeter punctum llum aliud occurrit diſtinctionis ſignum. Sequens inſcriptio legitur praefixa: *Incipit facio in Vitam Beatiſſimi Vdalrici Auguſtenſis vrbis epiſcopi. cuius geſta inter ſanctos inis diui benedicti poſita. qui quamuis expreſſe habitum non aſſumpſerit. id tamen binies ex infra ſcriptis patebit attemptauit feciſſetque deſiderio ſatis. niſi deo ordinante aliter actum ſſet. Nihilominus tamen per dies vite ſue non quia epiſcopus ſed tanquam monachus vis ſemper propoſiti memor quare non incongrue inter ſanctos ordinis ſancti benedicti compuur. quia nec cuculla nec ampla corona monachum facit ſed obſeruancia regule ſancte.* Praeio his verbis incipit: *Reuerendiſſimo patri Frideboldo ac vero ſancte Afre martiris alumbern. dei matris mancipium cum omni contubernio augienſium fratrum ſummum et indefiu bonum. Mire caritatis virtus* &c. Hiſtoriae initium ita ſonat: *Beatiſſimus igitur Vricus Epiſcopus excelſa proſapia alamannorum et religioſis parentibus ortus. patre ſcilicet paldo et matre Dietpirgis nuncupata qui ſolito more lactatus et ſummo ſtudio nutritus* &c. liqua cum vitae hiſtoria a quodam Anonymo compoſita, et ſupra *N. X. VI.* deſcrippenitus conueniunt; vnde patet, iſtius deſcriptorem, errore ductum, *Bernonis* praeſſe praefationem. Miracula ſubnexa eadem plane ſunt, quae eodem numero libro miulorum primo memorata fuere. In fine legitur: *Explicit vita Sancti Vdalrici Epivi glorioſi* 1494.

Hiſtoriam recenſitam ſequuntur ea, quae *Petrus Wagner* Monachus San-Vlricanus S. *Vdalrico* in ſua collecta *) breui congeſſit ſtilo, et Bulla Canonizationis, ſaepius is recuſa, per *Wilhelmum Wittwer* conſcripta. Iſta excipiunt quaedam de S. *Vdal*- ad diuinum officium in eiusdem honorem peragendum.

II. S. *Narciſſi* Epiſcopi et Martyris legenda, et quae ſequuntur, a *Wilhelmo Witt*- ſunt collecta, et conſcripta. In eius fronte rubro colore ſcriptum legitur: *Incipit nda ſeu hiſtoria ſancti Narciſſi epiſcopi et martiris allata domino Conrado Frey vicario eſie Auguſtenſis per N. Echinger mercatorem Vlmenſem ex ciuitate Gerunda* 1485. *Ser- Oliue epiſcopi in natale ſancti Narciſſi et martiris Criſti lectio prima*, quae ita incipit: *ia hodie fratres cariſſimi feſtiuitas almi confeſſoris Narciſſi et martiris Criſti annua decur- e reuoluitur gaudeamus* &c. Lectione quarta incipit hiſtoria S. *Narciſſi* a Sanctae *Afrae* uerſione, qua peracta, rediit Sanctus cum ſuo Diacono *Felice* Gerundam, in qua ciate etiam martyrii coronam obtinuit. Hiſtoria finita, adhortatio ad lectores dirigitur,

*) De viro iſto, eiusque labore literario alibi mentio fiet.

quam Sancti inuocatio ſequitur. In fine legitur: *Explicit legenda Sancti Narciſſi epiſcopi et martiris per fratrem Wilhelmum Wittwer ipſa die inuencionis Sancti Stephani prothomartiris anno domini 1493. ſub Abbate Johanne de Giltlingen huius monaſterii.*

III. S. *Bonifacii* vita in duos libros diſtincta, 68. foliis conſtat. In fronte legitur: *Incipit prologus in vitam ſancti Bonifacii Archiepiſcopi.* Eius initium ita ſonat: *Peticionibus veſtris fratres Fuldenſes prout ſciencie mee paruitas permiſit parere ſtudui. Petiſtis enim vt ſancti patris noſtri Bonifacii vitam precipuo quidem elegantique vtpote ſancti Willibaldi ſtilo antiquitus editam ſed in locis quibusdam ita infirmo intellectui obſcuram vt difficile pateat quo oracio tendat hanc ego ſentencia aperciori referarem* &c. Praefatione abſoluta, primus immediate incipit liber, in quo de Sancti *ortu*, *patria*, *Monachatu*, *de vitae ſanctitate*, *eruditione*, *conuerſatione*, *peregrinatione*, *praedicatione*, *conſecratione in Epiſcopum*, *diuerſorum populorum conuerſione*, *monaſteriorum extructione*, *dioeceſium ſundatione de ſynodis ab illo celebratis*, agitur, et variae Summi Pontificis *Gregorii* epiſtolae continentur. In fine illius legitur: *Explicit in die barnabe* 1496. In ſecundo libro primum locum obtinent *Zachariae* Summi Pontificis ad *Bonifacium*, et huius ad illum epiſtolae, dein quantum accepto Moguntienſis eccleſiae praeſulatu, pro eccleſia laborauerit, contra haereticos vel falſos Chriſtianos certauerit, qualique exitu felicem paſſionis ſuae palmam compleuerit, enarratur. In fine legitur: *Explicit legenda ſancti Bonifacii Archiepiſcopi Moguntiacenſis* 1496.

Hanc hiſtoriam vnacum epiſtolis primus prelo in lucem emiſit anno 1604 *Nicolaus Serarius* S. I. Presbyter, qui res Moguntiacas in quinque libris publici iuris fecit.

IV. Feſtum S. *Hedwigis* Viduae continet ea, quae in eodem eccleſia in horis canonicis recitare ſolet, nimirum antiphonas, collectas, lectiones, hymnos. Iſtis pauca ab aliena manu de fundatrice monaſterii Monialium in Hohenwart in Bauaria ſiti adiecta habentur.

V. S. *Guilielmi* Eremitae vita et miracula, omnino cum iis, quae ſupra *N. II.* recenſita ſunt, conueniunt, ita vt de praeſente plus dicere merito ſuperſedere valeam.

XVII.

Vita S. Vdalrici. II. Legenda S. Afrae, Hilariae &c. III. Vita S. Brandani. IV. Vita et Paſſio S. Wiboradae. V. Paſſio S. Margarethae. VI. Tractatus quorundam SS. Patrum ſuper Ioannem in 4. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

I. Codex praeſens diuerſis ſcriptus eſt characteribus. S. *Vdalrici* vita characteribus haud luculentis, iisque arctatis exarata eſt. Abbreuiationes frequenter occurrunt. Praeter punctum nullum aliud adparet diſtinctionis ſignum. Initiales literae et capitulorum tituli rubro exſcripti ſunt colore. In fronte legitur: *Incipit epiſtola de vita ſancti Vdalrici Epiſcopi et Confeſſoris*: nimirum *Bernonis* Abbatis Augienſis ad *Frideboldum* Abbatem San-Vlricanum. Vita plane eadem eſt, quae ſupra *N. XIII.* adumbrata habetur. Iſtam ſequuntur duo miraculorum libri, quorum eodem numero mentio facta fuit. Primo capitulorum ſummaria ſunt praemiſſa, alteri vero ſubiuncta. His adiecta eſt rubrica eius-

eiusdem Sancti feſtum celebrandi. Dein agitur de Sancti corporis inuentione, et miraculis quibusdam. Tandem alia feſtum peragendi rubrica huic opuſculo finem imponit.

II. S. *Afrae* Hiſtoria eamdem externam exhibet ſpeciem. In eius fronte legitur: *Incipit prologus Adelberti prioris cenobii Auguſtenſis in conuerſionem ſeu paſſionem beate Afre martiris noſtre patrone.* Iſta cum illa, quam *N. XIII.* memorauimus, omnino conuenit. Sequitur eam conuerſio, et paſſio S. *Hilariae* et ancillarum S. *Afrae*, iſtas inuentio S. *Afrae*, et miracula quaedam.

III. Vita S. *Brandani* Abbatis octodecim foliis comprehenſa, venuſto ac minuſculo charactere eſt ſcripta. Literae initiales diuerſis coloribus ſunt exaratae. Diſtinctionis ſignum ſolum obſeruatur punctum. Incipit absque titulo ſequentibus verbis: *Sanctus Brandanus filius Fanlocani nepos Althi de genere Cogeni Stagmlen regionis mumenſium ortus fuit. Erat magne abſtinentie vir et virtutibus clarus trium millium fere pater monachorum* &c. Hiſtoria praeſens de quadam ſeptennali S. *Brandani* ad inſulas antea incognitas nauigatione ſolummodo agit; quae, cum propter ſua apocrypha, vanaque deliramenta ab eruditis iam penitus fuit reiecta, fuſiori contentorum enarratione illis ſtomachum mouere nolo. Conf. Act. SS. ab *Godef. Heſchenio,* et *Daniel. Papebrochio* edita T. III. Maii. p. 600. et ſeq.

IV. Vita S. *Wiboradae* Virginis et Martyris recluſae apud S. *Gallum* maiuſculis literis ſcripta triginta foliis conſtat. Initiales literae rubro ſunt colore exaratae. Diſtinctionis ſignum punctum occurrit. Initio operis rubro colore ſcriptum legitur: *Incipit vita et paſſio ſancte Wiborade virginis et martiris. apud ſanctum Gallum VI. nonas may.* Eius initium ita ſonat: *Beatiſſima igitur virgo dei Wiborada. ex alamanorum qui et ſueui ſtirpe oriunda. parentibus bene natis. viteque laudabilis nobilitate polentibus &c.* In primo capite agitur de *Sanctae patria* et *parentibus*: II. de *ſororis eius obitu*: III. *Nudipes eccleſiam adit, et ſilentio ſtudet*: IV. *Capite in itinere dolet*: V. *Hittonem fratem ad S. Gallum iuuat, cum illo Romam pergit, et redux eumdem ad monaſticen inducit*: VI. *Eius vitae in ſeculo ratio, et miracula*: VII. *Ab Epiſcopo Salomone Cellaein cluditur.* VIII. *S. Gallo docente futura diſcit*: IX. *A S.* Vdalrico *conſulta eidem euentura praedicit*: X. *Quaedam miracula*: XI. *Burchardus Sueuorum Dux punitur*: XII. *Hungarorum aduentum praeuidit, ab iisque occiditur*: XIII. *Corpus eius illaeſum fuit repertum*: XIV. *Miracula poſt mortem patrata*: XV. *Occaſio eius vitam ſcribendi.* In fine legitur ſanctae virginis Epitaphium, cui ſubiectum habetur: *Explicit epitalinus. Deo gracias. Anno domini M CCCC LXIIII. feria quarta quatuor temporum in aduentu domini.*

S. *Wiboradae* vitam primus *Godefridus Heſchenius* in Actis SS. Tom. I. Maii edidit: dein *Mabillonius* in Actis SS. Ord. S. *Benedicti* inſeruit. Autor ab vtrisque viris eruditione claris *Hartmannus* Monachus San-Gallenſis *S. Wiboradae* vixnon coaeuus celebratur.

V. Paſſio *S. Margarethae* Virginis et Martyris minuſculo eſt ſcripta charactere. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Diſtinctionis ſigna conſpiciuntur punctum et colon. Sequens titulus eſt praefixus: *Incipit prologus in vitam ſancte margarete virginis: Poſt paſſionem domini noſtri iheſu Criſti et glorioſam aſcenſionem eius in celum ad patrem omnipotentem in illius nomine multi martires paſſi ſunt: apoſtoli coronati et innumerabiles ſancti ſanctificati ſunt in nomine domini noſtri iheſu criſti ſaluatoris et vicerunt mundum: et ſuperauerunt tyrannides carnificum. Adhuc tamen optinebat inſaniam hominum dyabolica rabies: et ydola ſurda et muta et ceca manu hominum ſacta adorabant que ſibi non proderant. Ego enim theotimus in Criſti nomine credens vocatus a deo et doctus profunditate literarum ....*

poſui me caute cognoſcere: quomodo pugnauit beatiſſima margareta contra draconem eum et mundum. Ego ſecundum meam virtutem dedi precium et cartas comparaui qui in illo tempore ſcriptores erant: ſcripſique omnia que paſſa eſt beatiſſima margaret bris cartaneis &c. Prologo finito, mox *Incipit vita ſeu paſſio S. Margarete* ſequen do: *Beata margareta erat theodoſii filia: qui erat gentilium patriarcha: et ydola aa Vnam habebat filiam de ſe natam* &c. *Margaretha*, matre mortua nutricis ſuae oı ſcere coacta eſt. *Olybrius* praefectus ob eius pulchritudinem eam deperiens, c vſum appetiit. Iſto ab illa denegato, ira accenſus ſacrificare iuſſit, niſi gladio i velit. Deſcribitur paſſionis hiſtoria, pugna cum dracone, eiusque mors. In fine ita loquitur: *Ego theotimus tuli corpus beate virginis et conditum aromatibus repoſı in monumento lapideo quod ipſe incidi et collocaui in ciuitate Antiochia in domo incl trone cuiusdam: Ego enim eram qui miniſtrabam ei in carcere. Conſiderabam enim certamina et victoriam eius ab ipſis perſecutoribus et ſcripſi ad memoriam et exemplum fidelium: et transmiſi per diuerſas eccleſias* &c.

Hiſtoriam praeſentem a *Theotimo* quodam, vti ex prologo et operis fine patet tam nec *Surius*, nec *Bollandiani* in Sanctorum Actis inſertam habet. Iſti omnin crypham illam, et *Theotimum* fabuloſum nominant. *Tillemontius* Monum. eccl. 1 in notis adſerit: *quae loqui inducitur ſancta, videri otioſe potius compoſita et extr S. Auguſtino de ciuitate Dei, quam ſcripta ſub illa perſona, quae palam loquitur co dice; verbo, ne vel minimum in iſtis Actis, quae Autor tamquam ſincera vult obtruder huiusmodi veſtigium haberi.*

VI. Tractatus de S. *Joanne Euangeliſta* ex SS. Patribus excerptus minuſculo tere eſt ſcriptus. Tituli rubro ſunt expreſſi colore. Initio operis legitur: *Incipit t de ſancto Johanne Ewangeliſta Tituli capitulorum ſunt ſequentes: capitulum primum gine ſancti iohannis Ewangeliſte Yſidorus.* II. *De arte ipſius et priore conuerſacione ſtomus.* III. *De ipſius electione et corporis et animi puritate. Beda. Criſoſtomus. Petr mianus.* IV. *De priuilegio amoris precipui quo Criſtus eum dilexit. Beda.* V. *Qua plus quam Petrum amauit. Auguſtinus. Hugo de S. Victore.* VI. *De hoc quod in c pra pectus domini recubuit. Rhabanus: Auguſtinus: Petrus Damianus.* VII. *Cur ei de cruce matrem ſuam commendauit. Beda. Hieronymus.* VIII. *Qualiter in hac dign milis Petro fuit. Petrus Damianus.* IX. *Qualiter eius virginitas ceteris enituit. Hiero Petrus Damianus.* X. *Qualiter poſt aſcenſionem predicauit et in exilium miſſus, apo ſcripſit. Beda. Iſidorus. Hieronymus. Dionyſius.* XI. *Cur et qualiter Ew ſcripſit. Bed ronymus.* XII. *Quare pulchre de vtraque natura miſterialiter dixerit. Petrus Da* XIII. *Cur ei dominus arcana diuinitatis ſue reſeranda reſeruauit. Petrus Damianus.* XI *in aquile figura deſignatur. Beda. Origines. Petrus Damianus.* XV. *Cur idem filiu trui appellatur. Beda. Chriſoſtomus. Hieronymus.* XVI. *Cur ab ipſo nomen ſuum q Johannes in ewangelio ſubticetur. Origines. Beda. Auguſtinus.* XVII. *Quod eius a omnem philoſophiam diuinam et humanam ſupergrediatur. Auguſtinus. Hieronymus. Ch mus.* XVIII. *Qualiter in aſſertione fidei Petro comparatur. Petrus Damianus.* XIX. *in ſublimitate verborum eidem prefertur.* XX. *Quod etiam deificatus angelis aſſimilatu guſtinus. Chriſoſtomus.* XXI. *De ipſius epiſtolis et habundancia fraterne caritatis. Pet Hier.* XXII. *De miraculis et paſſionibus eius. Iſidorus. Beda. Aug. Hier.* XXIII. *rum oppinione qui putant eum in ſepulchro viuere. Beda.* XXIV. *De tranſitu eius ſe*

leb

rando. XXV. *De ipſo apoſtolo a nobis interpellando.* In fine legitur: *Explicit tractatus ſancto Johanne Ewangeliſta. In vigilia Epiphanie. ſ.* 1454.

XVIII.

atalogus Abbatum San-Vlricanorum, in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XVI.

Praeſens opus 25. foliis conſtat. In ſuperiori paginae parte electionis cuiuslibet Abtis annus et quamdiu monaſterio praefuerit, in vulgari idiomate legitur: in inferiori ro abbatialia inſignia coloribus diſtincta, venuſteque depicta, aſt hinc inde male efficta aſpiciuntur: *Alle Eptt ſo die hailig Chriſtliche Kirchen vnnd daſs hochwürdig gottshauſs ſant Affra vnnd ſant Vlrich zu Augſpurg geregiertt habenn vonn her Reginbaldus dem len chriſtlichen Aptt biſs auff den hern Jacoben Köpplin apt zu ſant Affra vnd ſant Vlh zu Augſpurg.* Primum locum dein obtinet S. *Vdalricus*, ſecundum *Gebhardus*, qui no 1006. electus, et 1012. Monachos Benedictinos in S. *Afrae* eccleſiam indroduxiſſe ntra communem hiſtoricorum narrationem, dicitur. Plures alii errores chronologici eriuntur. Adiecta ſunt, ſed absque textu, inſignia Abbatum *Joannis Merck: Bernar- Hertfelder: Gregorii Ios: Romani Daniel*, et *Wilibaldi Popp.*

XIX.

alterium cum hymnis, Canticis &c. in fol. Codex Membranaceus Sec. XV.

Codex iſte 231. foliis conſtat. Scriptus eſt literis maiuſculis ſeu miſſalibus. Rubri- rubro colore ſunt ſcriptae. Initiales literae et pſalmorum et verſuum aut rubro, aut ruleo colore ſunt exaratae; prima vero eſt deaurata, variisque coloribus diſtincta, et ibus figuris exornata, vna B. V. *Mariam Ieſum* in ſinu portantem, altera *Dauidem* in hara canentem repraeſentante. Pergamentum parum politum eſt. Praemittitur pſal- o calendarium eccleſiaſticum, ſex foliis contentum. Pſalterium ſequuntur cantica, ces, lytaniae, S. *Ambroſii* hymnus, ſymbolum S. *Athanaſii* dictum; iſtis ſubiungun- hymni cum ſuis melodiis paulo minoribus literis ſcripti, his iterum quaedam can- , in quorum fine rubro colore ſcriptum legitur: *Finitus eſt iſte liber in octaua Sancti chaelis ſub anno domini M. CCCC. XVIIII. per manus fratris Hainrici cuſtodis Mona- ii ſanctorum Vdalrici et Afrae.* Iſtis diuerſis temporibus diuerſa ſunt a variis adiecta.

XX.

Pſalterium cum canticis, hymnis &c. in fol. Codex Membı ceus. Sec. XV.

Hic codex 220. foliis contentus, iisdem literis, quibus immediate praecedens, tus eſt. Integra eiusdem inſtructio cum illo quoque conuenit. Calendarium eccl cum praecedit, ſequitur tunc pſalterium, cuius initialis litera diuerſis coloribus d Dauidem in throno ſedentem, cum cythara canentem exhibet. Initiales literae d tae non conſpiciuntur. Quis iſtum exarauerit, non inuenitur indicatum. In fine dam ſunt adiecta.

XXI.

Pſalterium, Cantica, Hymni &c. in fol. Codex Membrana Sec. XV.

Diuerſi generis characteribus, iisque miſſalibus, inaequalibus, exigua venuſtat dentibus praeſens ſcriptum eſt pſalterium. Initiales literae diuerſis depictae ſunt bus, et tredecim earum inauratae ſunt; prima etiam *Dauidis* poenitentis ima praeſefert. Foliis 190. comprehenditur. Hymni minoribus, ſimul ac pulchriorib teris, ac notis choralibus ſunt exarati. Pſalterium cum canticis ſeculi XV. initio ſcriptum, ex characteris forma colligi poſſe mihi videtur. Iſtos vero ad eiusdem in lucem prodiiſſe, ſequens anni indicium in fine adpoſitum: 1498. oſtendit. S his literis F. V. F. ſeſe manifeſtat. Ex inſtrumento ſuper translatione S. *Simper* no 1492. facto, iuxta illas fuiſſe Fratrem *Vdalricum Fechſenhaur*, noſtri aſceterii chum, coniici poteſt.

XXII.

Pſalterium, Cantica, Hymni &c. in fol. M. Codex Membı ceus. Sec. XV.

Pſalterium iſtud, 143. foliis contentum, pulchre miſſalibus literis ſcriptum eſt tiales literae diuerſis coloribus eleganter admodum depictae ſunt: reperiuntur inte octodecim deauratae, marginesque figuris, floſculisque perbene exornatae. Rubricae colore ſunt exaratae. Praemittuntur eccleſiaſticum calendarium, et abſolutiones, ir rum fine legitur: 1498. *P. E. H.* Iuxta has literas *Eraſmus Hueber* Monachus Sar ricanus, qui anno 1492. iuxta inſtrumentum ſupra memoratum in monaſtico ve eſt tyrocinio, ſcriptor dicendus eſſet. Hymni iisdem ſunt ſcripti literis, quibus pſalterium et cantica. Hymnos ſequuntur cantica, in quorum fine habetur annus

indicatus, quo forſitan opus hoc praecellens abſoluebatur. Sequentibus annis hymnus Ambroſianus *Te Deum Laudamus* adſcriptus fuit.

XXIII.

Miſſale cum cantu chorali, in fol. M. Codex Pergamenus Sec XV.

Codex hic praeſtantiſſimus 299. foliis conſtat. Superbit characterum miſſalium elegantia, colorum diuerſorum nitore, initialibus triginta literis pulcherrime deauratis, figuris mira elegantia depictis, pergamenique praeſtantia. Folia arabicis numeris ſunt notata. Rubricae rubro colore ſunt ſcriptae. Prima folii primi pagina vacua eſt. In auerſa incipit Miſſale a prima aduentus Dominica. Prima litera initialis A figuras Patrem coeleſtem, Prophetam ad illum ſuſpirantem, et diuinum infantem repraeſentantes exhibet; margines aeque ſunt mira elegantia deauratae, diuerſis figuris exornatae, puerulos nudos, ſimios, et in inferiori parte praeter duos angelos, et animalia, B. V. *Mariam* et *Ieſulum* in ſinu ſedentem oſtendentes. Initialis miſſae de Natiuitate Domini litera pulcherrimis coloribus picta eſt, exhibens Ieſum natum inter duo animalia iacentem vnacum *Maria* et *Joſepho*, margines deauratae et coloribus diſtinctae, floſculis animalibusque exornatae, angelos canentes cum inſcriptione: *Gloria in excelſis Deo et in terra pax hominibus bonae voluntatis*: Pſalmiſtam cum inſcriptione: *Dominus dixit ad me, filius meus es tu ego hodie genui te*: Paſtores oues paſcentes cum inſcriptione: *Transeamus usque Bethlehem et videamus hoc verbum quod dominus oſtendit nobis*: et Prophetam cum inſcriptione: *Cognouit bos poſſeſſorem ſuum praeſepe domini ſui.* Initialis litera in feſto Reſurrectionis Domini Chriſtum reſurgentem a mortuis, et milites dormientes repraeſentat; margines figuris deauratis et viuis coloribus expreſſis ſunt decoratae. Illa in feſto Pentecoſtes B. V. *Mariam* et *Apoſtolos* in oratione perſeuerantes et aduenientem Spiritum S. exhibet: margines deauratae ſplendent. In initiali litera in proprio feſtorum *Petrus* et *Andreas* in mari piſcantes et *Ieſus* in litore ſtans conſpiciuntur, in margine omnes duodecim Apoſtoli, quilibet articulum ſymboli apoſtolici ante ſe habens, occurrunt. In feſto S. *Vdalrici* Epiſcopi, eiusdem ſancti imago, S. *Afrae* eiusdem ſanctae icon, et in marginae SS. *Hilariae*, *Dignae*, *Eutropiae* et *Eunomiae* cum noſtri monaſterii inſignibus, in Natiuitatae B. V. *Mariae* ipſa virgo ſanctiſſima cum *Ieſu* infantulo obſeruantur.

Opus iſtud in tres diuiſum eſt partes, prima miſſas de tempore, ſeu de aduentu usque ad dominicam viceſimam quartam poſt Pentecoſten, ſecunda illas de propriis, tertia de communibus Sanctorum feſtis comprehendit. Primae pro diuerſitate feſtorum diuerſa *Kyrie*, *Gloria inexcelſis* &c. modulatio ſubiungitur. Cantui *Gloria inexcelſis* in feſtis B. V. *Mariae* ſunt quaedam intermixta, quae noſtris temporibus penitus omittantur: E. g. Poſt verba; Domine fili vnigenite &c. *Spiritus et alme orphanorum paraclite*; Domine Deus agnus Dei: *Primogenitus Mariae virginis matris*: Suſcipe deprecationem noſtram, *ad Mariae gloriam*: Quoniam tu ſolus ſanctus, *Mariam ſanctificans*: tu ſolus dominus, *Mariam gubernans*: tu ſolus altiſſimus, *Mariam coronans*. Miſſis de communi ſanctorum ſequuntur Miſſae pro defunctis, pro peſte, et quaedam ſequentiae, in quarum fine legitur; *Explicit Graduale per fratrem Leonhardum Wirſtlin alias Wagner de Schwab-*

 menchin-

menchingen presbyterum et conuentualem Monaſterii ſanctorum Vdalrici et Afrae Anno Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo. feria tercia poſt Benedicti. In fine generalis index adiectus habetur.

Leonardus Wagner, vt ſcribit *Wittwer* in cataloge ſupra deſcripto, hoc opus excellentiſſimum ſcribere incipit anno 1489. et anno 1490. feria tertia poſt Dominicam palmarum octauo idus Aprilis abſoluit; *Conradus Wagner* vero Ellingae oriundus et Monachus San-Vlricanus, vt autoris verbis vtar, *pulchre et pretioſe illuminauit diuerſis picturis et imaginibus in locis eiusdem libri conuenientibus et figuris aptis ad feſta Chriſti B. Virginis et aliorum ſanctorum per anni circulum. Illuminauit etiam vnam literam tantum Fr. Stephanus Degen, propter quam incidit in maximum capitis dolorem, ita vt deinceps factus fuit inutilis ad opera conuentualia ... quia noluit acquieſcere conſiliis Abbatis.* Inuenitur etiam *Conradi Wagner* nomen et cognomen in initiali litera feſti Epiphaniae his literis expreſſum: *Anno dom.* 1490. *P. F. C. W.*

XXIV.

Pſalmi, Cantica, Hymni, Officium defunctorum &c. in fol. M. Codex Membranaceus Sec. XV.

Codex praeſens, foliis 199. contentus, ſua praeſtantia, ſuaque venuſtate omnes alios facile ſuperat. Pergamenum eſt politum, et excellens. Characteres elegantia et aequalitate celebres. Omnis generis colores omnium admirationem merentur. Initiales literae auro diuites, quarum quinquaginta numerantur, figuris pſalmorum, canticorum &c. textui adcommodatis ſuperbiunt. Margines lepidis figuris auro, diuerſisque coloribus diſtinctis, omnis generis animalibus, auibusque decoratae aſpicientium oculos delectant. Dolendum certe, trecentorum annorum vſu ornatum illum hinc inde fuiſſe detritum. Folia numeris arabicis ſunt adnotata. Rubricae rubro colore exaratae.

Praemittuntur pſalterio abſolutiones et benedictiones, atque calendarium eccleſiaſticum. Sequitur deinde folium, cuius prima pagina vacua eſt, in auerſa vero conſpiciuntur SS. *Vdalrici* et *Afrae* et alterius ſancti imagines, Abbas *Joannes* de *Giltlingen*, cui *Leonardus Wagner* flexis genibus pſalterium offert, ſupra Dei dextra benedicens, et monaſterii, infra Abbatis inſignia adparent. Pſalterium incipit a hymno *Iam lucis orto ſidere*, qui primam implet paginam, auro et figuris ſplendentem, in auerſa inchoat primus pſalmus, cuius initialis litera elegantiſſima *Dauidem* canentem, et *Goliath* occidentem repraeſentat. Primum verbum deauratis literis conſtat; margines figuris implentur. Viceſimi pſalmi litera initialis *Dauidem* ſuper inimicos ſuos triumphantem concinne depictum exhibet: ſeptuageſimi tertii: *Vt quid Deus repuliſti in finem*, ciuitatis Ieruſalem oppugnationem nitide oſtendit, ſic et reliquae initiales figuram pſalmo reſpondentem exhibent. Pſalmis intermixti ſunt hymni, antiphonae et preces. Pſalmos ſequuntur cantica feriis dici ſolita, hymnus Ambroſianus, lytania, cantica de tempore et feſtis Sanctorum, hymni de tempore, et pro feſtis Sanctorum tam propriis, quam communibus, denique officium defunctorum, et antiphonae de B. V. *Maria*. In fine ſequens legitur notitia rubro colore adiecta: *Finitum diuinum hoc dauidis opus. cum ymnorum carmine. reliquisque diuine ſeruitutis ſacris officiis. Chriſti aſpirante gracia. per fratrem*

Leon-

Leonhardum Wagner de Schwabmenchingen presbiterum ac profeſſum conuentus huius monaſterii. Annum etatis agentem quadrageſimum primum. preſidente huic monaſterio venerabili abbate domino Johanne de Giltlingen. Anno videlicet domini. 1495. *ſeptima die Aprilis. decima iam hora phebo axem celi aſcendente. (qua et hora anno emenſo tum primum ceptum fuerat) tu diue pater preſulque ſanctiſſime Vdalrice placite accipe. Accipe et tu precor deo grata Affra martir Chriſti ſacerrima. tuo non minus nomini dicatum. Accipite porro clementer vtrique atque cum reliquis ſanctis martiribus et confeſſoribus. quorum plurima multitudo in hoc loco ſacram ſibi quieſcendi delegit manſionem. quod minusdeo dignum manus veſtri mancipii elaborauit. veſtra ſanctitate emendatum. ad tabernaculum dei. vel ceu pelles caprinas. pro peccatis meis. oro. offerte.*

Wilhelmus Wittwer, in catalogo ſupra deſcripto, ſcribit: *Anno* 1494. *ex voluntate domini Abbatis Johannis de Giltlingen huius monaſterii ac tocius conuentus exempti ſunt a choro et aliis laboribus communibus duo fratres conuentuales videlicet Leonhardus Wagner alias Würſtlin optimus et egregius ſcriptor diuerſarum ſcripturarum et Fr. Balthaſar Kramer filius huius ciuitatis de genere textorum honeſtorum ea intencione vt ſcriberent duo pſalteria pro choro quod voluntarie et obedienter onus acceperunt ſperantes ſe recepturos mercedem bonam &c. Acta eſt hec exemptio ipſa die ſancti Ambroſii id eſt pridie nonas Aprilis in capitulo per dominum abbatem prefatum ſolemniter Deinde diſpoſuerunt ſe ambo ad illud negotium ſiue obedienciam quanto cicius potuerunt et inceperunt ſcribere ſimul et ſemel feria tercia immediate ſequenti in qua fuit eodem anno feſtum ſanctiſſimi patroni noſtri Vdalrici ſcilicet translationis id eſt ſexto ydus Apprilis.*

De *Krameri* pſalterio numero ſequenti.

Memorata duo pſalteria figuris deauratis ac diuerſo colore diſtinctis nitidiſſime exornauit Ciuis Auguſtanus *Georgius Beck* cum filio ſuo, vti idem *Wittwer* loc. cit. nos docet.

XXV.

Pſalmi, Cantica, Hymni, Officium defunctorum &c. in fol. Max. Codex Membranaceus Sec. XV.

Codex hic praeſtantiſſimus, foliis 192. conſtans quoad ſuam externam faciem immediate praecedenti vixnon in omnibus aequiparandus eſt, iisdem figuris, eodem ornatu, eademque eleg&ntia ſuperbit, ſi primum illius folium deauratum, et depictum excipiatur. Eadem etiam plane, quae in illo, et in hoc contenta occurrunt. Itaque fuſiori ſtilo eum adumbrare omnino ſuperſedere poſſum. In fine ſequens legitur notitia rubro colore ſcripta: *Ad laudem omnipotentis dei ac glorioſe genitricis eius Intemerate virginis Marie. necnon ob honorem et gloriam ſanctorum Vdalrici et Afre. opus hoc completum eſt afflante ſpiritus ſancti gracia per me fratrem Balthaſar Kramer In Recia Auguſta Vindelica natum. ac ibidem enutritum. monachum per expreſſum profeſſum. et presbiterum conuentus huius cenobii. Abbatizante huic cenobio Venerabili Abbate Johanne de Giltlingen. Anno videlicet incarnate deitatis* 1495. *vndecima aprilis hora quaſi meridiei.*

Huius codicis, et eiusdem ſcriptoris ante me Cl. *Veithius Alphab. I. Bibl. Auguſt.* p. 97. meminit, eiusque ſcribendi dexteritatem debito laudis encomio honorauit.

XXVI

Reſponſoriale et Antiphonarium pro feſtis tam propriis quam communibus, in fol. Max. Codex Pergamenus Sec. XV.

Codex praeſens, ſiue textus, ſiue notae chorales reſpiciantur nitidiſſime ſcriptus eſt. Rubricae rubro colore ſunt expreſſae. Initiales literae aut deauratae, aut elegantibus coloribus ſunt depictae. Folia arabicis numeris ſunt indicata. Pergamenum ob ſuam praeſtantiam omnem meretur aeſtimationem. In operis fronte legitur capitalibus literis ſcriptum: *In. Nomine. Domini. Incipit. Proprium. Sanctorum ſecundum. Rubricam romanam.* Initium ſumit a feſto S. *Andreae* Apoſtoli, cuius initialis litera Sanctum iſtum pictum exhibet. Dolendum admodum, multa in hoc codice deſiderari folia, quorum locum alia, hoc primum ſeculo inſerta, occupant. In fine nec ſcriptoris nomen, nec anni, quo ſcriptus, indicium inuenitur. Continentur in iſto inuitatoria, reſponſoria cum verſibus pro matutinis, et antiphonae in nocturnis, laudibus, et horis decantandae.

XXVII.

Reſponſoriale, et Antiphonarium de tempore. in fol. Max. Codex Membranaceus Sec. XV.

Codex iſte 260. foliis contentus, Reſponſoria et Antiphonas ab aduentu vsque ad Paſchatis feſtum comprehendit. Tam textus, rubricae, quam notae chorales eleganter exaratae ſunt. Initiales literae aut rubro aut coeruleo, aut etiam diuerſis coloribus ſunt depictae, tres earum deauratae occurrunt, prima prophetam Meſſiae viſione gaudentem repraeſentat. Primittuntur Rubricae. In primo folio ſequens legitur inſcriptio: *In nomine Sancte trinitatis Incipit Antiphonarium ſecundum conſuetudinem monaſterii ſancti Vdalrici ordinis ſancti Benedicti.* In fine et ſcriptoris nomen, et anni indicium deſiderantur.

XXVIII.

Reſponſoriale et Antiphonarium de Sanctis proprium. in fol. Max. Codex Membranaceus Sec. XV.

Folia 114. in hoc codice nitide ſcripto numerantur. Initiales literae tredecim deauratae, figuris exornatae, reliquae vero venuſtis coloribus depictae eumdem exornant. In eiusdem fronte legitur: *In nomine domini. Incipit proprium Sanctorum ſecundum Rubricam Romanam.* Caret ſcriptoris nomine et anni indicio. Temporis ſucceſſu quaedam ab aliis pluribus adſcripta fuere. Continentur in eodem ſolummodo feſta de ſanctis propria.

XXIX.

XXIX.

Reſponſoriale et Antiphonarium de tempore. in fol. Max. Codex Membranaceus Sec. XV.

Praemittuntur in praeſenti codice rubricae duobus foliis contentae. Conſtat iſte foliis 263. numeris arabicis notatis. Initiales deauratae tantum tres reperiuntur; prima earum prophetam auroram conſiderantem exhibet. Initio legitur: *In nomine ſancte trinitatis Incipit Antiphonarium ſecundum conſuetudinem monaſterii ſancti Vdalrici.* Initium ſumit ab aduentu domini, et in ſabbato ſancto terminatur. Scriptoris nomen, et annus, quo ſcriptus fuit codex, deſiderantur.

XXX.

Reſponſoriale et Antiphonarium de Sanctis proprium. in fol. Codex Membranaceus Sec. XV.

Praeſens codex foliis 177. contentus praecellens eſt, tum ob characterum miſſalium venuſtatem, tum ob notarum aequalitatem, tum ob initialium literarum aut deauratarum, aut pulcherrimis coloribus pictarum elegantiam, denique ob pergameni praeſtantiam. In fronte eiusdem legitur: *In. Nomine. Domini. Incipit. Proprium. Sanctorum. ſecundum Rubricam romanam.* Initium ſumit a feſto S. *Andreae* Apoſtoli et in S. *Clementis* feſto terminatur. Diuerſae manus deinde adiecerunt feſtum S. *Simperti*, Antiphonas pro feſto S. *Vdalrici*: et feſtum viſitationis B. V. *Mariae*, cuius initio ſequens habetur notitia: *Incipit hyſtoria feſti Viſitacionis beate Marie virginis edita in ſacro Baſilienſi Concilio. in quo et ipſum feſtum celebrari per vniuerſam eccleſiam de nouo ſtatutum eſt. Et ipſa hyſtoria approbata et canonizata eſt. Anno domini MCCCC. XL.*

XXXI.

Reſponſoriale et Antiphonarium de communi Sanctorum. in fol. Max. Codex Membranaceus Sec. XV.

Praemittuntur B. V. *Mariae* feſta ad finem Seculi XV. ſcripta. Deinde ſequitur commune ſanctorum vnacum officio defunctorum 84. foliis comprehenſum. Characterum elegantia, initialium literarum deauratarum aut diuerſis coloribus pictarum venuſtas, et pergameni praeſtantia praeſentem codicem haud parum commendant.

XXXII.

Reſponſoriale et Antiphonarium tam proprium quam de communi Sanctorum. in fol. Max. Codex Membranaceus Sec. XV.

Codex hic praeſtantiſſimus 215. foliis conſtat. Exornatus eſt 33. initialibus literis auro et figuris cuilibet feſto adcommodatis celebribus, folia numeris arabicis ſunt indicata. Continet reſponſoria et antiphonas pro feſtis tam proprias, quam communes. Inſcriptionem ſequentem habet praefixam: *In Nomine. Domini. Incipit. proprium Sanctorum ſecundum Rubricam Romanam.* In fine legitur: *Explicit in die ſancti Auguſtini Epiſcopi et Confeſſoris anno* 1459. Additae ſunt rubricae minori charactere ſcriptae. Subiectum denique habetur feſtum S. *Simperti* ad finem ſeculi XV. ſcriptum. In duabus initialibus literis deauratis ſequentes literae inueniuntur I. M. H. quae absque dubio pictorem et illuminatorem denotant; quisnam vero fuerit, perſpectum non habeo.

XXXIII.

Miſſale cum cantu. in fol. Codex Membranaceus.

Codex iſte 273. foliis contentus, pergameni praeſtantia, characterum elegantia, initialibus literis, quarum plures figuris ſunt exornatae, deauratis, pulcherrimisque coloribus expreſſis ſuperbit. Folia arabicis numeris ſunt adnotata. Rubricae rubro colore ſunt exaratae. Incipit miſſale ab aduentu domini. Prima initialis litera B. V. *Mariam* cum *Ieſulo*, cui Abbas librum offert, exhibet. Literae et notae chorales priorum trium linearum ſunt deauratae. In fine rerum inuenitur index. Tunc ſequuntur ſequentiae in feſtis S. *Simperti*, S. *Vdalrici*, *Corporis Chriſti*, SS. *Trinitatis*, et *Sanctorum in noſtra eccleſia quieſcentium* decantandae, et miſſa pro auertenda peſte, ab aliena manu adiecta. Sequentiae pro S. *Vdalrici* feſto ſequens eſt documentum praemiſſum rubro colore ſcriptum:

Dignetur, Reuerendus et percolendus In Chriſto pater et dominus Dominus Epiſcopus Eccleſie Auguſtenſis ſeu Venerabilis aut Egregius dominus Rector Tumbalis templi precioſi confeſſoris Sancti Vdalrici pro eiusdem ſancti memoria et veneracione vberiori tam legendo quam promendo habenda hanc ſequentiam gratanter ſuſcipere et relliquis ſuis canticis benigne auellere. In qua ipſius ſancti Vdalrici vita necnon miracula vsque ad ſuam mortem. per eum ſeta. de pluribus legendis in vnum collecta. ferme penitus comprehenduntur. Queque cum aliis nouis proſis et ympnis. Anno domini M CCCC LXI. in oppido Lewben Ducatui Stirie ad inſtanciam Glorioſiſſimi Principis et Domini Friderici Tercii Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti. Auſtrie et prefate ſtirie &c. ducis. per Reuerendiſſimum et preſtantiſſimum in Chriſto patrem et dominum. Dominum Beſſarionem Cardinalem. Nicenum. tunc ſedis Apoſtolice. per totam Germaniam &c. legatum de latere. approbata eſt forma ſubſequenti. atque edita ſuper glorioſum nomen Vdalricus Itaque quelibet litera duos verſus occupat ceteris vero vltra finem nominis hiſtoriam complentibus.

Tenor confirmacionis ſequenciarum et ympnorum pretactorum.

Apro-

Approbamus et concedimus vt cantentur publice in eccleſiis pie intelligendo ſi qua in hiis poſita ſint ex hiſtoriis non autenticis et omnia ad dei gloriam referendo.

Beſſarion Cardinalis. per totam Germaniam Sedis Apoſtolice Legatus de latere.

Praefata ſeptem reſponſorialia et antiphonaria, vnacum Miſſali mox deſcripto *Melchiorem Stamham* Abbatem aut comparaſſe aut a ſuis ſcribi curaſſe, *Wilhelmus Wittwer* in ſuo catalogo ſequentibus nos docet:

Cunctos autem libros chori in Antiphonariis de tempore et ſanctis vtroque tempore graduale ac miſſalibus pharatris et ceteris libris ſcilicet proceſſionalibus grauibus expenſis idem venerabilis pater et Abbas Melchior comparauit ac renouauit iuxta chorum monaſterii mellicenſis. Ipſe tamen Abbas ex induſtria ſua iuſſit ſcribere eosdem libros ſaltim aliquos precipue per manus duorum patrum conuentualium videlicet patrem Hainricum Pittinger et patrem Johannem Laniſicis alias Lutiſigulus qui bonus et optimus cantor fuit ideo ab eodem Abbate Melchiore ſibi iniunctum fuit vt ſcriberet ac notaret per ſe graduale *) *pro choro quod et fecit omni diligencia qua potuit ſicut et fecit in antiphonariis. Quidam etiam ſacerdos ſecularis ſcripſit aliquoset notauit... Predicti autem libri ſcriptiſunt et completi per predictos anno domini* 1459. *Quos omnes quidam pater nomine Johannes Franck* *) *conuentualis illuminauit et picturis decorauit.*

XXXIV.

Antiphonarium et reſponſoriale de communi Sanctorum. in fol. Codex Membranaceus.

Hic codex 80. foliis conſtat. Eius characteres notae elegantiſſimae, colores viuaciſſimi, nouem initiales literae, figuris cuilibet feſto adcommodatis exornatae, margines auro et floribus decorati illum praecipue depraedicant. In fronte legitur: *Incipit commune ſanctorum. Et primo de Apoſtolis et Euangeliſtis.* Antiphonas ſequitur defunctorum officium, in cuius fine legitur: *Finit per fratrem Leonhardum Wagner de Schwabmenchingen presbiterum et conuentualem huius monaſterii. Anno* 1495. *Sexto Kl. Auguſti.* Adiectae reperiuntur antiphonae pro feſtis B. V. *Mariae.*

XXXV.

Reſponſoriale et Antiphonarium de tempore, et propriis Sanctorum feſtis. in fol. Codex Membranaceus.

Folia in hoc codice 239. numerantur. Praeſtante gaudet pergameno. Characteres incomti, iis, quibus praecedentes codices ſcripti ſunt, haud aequiparandi. Initiales literae auro et figuris, feſtis correſpondentibus, exornatae, margines etiam ſuo decore non carent. folia arabicis numeris ſunt indicata. Antiphonarium de tempore incipit a Sabbato primae Dominicae Aduentus, et 135. foliis comprehenditur. Reliqua folia antiphona

*) Miſſale intelligendum et forſan ſupra memoratum.

*) De quo ſupra iam dictum fuit.

phonae et reſponſoria de Sanctis propria implent. In eorum fine minuſculis literis tum legitur: *Finis iſtius operis per fratrem Eraſmum Hueber Atheſinum presbiterum p ſum huius diui monaſterii ſanctorum Vdalrici et Afre. Tercia feria hoc eſt Nono Kl. tembris in die ſancti Bartholomei Apoſtoli. Anno domini* 1501. Sequuntur adhuc v *Gloria Patri* &c. iuxta octo tonorum melodiam, in quorum fine caeruleo colore tum habetur: *Per fratrem Eraſmum Hueber Anno Domini* 1501.

XXXVI.

Liber Veſperarum et Hymnorum. in fol. Codex Membranac

Codex iſte a folio octauo incipit, ex quo ſeptem priora deſiderari elucescit. V rae de Dominica initium ſumunt, et vsque ad ſabbatum progrediuntur. Pſalmis e antiphonae ſunt praemiſſae. Veſperas excipiunt hymni tam de tempore quam pro noſtris temporibus haud vſitati. E. g. Dominica tertia et quarta Aduentus reperitu quens hymnus:

Veni redemptor gentium,
Oſtende partum virginis,
Miretur omne ſeculum,
Talis decet partus Deum &c.

Sic ſingulae dominicae in quadrageſima ſuum proprium habent hymnum. In pletoriis quoque diuerſi reperiuntur. In fine vnum aut alterum folium deeſt. Vi mihi codicem iſtum ſaltem initio Seculi XV. ſcriptum fuiſſe.

XXXVII.

Liber Veſperarum et Hymnorum. in fol. Codex Membranac

In hoc quoque codice priora ſeptem folia deſunt. Eius contenta, characteres notae chorales praecedenti plane conſonant, ex quo, iſtum eodem tempore, ab ea que manu fuiſſe exaratum, colligi licet. In fine quorundam foliorum defectus o uatur.

XXXVIII.

Diuerſa ad diuini officii vſum. in fol. Codex Membranaceus.

Praemittuntur huius codicis contenta, quae ſequentia ſunt: *Inuitatoria de temp de ſanctis*: *Pſalmus*: Venite exultemus &c. cum diuerſa modulatione: *Officium defu rum*: *Te Deum laudamus*: *Antiphonae B. V. Mariae*: *Melodia hymnorum iuxta feſt exigentiam*: *Differentiae tonorum*: *Modus legendi lectiones*: *Gloria Patri iuxta octo t Benedicamus domino*: *Modus cantandi officium, pronuntiandi collectas in horis, benedi*

me

nſam, *legendi prophetias*, *legendi Epiſtolas et Euangelia*: *Ordo verſiculorum*, *reſponſorio-*
n breuium: *Lectiones breues cum reſponſoriis ſuis tempore aeſtiuali.*

Conſtat iſte 65. foliis Initiales literae diuerſis coloribus ſunt expraeſſae. Rubricae minori
aractere et rubro colore ſunt ſcriptae. Haut dubitandum, praeſentem codicem, iuſſu
elchioris de *Stamham* iuxta Mellicenſium conſuetudinem fuiſſe ſcriptum, et quidem, vt
characteribus patet, aut ab *Henrico Pittinger* aut a *Joanne Lanifice*. Ex ſuperioribus
em colligi licet.

XXXIX.

)iuerſi tractatus de poenitentia et compunctione &c. Accedunt quaedam de reformatione Monialium ad S. Nicolaum.

Duplici charactere ea, quae in hoc codice reperiuntur, ſcripta ſunt. Ille, qui po-
ſimum occurrit, venuſtate, dilucidateque caret. Verborum abbreuiationes frequenter
:currentes, legendi facilitatem adgrauant. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae.
uae in hoc codice inueniuntur, maxime tractatus aſcetici, et theologici ſunt, itaque
sdem indicaſſe ſufficiat

I. De Confeſſione et eius effectibus, atque de compunctione: II. *Haymonis* homi-
ı ſuper verba: *Ductus eſt Ieſus in deſertum.* III. *Iſidorus* ſuper librum *Exodi.* IV. De-
etum *Bonifacii* de ſtatu regularium. V. De ſpoliatione Aegyti et de Paſcha. VI. De
eculo humanae Saluationis. VII. De inferni ſpoliatione in lingua vulgari. VIII. Sermo
: lapſu Luciferi. IX. Confeſſio deuota. X. De anniuerſario in dominica, et reconcilia-
ne eccleſiae vel coemeterii. XI. De Gloria in excelſis. XII. De confeſſione. XIII. *Hay-*
) ſuper epiſtolas S. *Pauli.* XIV. De ſpeciebus et articulis in confeſſione. XV. Tracta-
s *Nicolai* de *Dinkelſpiel* de confeſſione. XVI. Ex horologio ſapientiae de paſſione.
VII. Hiſtoria *Barlaam.* XVIII. Sermones de dedicatione. XIX. S. *Anna* tres *Marias*
perit. XX. De conditione humana. XXI. Forma viuendi in monaſteriis. XXII. In-
lgentiae papales. XXIII. De expoſitione miſſae. XXIV. De duodecim humilitatis gra-
bus. XXV. *Joannis Gerſon* tractatus de pollutione. XXVI. De octo vitiis principali-
s. XXVII. Sermo de corpore domini &c. XXVIII. Chartae viſitationis pro Parthe-
ne S. *Nicolai* extra vrbem, quae in *Adpendice N. XXV.* reperiuntur. In iſtis Abbas
Prior SS. *Vdalrici* et *Afrae* eiusdem Superiores declarantur. XXIX. S. *Simperti* vita
miracula ab *Adalberto* Priore San-Vlricano ſcripta, et iam ſupra adumbrata. Scrip-
s eſt hic codex in ſeculi XV. medio a Monacho San-Vlricano, qui plura ſuae indu-
iae monumenta absque ſui nominis manifeſtatione reliquit.

XL.

Mellibeus. II. De Sacramento matrimonii. III. Demoſtenis oratio ad Alexandrum. IV. Vtilis inſtructio. V. Generalis Confeſſio. VI. Ioan. Weſternach carmen. In lingua vulgari. in 4. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Quae in hoc codice contenta ſunt, germanico idiomate et eleganti minuſculo charactere Seculo XV. ſcripta ſunt. Primum opuſculum absque titulo ſic incipit: *Es was ain Iunger man genant Mellibeus der was mechtig vnd reich* &c. Auguſtae Vindel. iſtud anno 1473. et 1480. fuit impreſſum. * Secundum ſic inchoat: *Weliche got zuſamen haut gefüget die ſoll kain menſch von ainander ſchaiden* &c. et ſex tantum foliis conſtat. Sermo *Demoſtenis* ita incipit: *Nutzit haſt du Alexander von deinem glicke gröſſers danne das magſt* &c. Inſtructio illa moralis eſt, et ſequens ſumit initium: *Hör menſch ich will dir lere geben wie du ſolt fürn hie dein leben das es got ain gefallen ſey* &c. Poema *Weſternachii* ſequenti modo incipit:

O welt bedenck die allt vnd new geſchicht
Wa got vnd das recht wirt vernicht
Vnd poſhait vnd vntru wirt getriben
Das iſt vngerochen nie beliben.

Conſtat iſtud 32. ſtrophis, quarum duae vltimae ita ſonant:

Ich hanns von Wöſternach han ſolchs gedicht
Vmb das ich eer und frumkait auffricht
Damit tue got vnſer preſten wenden
Vnd vns ſein götlich hilff ſenden.
Das wir hie alſo laytten vnſer ſynn
Daz er vns ſein ewigen fröd gynn
Vnd ſich kein menſch dran tue verſamen
Wer des beger der ſprech mit mir amen.

XLI.

Dicta et facta Alphonſi Regis Aragonum per Antonium Panormitanum in quatuor libris congeſta, cum reſpondentibus Principum illius aetatis dictis et factis ſimilibus ab Aenea Syluio collectis. in 4. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Hoc opus 130 foliis contentum, minuſculo aſt ſat luculento ſcriptum eſt charactere. Charta eſt alba, et polita. Initiales literae rubro colore ſunt exaratae. Praeter punctum aliud

*) Vid Notit. Lit. de libris impreſſis. Vol. II. *Panzers* Annales der Aelteren deutſchen Litteratur. *Zapfii* Buchdruckergeſchichte von Augsburg.

aliud diſtinctionis ſignum non occurrit. In fronte capitalibus literis legitur ſcriptum: ANTHONII. PANORMITE. IN. ALFONSI. REGIS. DICTA. AUT. FACTA. MEMORATU. DIGNA. PROHEMIUM. INCIPIT. FELICITER: et quidem ſequenti modo: *Xenophon Is quem greci non abs re muſam atticam vocant dictorum aut factorum Socratis commentarios edidit quicquid a ſapientiſſimo viro diceretur efficereturue memoria ac celebracione dignum exiſtimans. Cuius ego conſilium vsque adeo laudo proboque vt mihi ſemper excellentiſſimorum hominum veſtigia atramento et calamo obſeruari debere viſum ſit* &c. Opus praeſens in quatuor libros eſt diuiſum, cuilibet eorum prologus eſt praemiſſus. Dictis et factis eſt eiusdem Regis Sapientiſſimi triumphus ſubiectus, in cuius fine legitur: *Expliciunt libri quatuor de dictis factisque Alphonſi Aragonum Regis Sereniſſimi Deo gracias.*

Abſolutis iſtis, ſequitur *Aeneae Siluii* in eosdem commentarius, cui Principum illius aetatis maxime Germanorum dicta et facta ſimilia inſeruit. Praecedit iſti Autoris ad *Antonium* Panormitanum epiſtola, in qua ſuam de praeſenti opere mentem explicat. Eius tenor ſequens eſt:

Eneas Epiſcopus Senenſis Anthonio panormite poete clariſſimo S. P. D. Siluester Chimenſis antiſtes cuius conſilio in ſuam me curiam Fridericus Imperator accerſiuit. Dictatas a me literas cum aliquando examinandas accepiſſet remitteretque plerumque maculatas magis quam emendatas interrogatus cur aptiſſimo verbo remoto reddidiſſet ineptum Atqui non vidiſſe me inquit ſcripta tua ſuſpectare poteras ſi nichil inmutatum reperiſſes. Idem michi in Alfonſo tuo faciundum fuit antoni oratorum et poetarum limatiſſime Nam que de rege maximo et optimo olim ſcripſeras vt legerem corrigeremque iuſſiſti. legere potui. quod feci corrigere vero non potui. Nam quid eſt quod manu tua emiſſum correctione indigeat? Vulgo dicitur nihil dictum eſſe quod nequeat dici melius At hoc in rebus tuis falſum. Virgilianum carmen quam dicteria tua corrigi promptius fuerit. Legimus aliquando Socraticum Xenophontem neſcimus qua eloquencia homo grecus eluceat Ignoramus cum damno noſtro grecas litteras. et latinis ſi quod eſt iudicium noſtrum neque ille translatus ſe Antonio neque Socratem Alfonſo parem facit Nam et tu Xenophontem hunc eloquencia ſuperas et Alphonſus ſapiencia Socratem antecedit. Quid plura? apophtegmata Plutarchi Philelphus in latinum vertit Dicta illic factaque memoratu digna breuiter comprehenſa ſunt illuſtrium virorum quos non oriens modo ſed grecia ſimul et roma protulit. Maiora tamen et illuſtriora de vno Alfonſo tuus liber explicat. Felix tu igitur cui tantus princeps ſcribendus occurrit. Felix Alfonſus qui te ad conſecranda eius geſta ydoneum offendit. Nam neque tibi materiam vberiorem inuenire neque illi ſcriptorem eleganciorem obtingere facile fuerat. Verum ego vt eo redeam vnde digreſſus ſum. Siluestri tenebo morem annotabo pleraque non tanquam mutanda forent vel quod meum iudicium anteponam tuo. Sed vt me librum vidiſſe ac legiſſe intelligas quod tunc verum maxime iudicans cum per ſingula capita tui operis aliquid me videris eſſe comentum.

Commentario *Syluius* ſermonem ad *Alphonſum* Regem adiecit. In huius fine legitur: *Enee Senenſis epiſcopi ad Inclitum dominum Alfonſum Aragonie regem oracio de pace Tuſcie acta Neapoli ſexto die menſis Iunii anno natiuitatis domimi noſtri Iheſu Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto Explicit felicer ſcripta per me Johannem de Franckfordia in dominica die infra octauam aſſumptionis beate virginis anno domini MCCCC LXIIII.*

Hoc opus cum ſcholiis *Jacobi Spiegelii*, et chronologia vitae *Alphonſi* et *Ludouici XII.* Galliae Regis et *Caroli V.* Imperatoris aliorumque Apophtegmatis *Dauid Chytraeus* edidit impreſſum Witebergae anno 1585.

XLII.

Ordinarius in Deum. Codex Cartheaceus. in 4.

Opus iſtud 186. foliis contentum, eleganti charactere albae ac politae chartae inſcriptum eſt. Tituli capitulorum maiuſculis, textus vero minuſculis ſunt ſcripti literis. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Diſtinctionis ſigna diuerſa reperiuntur. In ſeparata pagina ſequentia leguntur: *Obediencie labor fratris Simonis* *) *ſibi mandati ſub veſperis vigilie magni apoſtoli Bartholomei ſanctiſſimi in patris cella prioris! hoc die Simonis et Iude finem ſortitus eſt De quo dico gracias premiatori ſummo ſcilicet deo. qui obediencie ſectatorum adiutor eſt.* In operis fronte legitur: *Ordinarius in deum vel intencionarius foeliciter incipit* Praemittitur eidem prologus, qui ſic incipit: *Qui de terra inopem ſuſcitat et de ſtercore erigit pauperem* &c. Opus in duos eſt diuiſum tractatus, primus agit per viginti et ſeptem capitula de *intencione, eiusque fructu*: ſecundus *proficiendi longanimitatem*, et *extenſionem ad profectum, cordis contritionem, oris confeſſionem operisque, ſatisfactionem, celebrationem* et *horas canonicas* reſpicit. In fine legitur: *Laborem ſubii non tam vt alienam illuſtrarem inſciciam quam quo incultum proprium ſulcarem ingenium meque rite ordinarem in deum: at ſi cuipiam labor diſpliceat miſero compaciatur: errorem caritatis zelo corrigat, dentemque retundat canum. Verum ſi gratum hunc meum habueris ſudorem conditori almifico regraciare. cuius portum attigi: cui primordiali intencionis inſtitucione placere feſtinaui: cui ſi placeam. et quid? dic queſo officiet? ſi toti diſpliceam mundo.*

Anno milleno quaterque centeno:
Codex finitur quinto et octogeno:
Aſt Simonis feſto preſulis Narciſſi profeſto.

XLIII.

Andreae Scobai Hiſpani Lumen confeſſorum. Accedunt Bulla Nicolai V. duae literae Petri Epiſcopi et Iſidori Epiſcopi Sabinenſis. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Hoc opus charactere venuſto in duabus columnis ſcriptum 55. foliis conſtat. Initiales literae deſunt. Incipit iſtud ab Autoris prologo his verbis: *Confeſſorum lumen vocitur hec doctrina omnibus penitenciariis et confeſſoribus ad ſciendum neceſſaria per me pauperem Andream Epiſcopum Hyſpanum maiorem penitenciarium* &c. Continet quinque articulos, quorum primus agit de *confeſſario*: ſecundus: in quibus caſibus *Papa*: tertius: in quibus *minores poenitentiarii*: quartus: in quibus *Epiſcopi*: quintus: in quibus *Sacerdotes* abſoluant. In fine legitur: *Explicit lumen confeſſorum de multis dictis et determinacionibus ſanctorum patrum et doctorum ſacre theologie et decretorum ac iuris canonici collectum et*

* *Simon* iſte nullus alius eſſe poteſt, quam *Simon Weinhard*, qui inter Monachos San-Vlricanos anno 1492. in inſtrumento Translationis S. *Simperti* reperitur. Si ex characteribus colligi licet, plura hic vir opuſcula eodem charactere, quo praeſens, ſcripta reliquit. Inter praecipua numerari merentur S. *Simperti* vita, miracula, inuentio, translatio &c. ſupra N. XII. deſcripta et recenſita.

et comportatum per pauperem in theologia magiſtrum Andream Scobai Hyſpanum Megarenſem epiſcopum. Anno domini &c. M. CCCC. LXIII. die vero veneris. Sequitur deinde abſolutionis forma.

Prima Bulla eſt illa anni iubilaei a *Nicolao* Papa V. ad *Petri* Cardinalis et Epiſcopi Auguſtani inſtantiam pro dioeceſibus Auguſtana et Conſtantienſi anno 1450. conceſſa. Adiunguntur caſus, a quibus omnes conſcientiae arbitri fideles vere poenitentes abſoluere poterant.

Petri Epiſcopi Auguſtani literae ad clerum ſuum, cui bullam *Nicolai V.* conſtitutiones carolinas a *Martino V.* contra clericorum eorumque bonorum inuaſores, tortores, occiſoresque &c. editas promulgare iniungitur, eique ſub eccleſiaſticarum poenarum comminatione illas ex cathedra omnibus manifeſtare commiſit.

Eiusdem literae ad ſuum clerum anno 1456. transmiſſae, quibus pro victoria a Turcis recuperanda, aliisque malis auertendis ſolemnes proceſſiones, et ieiunia inſtituit. Iis autem, qui vel proceſſionibus interfuerint, aut ieiunia praecepta obſeruarint, quasdam indulgentias conceſſit. Reperiuntur praefatae literae in *Adpendice N. XXVI.* et *XXVII.*

Literae *Iſidori* Epiſcopi Sabinenſis et Cardinalis ad Chriſti fideles vrbis Conſtantinopolitanae a Turcis occupatae deuaſtationem, templorum deſtructionem, hominum miſerias, hoſtium crudelitatem prolixius adumbrant. Dein enarratur, quomodo hoſtis ad nouam expeditionem vsque in Hungariam faciendam ſeſe praeparet, omnibusque populis Chriſtianis interitum minetur. Admonet itaque *Iſidorus* omnes, vt charitate, concordia, animique fortitudine armati hoſtem expectent, et virtute deſuper induti hoſtium furorem frangere ſtudeant. Datae fuerunt Cretae die 8. Iulii 1453.

XLIV.

Libri decretalium quatuor poſteriores. II. Ioannis Andreae Arbor conſanguinitatis, et eiusdem. III. Proceſſus iudiciarius. IV. Caſus ſummarii quinque decretalium. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XIV.

Quatruplex haec materia triplici charactere ſcripta eſt. Primae liber primus deſideratur, et in libri quinti fine etiam defectus obſeruatur. In fine arboris conſanguinitatis legitur: *Explicit apparatus domini Johannis Andree ſuper arbore conſanguinitatis et affinitatis finitus in craſtino epiphanie.* 1396. Tertia materia ita incipit: *In Criſti nomine amen Circa proceſſum iudiciarium in caſibus delegatis ſubdelegatis et ordinariis*: in fine vero: *Finitus eſt liber in die ſancti Albani martiris anno* 1396. *hora veſperorum* &c. In fine caſuum ſequentia habentur: *Expliciunt caſus ſummarii Clementinarum ſecundum ſumacionem Jo. Andree ... complete ſunt anno domini milleſſimo tricenteſſimo nonageſimo ſexto in die S. Franciſci.*

XLV.

Ioannis Andreae Nouellae ſuper V. Lib. Decretalium. Tom. V fol. Max. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Hoc opus quatuor tomis contentum in duabus columnis venuſto ac luculento ſ tum eſt charactere. Charta eſt firma, non ſatis polita et alba. Initiales literae r colore ſunt expreſſae. Primus tomus primum, ſecundus ſecundum, tertius tertiu quartus quartum et quintum librum decretalium complectuntur. In fronte primi leg *Incipit Nouella decretalium domini Jo. An. decretorum doctoris famoſiſſimi.* In fine q tomi rubro colore et capitalibus literis ſcriptum legitur: *Chunradus Mey*, qui fuit tan huius operis primus poſſeſſor, poſt haec vero eodem, quo ipſum Opus, ſcri habetur. *Explicit lectura quinti libri decretalium. domini Jo. An. ſcripta pro domino minico. de Brixia per me Leonardum de Patauia.*

Initio cuiuslibet tomi ſequens notitia in pagina ſeparata legitur: „ Anno dc „ M. D. VI. Die Mercurii XIV. Menſis May. Venerabilis et Inſignis vir Dominus „ nes Goſſold de Guntzburg in decretis Licentiatus, ac in ſpiritualibus Vicarius E „ pi necnon Canonicus et Archidiaconus eccleſie Auguſtenſis hunc librum Nouell „ Jo. Andree ſuper quinque libros Decretalium, vnacum aliis quatuor eiusdem ſ „ libris manuſtriptis, huic Monaſterio Diui Vdalrici, et Affre Auguſtenſi pro ren „ ſue et parentum et benefactorum ſuorum animarum legauit: et per Executores „ dedit. Obiit idem Joannes Anno ſalutis predicto Die XXVIII. Auguſti, que fuit „ S. Auguſtini eccleſie Doctoris: quoniam et ipſe non mediocriter doctus.

XLVI.

Ioan. Andreae Nouella ſuper ſextum decretalium in fol. Max. dex Cartheaceus Sec. XV.

Longe diuerſis a praecedente et nouioribus characteribus praeſens volumen in bus quoque columnis ſcriptum eſt. Initiales literae rubro colore ſunt exaratae. ta eſt firma, et polita. In operis fronte legitur: *Incipit nouella domini Jo. An.* ſupe *Cum eram paruulus loquebar vt paruulus cogitabam vt paruulus &c.* In fine haec ta habentur: *Explicit nouella Jo. Andree ſuper ſexto decretalium deo gracias.*

XLVII.

Ioannis de Lignano lectura ſuper VI. Decretalium. in fol. Max. dex Cartheaceus Sec. XV.

Praeſens opus foliis 166. contentum nitido charactere in duabus columnis ſcriptu betur. Charta non eſt polita, ſed tamen firma admodum. Prima initialis litera e

aur

rata et diuerſis coloribus depicta reliquae deſiderantur. Opus incipit ſine titulo ab auris prologo his verbis: *Congregati ſunt vniuerſi Iudicum* VII. Poſt medium legitur: o. *Johannes de Lignano minimus inter utriusque iuris doctores requiſitus a venerabili ſtuo Romano et maxime a pauperibus quibus denegare non potui* &c. In fine nulla nec riptoris, nec anni notitia inuenitur.

XLVIII.

Caſus Summarii ſuper V. Lib. Decretalium in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XVI.

Codex praeſens plurium manibus ſed charactere ſat luculento ſcriptus eſt. Initiales erae rubro-colore ſunt expreſſae. Incipit absque titulo his verbis: *Rex pacificus premiſſa ſalutacione ſic pone caſum in iſta conſtitutione rex pacificus id eſt dominus noſter ihes criſtus* &c. In fine nec ſcriptoris, nec autoris, nec anni indicium reperitur.

XLIX.

Quaedam decretales, et circa eas reportata in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Characteres, quibus praeſens opus ſcriptum eſt, ſunt minuſculi, haud luculenti. erborum abbreuiationes frequenter occurrentes legendi facilitatem adgrauant. Initiales erae, et tituli deſiderantur. Prima rubrica, quae occurrit, eſt de adpellationibus. In ae omnis notitia deeſt.

L.

oltoro Conradi (de) Lectura Capituli: *firmiter credimus* de Trinitate et fide catholica in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Praeſens codex foliis 98. conſtat. Characteres ſunt maiuſculi et minuſculi elegans, illis textus, iſtis vero commentarius exaratus eſt. Folia arabicis numeris ſunt nota. Tituli in ſuperiori margine quandoque occurrunt. In fronte ſequens legitur inriptio: *De Summa Trinitate et fide catholica.* Deinde ſequentibus verbis opus incipit: *irmiter credimus* &c. In fine haec habetur notitia *Explicit lectura capituli firmater cremus de ſumma trinitate et fide catholica completa in ſtudio Heidelbergenſi per magiſtrum nradum de Soltoro ſacre theologie doctorem anno domini MCCCLXXXVIII. Qui hec ribebat Leonardus nomen habebat.* Haec rerum index excipit.

LI.

Ordo iudiciorum duplex. Opuſculum de corpore canonum, i fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Tres in hoc codice comprehenduntur tractatus, et triplici charactere diuerſo ſcrip ſunt, primus minuſculo, ſecundus maiuſculo, tertius iſto paulo minore. Initialis litera i quolibet deſideratur. Operis inſcriptio, Autoris nomen, annus, quo ſcriptum, deſun Prima ita incipit: *Quoniam in principio cuiuslibet libri compilacionis ſiue tractatus quinqu regulariter premitti ſolent videlicet que ſit intencio que materia que vtilitas.... Intenci namque Autoris noſtri Aurbach *) in hoc preſenti tractatu fuit iudiciorum ordinem debitu et frequentatum per ſingulos actus et partes iudicii ac per ſingula media et per que ad fine earum peruenitur competenti et regulato ordine ad vtilitatem legencium ac ſtudencium expli care* &c.

Secundi initium ita ſonat: *Rex pacificus cunctorum cauſa effectiua et finalis.* In ho prologo Autor iuris humani neceſſitatem fuſius oſtendere nititur. Integer hic tractatu 23. quaeſtionibus conſtat.

Tertius ſequentibus inchoat: *Bone rei dare conſilium et preſentis vite ſubſidium etern remuneracionis preuium expectatur.... Ideo ego frater Gerardus ſancte marie Ciſtercienſis or dinis monachus videns reos propter malitiam actorum vatigari laboribus ..., preſens opuſcu lum de corpore canonum decretalium et legum collegi* &c.

LII.

Libri 4. Sententiarum cum commentariis. Tom. II. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Primus tomus duos priores, ſecundus poſteriores comprehendit ſententiarum libros. Character, quo ſcriptum opus, eſt maiuſculus et elegans. Charta eſt firma et praeſtans. Abbreuiationes non nimis frequentes occurrunt. Margines admodum ampli adparent. Initiales literae maiores diuerſis coloribus, minores vero rubro depictae ſunt. Primo li bro praemiſſus eſt prologus, quem rerum index ſequitur. Libris nullus eſt praefixus ti tulus. Hinc inde gloſſae marginales minuſculo charactere ſcriptae reperiuntur. Primus liber ſequentibus verbis inchoat: *Cupientes aliquid de penuria ac tenuitate noſtra cum pau percula in gazophilacium domini mittere ardua ſcandere opus vltra vires noſtras agere pre ſumpſimus* &c.

Interiori compacturae parte ſequens legitur notitia a *Sigismundo Mayſterlin* propria manu adſcripta: *Illud volumen emi ego Fr. Sigismundus vnacum alia parte pro me pro IIII. flor. Fuit ille liber et alter d. Iohis Keller lic. theol. Haidelbergenſis qui fuit predicator an te me in Herbipoli et mihi ex caritate venditus.* In fine primi voluminis ita legitur: *per tinet domino Sigismundo Plebano in Lauterbach Herbipolenſis dioeceſis*: in ſecundi vero com pactu-

*) Forſitan *Joannes* de Aurbach cuiusdam ſummae Autor.

ſtura: *pertinet tidem plebano pro tunc in Lautterpach poſt plebano in Grundlach Bam-rgenſis dioceſis.* Haec itaque ea, quae ſupra de noſtro *Sigismundo* diximus, plane nfirmant.

LIII.

Liber IV. Sententiarum cum commentario in fol. Codex Carthea-ceus Sec. XV.

Hic codex charactere maiuſculo et eleganti in duabus columnis papyro denſa et al-a inſcriptus eſt. Initiales literae maiores caeruleo, minores rubro colore ſunt exara-ae. Diſtinctionis ſignum nullum occurrit. In fronte operis ſequens legitur titulus: *textus 4ti libri ſentenciarum*, qui ita incipit: *Samaritanus enim vulnerato appropinquans* &c. n fine haec habentur: *Explicit textus quarti libri ſentenciarum ſcriptus.... Anno LXV. ria tercia poſt conuerſionem ſancti Pauli.* Dein ſequitur rerum index. In commentarii onte legitur: *Incipiunt dicta ſuper quartum ſentenciarum.* Eius initium ita ſonat: *Cir-a diſtinctionem primam quarti ſentenciarum moueo illam queſtionem. Vtrum noue legis ſa-amenta cauſatiuam gracie habeant aliquam ſpecialem virtutem* &c. In fine haec ſcriptor diecit: *Finitus eſt liber iſte per me Leonardum Vmbacher plebanum in Aſshaim in craſti-o Eliſabeth vidue anno* 1464.

LIV.

Thomae de Bradwardin contra Pelagium libri tres. II. Lectura ſuper libros Sententiarum. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XIV.

Scriptus eſt praeſens codex in charta ſcabra, et omni albedine orbata diuerſis et minuſcu-charactеribus, qui ſeculum decimum quartum produnt. Abbreuiationes verborum equenter occurrentes legendi facilitatem valde adgrauant. Tituli nulli occurrunt. Pri-us liber ita inchoat: *De cauſa contra Pelagium et de veritate cauſarum domini Thome Bragwordy doctoris profundi Archiepiſcopi Cantuarienſis.* Prodierunt iſti tres libri de uſa *Dei* et de *veritate cauſarum* contra *Pelagium* cura Henr. Sauillii Londini 1618.*)
II. Lectura ſuper libros ſententiarum his incipit: *Circa primam diſtinctionem primi li-i ſententiarum pono talem queſtionem Vtrum ſolo deo ſit fruendum* &c Plura de eadem ſiderantur.

LV.

Opuſcula aſcetica. in 8. Codex Chartheaceus Sec. XV.

In hoc codice ſequentia reperiuntur contenta: *Alphabetum diuini amoris* his verbis ipiens: *Ad honorem omnipotentis dei aliquos modos et vias pro eleuacione mentis in Deum pono ſcribere* &c.

P 2 *S. Vias*

*) Conf. *Caue* Hiſtor. Lit. Scriptorum Eccleſ. Tom. II. Adpend. p. 49.

S. Vincentii tractatus de *profectu ſpiritualis vitae religioſorum*, cuius initium: *Ponam in hoc tractatu tantummodo documenta ſalubria ex dictis Sanctorum extracta.*

Joannis Gerſonis tractatus contra *puſillanimitatem*: *Qui puſillanimis eſt et pauidus cauere ſe debet a nimio pauore.*

S. Bernardi Scala clauſtralium: Cum die quadam corporali manuum labore occupatus ſpiritualis hominis exercitia cogitare cepiſſem &c.

Eiusdem *formula honeſtae vitae*: Petis a me mi fr. kariſſime quod nunquam et nuſquam a ſuo prouiſore audiui aliquem petiuiſſe.

Alberti M. Tractatus de *adhaerendo Deo.*

S. *Bonauenturae* Epiſtola de *modo proficiendi in religione*, et *vtilis doctrina iuuenum.*

Opuſculum de *miſſae officio*: Ad honorem dei principaliter tuique frater kariſſime ad ſalutem.

Modus excitandi ſe ad Dei dilectionem et deuotionem.

Haec et alia quaedam aduerſaria modo minuſculo, modo quodam maiore charactere ſcripta a *Wilhelmo Wittwer*, vt mihi videtur, congeſta fuere.

LVI.

Opuſcula aſcetica. in 4. Codex Cartheaceus.

Quae in hoc codice contenta habentur, a diuerſis ſcripta ſunt. Sunt autem ſequentia:

Stimulus amoris, *meditationes diuerſae materiae*, *ſententiae SS. Patrum*, in horum fine legitur: *Expliciunt ſentencie completus eſt iſte libellus anno domini M CCC. LXX. VIII. in die Alexii Johannis criſte ſcriptoris tu miſerere.*

S. Benedicti regulae capitulorum index metricus.

Alphabetum diuini amoris a quodam Carthuſiano ſcriptum.

Excerpta ex libro *Transfigurationis*, S. *Iſidori* anno 1417. et 18. ſcripta.

Excerpta et *collecta* de libris S. *Gregorii.*

Rutperti Tuitienſis cum *Nortberto conflictus*: an *liceat Monacho praedicare?*

De *cogitationibus*, earum *qualitate*, et *modo eas cognoſcendi.*

Homiliae aliquot, et tractatus de *clericorum bonis.*

LVII.

Summa Piſana. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XIV.

Summa haec in duabus columnis charactere minuſculo, et obſcuro ſcripta eſt. Charta eſt ſcabra. Initiales literae rubro colore ſunt exaratae. Opus alphabetico ordine ſcriptum absque titulo ſic incipit: *Quoniam vt ait Gregorius ſuper Ezechielem nullum omnipotenti Deo tale ſacrificium eſt quale zelus animarum.* In fine ſequens legitur notitia: *Explicit ſumma de caſibus conſciencie quam compilauit glorioſus doctor doctorum frater Bartholomeus de ſancto Concordio ordinis predicatorum. Conſummatum fuit hoc opus in ciuitate*

Piſa-

Piſana per dictum fratrem Bartholomeum anno domini 1338. die 7. menſis Decembris tempore ſanctiſſimi patris ac domini domini Benedicti. Frater Bartholomeus compoſitor huius libri anno domini 1347. die Iulii menſis Cuius anima requieſcat in pace. Iſtum vero librum ſcribere inchoaui ſub anno dommini 1387. in menſe Maio Et compleui ſub anno domini 1396. in Iunio Benedictus deus in eternum. Subiiciuntur tres diuerſi rerum indices. A *Narciſſo Pfiſter* hoc opus fuiſſe ſcriptum, dum adhus ordinem fratrum praedicatorum profiteretur, characteres ſatis declarant.

LVIII.

Summa Piſana. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Praeſens codex luculento charactere in duabus columnis ſcriptus eſt, et quidem, vt ex illo colligi licet, ſeculi XV. medio. Initiales literae rubro exaratae ſunt colore. Charta eſt firma quidem, ſed non polita. Operis initio nullus legitur titulus et in fine ſcriptoris nomen, et ſcriptionis annus deſiderantur.

LIX.

Summa Piſana. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Et hic codex abſque titulo initium ſumit. Characteres a prioribus ſunt diuerſi, ſed tamen ſeculo decimo quinto proprii. Initiales literae aliae ſunt rubro colore ſcriptae aliae omiſſae. In fine nullus rerum index inuenitur.

Hoc opus ſaepius prelo fuit ſubiectum.

LX.

S. Bernardi quaedam opuſcula. in fol. Codex Cartheaceus.

Opuſcula in hoc codice contenta, ſequentia ſunt: I. S. *Bernardi apologia ad Guilielmum Abbatem*: II. Tractatus de 12. *gradibus humilitatis*. III. De *libero arbitrio*. IV. Sermo in *vigilia natiuitatis Domini*. V. *Expoſitio Euangelii*: Ecce nos reliquimus omnia. VI. *Meditationes* et tractatus de *praecepto* et *diſpenſatione*. VII. *Sermo ſuper Euangelium de bono paſtore*. VIII. Tractatus de *contemtu mundi*. IX. Sermo magiſtri *Nicolai* in vigilia Aſſumtionis B. V. M. Omnia haec charactere aut maiuſculo aut minuſculo et ſatis venuſto ſeculo XV. ſcripta ſunt, praeter librum de *contemtu mundi*, qui anno 1393. ad finem perductus eſt.

LXI.

S. Bernardi Epiſtolae. II. Ioannis Nider tractatus de Diſpenſatione. in fol. Codex Cartheaceus Sec XV.

In hoc codice, eleganti, ſed non ſemper ſibi aequali charactere ſcripto, 341. epiſtolae numerantur. In eiusdem fronte rubro colore ſcriptum legitur. *Incipiunt epiſtole beati Bernhardi de Claraualle ad diuerſas perſonas. prima epiſtola ſua ad Ropertum fugitiuum monachum reuocatoria.* Rubricae & literae initiales, omnium epiſtolarum rubro colore ſunt exaratae. Charta eſt alba & polita, plures etiam paginae membranaceae ſunt inſertae. In fine illarum legitur: *Expliciunt epiſtole beati Bernhardi abbatis Clareuallis in numero CCC et XLI.* Illarum index praemiſſus habetur.

II. Vix non eodem charactere *Joannis Nider* tractatus de *vigore conſuetudinis* et *diſpenſacione canonica* in duabus columnis ſcriptus eſt. Conſtat octodecim foliis. Operis initio legitur: *Incipit tractatus de vigore conſuetudinis et diſpenſacione canonica magiſtri Nyder ordinis predicatorum:* in fine vero anni indicium arabicis numeris 1449. reperitur.

LXII

S. Bernardi, S. Auguſtini et S. Bonauenturae quaedam opuſcula. in fol. Codex Cartheaceus Sec XV.

Haec in hoc codice continentur opuſcula: S. *Bernardi* ſuper *euangelium miſſus in* laudem B. V. M. *Meditationes*: Liber *de diligendo Deum*: Liber de *morum honeſtate*: de *gradibus humilitatis*: De *viis vitae*: de *ſcala clauſtralium*: quidam *ſermones*. *S. Auguſtini ſermones*, *concordantia euangeliſtarum*, et expoſitio pſalmorum. S. *Bonauenturae ſtimulus amoris*, *diadema nouitiorum*, et *ſpeculum monachorum*.

Scripta ſunt iſta charactere nimis arctato, et parum luculento. Abbreuiationes verborum frequenter occurrunt. Initiales literae et tituli rubro colore ſunt ſcripti. In prima pagina, haud dubie a praefatorum opuſculorum collectore charactere plane eodem, quo illa quadrageſimalis ſcheda ſcripta legitur: *Ego Fr. Georgius Someruelt &c. Cum gaudio ſancti ſpiritus et paterna benedictione intendo his diebus ſancte quadrageſime &c. Anno domini M. CCCCLIII.*

LXIII.

S. Bernardi liber conſiderationum. II. Matthaei de Caracouia Rationale diuinorum operum, conflictus rationis et conſcientiae, de gubernacione vniuerſi, et de malignis Spiritibus. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Character quo integer hic codex ſcriptus, eſt venuſtus. Charta eſt alba et polita. Tituli et initiales literae rubro ſcriptae ſunt colore. Praeter punctum nullum aliud reperitur

tur diſtinctionis ſignum. In primi operis fronte legitur: *Incipit liber conſideracionum edi-
is a beato Bernhardo.* Operi ſecundo ſequens praefixus eſt titulus: *Incipit libellus qui
ititulatur racionale operum diuinorum Magiſtri Mathei de Krakouia ſacre pagine profeſſoris
iondam Epiſcopi Wormatienſis.* Hic tractatus in ſeptem diuiſus eſt libros in quibus mo-
o dialogico pater cum filio de *Praedeſtinacione*, et quod *Deus omnia bene fecerit*, trac-
it. Praemittitur operis inſcriptio, his verbis inchoans: *Reuerendo in Chriſto patri do-
mino Heinrico Epiſcopo Wormacienſi ſuus Matheus facere bona et recipere mala bene magni
idoris plenam periculis et laqueis vndique circumſcripta* &c. Iſtum alter eiusdem dialogus in-
er *conſcientiam* et *rationem* de *ſumendo* vel *abſtinendo corpore Chriſti* excipit, ita incipiens:
Multorum tam clericorum quam laycorum querela eſt non modica occupacio communis &c.
to abſoluto, ſequens ita incipit: *Poſt hec autem agredior loqui de gubernacione vniuerſi
rporei et maxime quantum ad res humanas et ipſos homines et hoc eſt quantum circa ho-
ines ipſos et res humanas magis erratum eſt* &c. Vltimi tractatus initium ita ſonat: *Poſtquam
uxilio dei eousque deduxi tractatum de tempore nobiliori vniuerſi .... de ſecunda parte de
is que apud grecos cacodemones et dyaboli apud nos hew maligni ſpiritus communiter nomi-
nantur ... inueſtigare temptabo* &c. In fine legitur: *Finitus eſt iſte liber per me Cunra-
dum Sigwem de nappg anno domini Milleſimo quinquageſimo ſexto.*

Fuit noſtro monaſterio ab *Vrbano Riblinger* hic codex dono datus, vti ex ſequenti-
bus verbis in prima pagina adſcriptis patet: *Venerabilis vir dominus Vrbanus Riblinger
vicarius Maioris Eccleſie Auguſtenſis obtulit preſentem codicem monaſterio Sanctorum Vdal-
rici et Afre in Auguſta in ſalutem anime eius. Anno domini* 1490. *ſabbato ſub octauis
paſce.*

Duorum priorum operum *Matthaei de Cracouia Fabricius* in Bibl. Lat. *Oudinus* in
Comment. Script. Eccleſ. et alii meminerunt; duorum vero poſteriorum nullibi mentio
inuenitur, cum tamen ex verbis continuationis, ab eodem iſta ſcripta fuiſſe, facile erui
poſſit.

LXIV.

Opuſcula quaedam aſcetica et theologica, in 4. Codex Cartheaceus.

Primum opuſculum agit de quotidiana Miſſae celebratione, et communione, cuius
initium: *Dubium eſt vtrum cottidie ſit celebrandum.* Scriptum eſt eodem charactere, quo
illa N. LXIII. recenſita.

Secundum agit de Miſſae officio venuſto charactere anno 1566. ſcriptum. Huius
tractatus Autor eſt *Bernardus* Tegernſeenſis.

Tertium eſt tractatus S. *Bernardi* de *paſſione domini*, eodem charactere exaratum.
In huius fine ſequens habetur notitia: *Explicit Tractatus beati Bernhardi abbatis de paſ-
ſione domini anno domini* 1467. 12. *Kl. May per me fratrem Cunradum Agſt.* Fuit iſte
Monachus San-Vlricanus, qui ſaepius Prioris munere functus.

Quartum continet *Matthaei* de *Cracouia* Dialogum conſcientiae et rationis de *corpore
Chriſti.*

Quintum *Valeriani* de *Sabaudia* tractatum de quinque *floribus mundi* comprehendit.
Eius initium: *quicunque voluerit eſſe amicus huius mundi inimicus dei conſtituitur.*

Sex-

Sextum: *Hermanni* de *Schilditz* Ord. Eremit. *S. Auguſtini ſpeculum manuale ſacerdotum Friderico* de *Cano* Epiſcopo inſcriptum. In huius fine legitur: *Anno domini MCCCCL finitus eſt iſte libellus in vigilia corporis Criſti hora prima et feria quarta. Fr. Leonardus Schaſſwel de monte S. Georgii.*

Septimum continet commentarium ſuper *ſtellam* clericorum, ſeculo adhuc decimo quarto ſcriptum. Eius initium: *Quaſi ſtella matutina procedens nebulas ſic ſacerdos eſt miniſter dei.*

LXV.

Bernardi Mon. Tegernſeenſis Speculum mortis, et tractatus de Euchariſtia. II. Lauacrum conſcientiae. in 4. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Speculum mortis, elegantibus literis ſcriptum, quatuor conſtat partibus. Initiales literae et tituli rubro colore ſunt exarati. In eius fronte legitur: *Incipit prologus in tractatum qui dicitur ſpeculum mortis. Quoniam a deuotis quibusdam fratribus preſentis huius vite contemtoribus* &c. Iſto expleto, ita legitur: *Incipit tractatus qui dicitur Speculum mortis editus a fratre Bernhardo tunc temporis Priore in Tegernſee.* Iſtum excipit eiusdem *Bernardi* tractatus de *materia Euchariſtiae* aliis characteribus non ita venuſtis ſcriptus, cuius titulus ita ſonat: *Prior in Tegernſee ad monachos monaſterii ſancti Vdalrici Auguſte de materia Eukariſtie ſacramenti. Quia dilectiſſimi fratres circa materiam venerabilis Eukariſtie ſacramenti vos dubitare quin ymo periculoſius errare comperi* &c.

II. Lauacrum conſcientiae minuſculo, et luculento charactere ſcriptum eſt. Praemittuntur eidem capitulorum ſummaria, et praefatio, cuius initium: *Lauamini mundi eſtote.* Iſtud ſaepius prelo in lucem prodiit.

LXVI.

Bernardi Tegernſeenſis Ordinarius Miſſae. in 8. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Hoc opus minuſculo charactere ſcriptum ſequentia comprehendit: *Praeparationem ad miſſam* et *gratiarum actionem*: *Ritus in miſſa obſeruandos*: Epiſtolas *Joannis* Epiſcopi Euſtettenſis ad *Bernardum*: *Caſus in miſſa occurrentes: Caſus Epiſcopo reſeruatos: cenſuras ecleſiaſticas, et tractatum de confeſſione.* Autor hoc opus ad inſtantiam *Joannis* Epiſcopi Euſtettenſis anno 1461. compoſuit. Praemittitur huius epiſtola ad *Bernardum*, cuius initium ita ſonat: *In domino ſalutem Religioſe frater vir in Criſto ſincere dilecte. quia propter bellorum tempeſtatem ab executione paſtoralis officii ceſſare cogimur. ne omnino tempus inaniter tranſiret. cogitauimus aliquid ſaltem vtilitatis procurare. et cum inter ceteros defectus cleri noſtri conſiderauerimus magnam diuini officii miſſe pollere differenciam . . . huic morbo compaſſi ſumus vnde cuidam docto commiſimus vt ex rationali Wilh. Durantis ac aliis doctoribus aliqua conciperet. quo vniformitas in cerimoniis preſertim canonis dicti officii miſſe accipi*

ſui

ue haberi poſſet .... formidamus ne forte ſacerdotes ſimplices vniformen practicam ex iis ue taliter compoſuit capere minime valeant. Cum autem ſciamus deuocionem veſtram ad hoc editam. Vt literarum ſtudiis frequentius inſiſtatis. et nec modicam a deo graciam vobis conceſſam. quod in videndis ſacris auctoritatibus quantum monacho ſatis eſt pericior ſitis. ac idcirco onus hoc humeris veſtris imponendum deſtinauimus de veſtra diſcrecione confidentes. ipſum pro dei laude. communique presbiterorum et ſacerdotum vtilitate minime recuſandum &c. Hanc epiſtolam alia *Bernardi* ad Epiſcopum excipit; denique abſoluta breui praefatione ipſum opus initium ſumit. In fine rerum index reperitur. Scriptum fuit illud tum anno 1464. tum 1470.

LXVII.

S. Bernardini Senenſis de paſſione dominica Sermones duo. in 4. Codex Cartheaceus Sec. XV.

In fronte operis legitur: *Opus trium parcium principalium dominice paſſionis editum a ſancto Bernhardino ordinis minorum. Afflictus ſum et humiliatus nimis. Rugiebam a gemitu cordis mei domine ante te deſiderium meum* &c. Ita ſermo feria ſexta Paraſceues habitus, et in quadrageſimali de euangelio aeterno contentus incipit. In fine ſermonis legitur: *Explicit paſſio domini noſtri iheſu criſti a ſancto Bernhardino compoſita ordinis fratrum minorum. A me fratre Leonardo Wideman de Weſſeprun ſcripta et ſinita in vigilia Barbare* 1487. Secundum opus ita incipit: *Incipit paſſio domini noſtri iheſu Criſti compoſita per ſanctum Bernhardinum ordinis minorum ſecundum textum euangeliorum de ewangelio eterno.* Eius initium ita ſonat: *Rugiebam a gemitu cordis mei.* Pſ. 37. *Tam efficax et admirabile ac tante gracie eſt miſterium ſacratiſſime paſſionis* &c. Sermo iſte in quadrageſimali de *religione chriſtiana* ordine quinquageſimus quintus reperitur.

LXVIII.

S. Bonauenturae itinerarium mentis in Deum, imago vitae aeternae. II. S. Bernardi homilia ſuper Euangelium: *Miſſus.* III. Expoſitio decalogi. IV. Summa rudium. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Aequali omnino charactere omnia in hoc codice contenta ſcripta ſunt. Initiales litterae et tituli rubro colore ſunt expreſſi. In primi opuſculi fronte legitur: *Incipit ſpeculum ſiue itinerarium mentis in deum Bone Venture ſacroſancte Romane eccleſie Cardinalis egregiique doctoris. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter vt oſtenderem tibi firmitatem et eloquia veritatis.* Iſtud ſequitur eiusdem *liber meditationum*, ſeu *imago vitae aeternae.*

II. S. *Bernardi* homiliis praemittitur praefatio, cuius initium ita ſonat: *Scribere me aliquid et deuocio iubet et prohibet occupacio.*

III. Expoſitio decalogi ita incipit: *Audi iſrael precepta domini et ea in corde tuo quaſi in libro ſcribe dabo tibi terram fluentem lac et mel. In verbis propoſitis ſpiritus ſanctus circa diuina precepta tria tangit.*

IV. *Summa rudium* absque titulo ab Autoris praefatione ita inchoat: *Quia varia dicta ſanctorum et contrarie opiniones diuerſorum ſanctorum doctorum legentibus perplexitates et dubia pariunt* &c.

LXIX.

S. Bonauenturae diuerſa opuſcula. II. Senecae prouerbia, ſeu tractatus de moribus, in 8. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Sequentes *S. Bonauenturae* tractatus in praeſente opuſculo comprehenduntur: *Soliloquium*: tractatus de *ſeptem gradibus contemplationis*: *Itinerarium mentis in Deum*: *Regimen conſcientiae*, in cuius fine anni 1488. indicium reperitur: Epiſtola ad *Blancam* Reginam de *regimine animae*: *Regulae in Chriſto pie viuere volentium*: *Viginti paſſus Nouitiorum.* Haec a *Simone Weinhard* iuxta characteres ſcripta videntur.

II. *Senecae* tractatus de *moribus* minuſculo eleganti charactere ſcriptus ita incipit: *Omne peccatum actio eſt actio autem omne quod voluntarium eſt tam honeſta res quam turpis ergo voluntarium eſt omne peccatum.*

LXX.

Diuerſi Iuris tractatus, in fol. Codex Cartheaceus, Sec. XV.

In hoc codice aequali ſat venuſto charactere ſcripto ſequentia continentur: *Boniconii* tractatus de *Adpellationibus* finitus Vlmae per *Vlricum Locher* anno 1462. II. *Matthaei de Matellanis* tractatus de *ſucceſſionibus ab inteſtato.* III. *Gentilis* de *Fulgineo* tractatus ſuper *L. ſeptimo menſe.* IV. *Odonis* tractatus: *quando pater vel filius teneantur de dote.* V. Tractatus *praeſcriptionum* per dominum de *Mugelo.* VI. *Jac.* de *Arena* tractatus *expenſarum*, *quae fiunt in iudicio.* VII. Eadem materia per *Guidonem* de *Suzaria.* VIII. Tractatus de *proteſtatione.* IX. *Jac.* de *Arena* tractatus de *Bannitis.* X. *Andreae Caſi* de Piſis tractatus de *quaeſtionibus.* XI. Tractatus de *torturis.* XII. Tractatus de *duobus fratribus ſimul habitantibus.* XIII. De *praeſumtionibus.* XIV. *Joan.* de *Lignano* tractatus de *bello iuſto.* XV. Tractatus: an *maſculinum concipiat foemineum.* XVI. *Declaratio arborum Conſanguinitatis et Adfinitatis.* Hi tractatus per *Vlricum Lochner* anno 1462. ſcripti ſunt, qui vero ſequuntur, anno 1461. XVII. *Joannis* de *Lignano* tractatus de *bello.* XVIII. Quaeſtio de *duello.* XIX. Tractatus de *pugna.* XX. *Franciſci* de *Zabrellis* quaeſtio: *qualiter vnio in eccleſia procurari poſſit*? XXI. *Boniconii* tractatus de *priuilegio clericorum.* XXII. Eiusdem de *petitorio* et *poſſeſſorio.* XXIII. Tractatus de *percuſſionibus lethalibus.* XXIV. *Bartholi* tractatus *repreſſalium.* XXV. Eiusdem de *inſigniis* et *armis.* XXVI. Eiusdem de *nobilitate* et *dignitate.* XXVII. De *regimine ciuitatis.* XXVIII. Eiusdem de *Guelfis* et *Gebellinis.* XXIX. Eiusdem de *Tyrannis.* XXX. De *Carceribus.* XXXI. Tractatus *Alimentorum.* XXXII. *Caſus, in quibus quis propria Autoritate ſibi ius dicere poſſit*?

LXXI.

LXXI.

Decretalium Summarium, in 4. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Praeſens codex, foliis 242. contentus, venuſto, ſed minuſculo charactere ſcriptus ſt. Rubricae et initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Praemittuntur tabulae ti- alorum quinque librorum decretalium cum concordantiis vtriusque iuris, et eorundem anonum, in quorum fine legitur: 1482. F. M. ſequitur titulorum primi libri index, gloſ- a ſuper prologos *Gregorii IX. Bonifacii VIII.* et *Clementinarum.* Denique legitur: *Sum- naria librorum decretalium Gregorii noni Bonifacii octaui Clementis quinti incipiunt feliciter.* Decretales excipiunt *abbreuiaturae Decreti Gratiani*, et iſtas tituli *librorum codicis ciuilis*, lenique commendatio *theologiae et iuris canonici* finem operi imponit, cum anni indi- tio 1486.

LXXII.

Contemplationes de paſſione Domini horis canonicis adcommodatae. II. Tractatus de paſſione domini, in 4. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Primum opuſculum foliis 104. contentum, maiuſculis, ſecundum minuſculis, vtrum- que venuſtis ſcriptum eſt. Initiales literae rubro colore ſunt exaratae. Primo praemiſ- ſum eſt capitulorum regiſtrum, quod mox absque titulo his verbis incipit: *Videns vidi- ſti domine afflictionem populi tui qui eſt in egipto et inclinaſti celos tuos et deſcendiſti libe- rans nos* &c.

II. Tractatus de paſſione domini in tres diuiſus eſt partes: in prima agitur de *paſſio- e domini*: in ſecunda de diſpoſitione ad *contemplationem*: in tertia de *contemplationis quie- te.* Primae partis initium ita ſonat: *Currite gentes vndique et miramini erga vos carita- tem dei* &c. In fine legitur: 1449.

LXXIII.

Dicta ſalutis. II. Tractatus de voluptate paradiſi. III. Tractatus de decem preceptis, in 4. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Dicta ſalutis minuſculis literis eſt ſcripta. Initiales et tituli rubro colore ſunt expreſſi. n eius fronte legitur: *Incipit dicta ſalutis.* Eius initium: *Hec eſt via ambulate in ea nec d dexteram nec ad ſiniſtram* &c.

Tractatus de *voluptate paradiſi*, cuius initium: *Plantauerat dominus paradiſum volup- atis in quo poſuit hominem* &c. et de 10. *praeceptis*, cuius initium: *Audi yſrael praecep- a domini et ea in corde tuo quaſi in libro ſcribe* &c. longe minoribus literis ſunt ſcripti. n primi fine ſequens habetur notitia: *Explicit tractatus qui intitulatur paradiſus volupta- is ſcriptus per fratrem Johannem Fabri lectorem Lutrenſem feria* 3. *poſt Exaudi anno do-*

 mini

mini 1468. *in conuentu predicto Lutrenſi*: in ſecundi vero: *Explicit* ... *ſcriptus per Johannem Fabri in Sarburgo in vigilia ſancti Mathei apoſtoli anno domini* 1468.

LXXIV.

Nicolai de Dinkelſpiel tractatus de corpore Chriſti. II. Iter aeternitatis. III. Tractatus de ſpiritualibus aſcenſionibus, in 4. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

In fronte primi tractatus legitur rubro colore ſcriptum: *Incipit tractatus de corpore Chriſti editus a magiſtro Nycolao de Dinckelſpüchel profeſſore ſacre theologye. Caro mea vere eſt cibus et ſanguis meus vere eſt potus.* In fine legitur: *Explicit tractatus* ... *Anno domini &c. LVIII. in die Victoris. Frater Criſtannus Stainberger.*

Secundus ita inchoat: *Incipit tractatus de itineribus ſeu maneriis eternitatis. Eum qui venit ad me non eiciam foras* &c. In fine ſequentia habentur: *Anno &c. feria poſt Aſſumptionis beatiſſime Virginis Marie. Frater Criſtannus Stainberger.*

Tertius diuerſo a prioribus charactere et quidem maiuſculo ſcriptus eſt. Eius titulus ita ſonat: *Incipit deuotus tractatus de aſcenſionibus ſpiritualibus de quinque neceſſariis in his aſcenſionibus. Beatus vir cuius eſt auxilium abs te aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit* &c.

LXXV.

Nicolai de Dinkelſpiel Sermones de tempore, et tractatus de paſſione Domini, in fol. Codex Cartheaceus Sec. XIV.

Sermonibus, qui a prima aduentus Dominica vsque ad feſtum Pentecoſtes progrediuntur, ſequens eſt titulus praefixus: *Sermones magiſtri Nicolai Dinckelſpichel de tempore pars yemalis.* Eorum initium: *Benedictus qui venit in nomine domini.* Tractatus de *paſſione domini* eiusdem doctoris ſequentibus inchoat: *Quamuis deuocionis criſtiane principalis cauſa ſit omnipotens Deus ſecundum illud Jacobi omne datum optimum* &c.

LXXVI.

Ioannis Gerſonis plura opuſcula, in 8. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Aequali omnino charactere praeſens codex ſcriptus mihi videtur. Initiales literae et rubricae rubro colore exaratae ſunt. Primum opuſculum tractat de *praeceptis decalogi*, *confeſſione*, et *de arte moriendi*: ſecundum de *differentia* peccatorum *venialium* et *mortalium*: tertium de *confeſſione mollitiei*: tractatus de *remediis contra relapſum*: de *reſeruationibus*, *indulgentiis* &c.

LXXVII.

LXXVII.

Ioannis Gerſonis regulae morales, et tractatus de ſolicitudine eccleſiaſticorum ad fratres Coeleſtinos, in 8. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Plane eodem charactere, quo immediate praecedens, et praeſens codex ſcriptus eſt. Quae de *regulis moralibus* in eodem comprehenduntur, tantum ſecundam *operum moralium* partem conſtituunt. Agitur quippe de *ſeptem peccatis capitalibus*, et de *ſacramentis*. Secundi operis titulus ſequens eſt: *Opuſculum eiusdem de ſolicitudine eccleſiaſticorum ad fratres celeſtinos continens LXVIII. particulas.*

LXXVIII.

Ioannis Gerſonis vndecim opuſcula, in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Sequentia in hoc codice eodem charactere ſcripta continentur: I. Liber de *conſolatione theologiae*: II. Tractatus de *ſollicitudine eccleſiaſticorum*: III. De *modo viuendi*: IV. De *ſpirituali animae vita*: V. De *oratione et valore*: VI. Tractatulus ſuper *facto puellae* et *credulitate eidem praeſtanda*: VII. Dialogus de *perfectione cordis*: VIII. Concluſiones de *diuerſis materiis*: IX. Tractatus de *myſtica theologia*: X. De *pollutionibus nocturnis*: XI. Regulae ad *cognoſcendam differentiam inter peccatum mortale et veniale.* XII. Cuilibet horum opuſculorum annus, et locus, quo ſcripta fuere, vix non ſemper adnotati habentur.

LXXIX.

S. Gregorii M. dialogi, in lingua vulgari, in 4. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Praeſens codex elegante et pingui charactere ſcriptus eſt. Initiales literae tum rubro tum viridi ſunt expreſſae. Charta eſt alba et polita. Libris capitulorum ſummaria ſunt praemiſſa. In fronte operis rubro colore ſcriptum legitur: *Hie hebent an die capitel des erſten puchs der zwayer rede ſancti Gregory des pabſtes der ſtatt zu rome.* Primus liber absque titulo ſequentibus incipit: *Eins tages als ich mit geprüchte etlicher weltlicher menſchen alzu vil nider getruckt waſs* &c. In fine ſequens habetur notitia: *Scriptum et finitum per me fratrem Georgium Hellſer profeſſum huius monaſterii anno domini MCCCCLXIII. in vig. ſancti Martini epiſcopi Sit laus Deo*

Hoc opus anno 1473. in noſtro monaſterio typis fuiſſe excuſum, in *Notitia de libris ab artis typographicae inuentione vsque ad annum 1479. impreſſis*: Vol. I. p. 157. ſatis demonſtraui.

LXXX.

S. Gregorii M. Homiliae. II. S. Ambroſii Expoſitio Pſalmi: *Be immaculati.* III. Gloſſa ſuper Apocalypſin, in 4. Codex C theaceus. Sec. XV.

Hic codex a *Narciſſo Pfiſter* plane eodem charactere, quo reliqui eius libri. volu ne ſecundo a me recenſiti, ſcriptus eſt. Tituli et initiales literae rubro colore ſunt ratae. Verborum abbreuiationes frequenter occurrunt. Initio operis legitur: *In no domini ſummi Incipit epiſtola ſancti Gregorii pape vrbis rome ad ſecundinum epiſcopum rominitanum. Reuerendiſſimo et ſanctiſſimo fratri ſecundino coepiſcopo Gregorius ſeruus uorum dei. Inter ſacrarum miſſarum ſolemnia ex hys diebus* &c. Epiſtolam ſequntur vtr que partis capitula, dein prima homilia ſuper *S. Lucae* verba: *Erunt ſigna in ſole e na.* In fine legitur: *Expliciunt omelie beati Gregorii pape. Finitum anno domini* 1 *in craſtino natiuitatis ſancte Marie virginis in domo ſororis mee.*

Homiliae memoratae in *S. Gregorii* operibus Tom. I. Editionis Patrum Congreg nis *S. Mauri.*

II. *S. Ambroſii* expoſitioni Pſalmi 118. priorum verſuum explanatio deeſt. In calypſis expoſitione ſex priora etiam capitula deſiderantur.

LXXXI.

S. Gregorii Homiliae ſuper Ezechielem et Euangelia, in fol. Co Cartheaceus Sec. XV.

Codex iſte in duabus columnis charactere maiuſculo, eoque venuſto ſcriptus, res etiam pagellas membranaceas inſertas habuit, quae tamen omnes a ſtupido quo plus pecuniam, quam literas amante exſciſſe deplorantur. Literae initiales rubro lore ſunt exaratae. In fine cuiuslibet faſciculi cuſtos reperitur. Iota virgulam ſibi bet impoſitam. Diſtinctionis ſignum ſolum comma conſpicitur. Initium et finis de rantur; ideo nec titulum nec ſubſcriptionem finalem exhibere poſſum.

LXXXII.

Ex S. Gregorii libris excerpta. II. Eiusdem Homiliae ſuper Eu gelia. III. S. Auguſtini liber Supputationum, in 4. Co Cartheaceus. Sec. XV.

Haec opuſcula diuerſis literis ſunt ſcripta. Primum minuſculo et luculento, ſe dum pinguiori et haud luculento, tertium iterum minuſculo, ſed a prioribus diſti

Pr

Primum ſententias aſceticas ex *S. Gregorio* collectas comprehendit. Initio eiusdem legitur: *In nomine domini Incipiunt excerpta ex libris beati Gregorii pape. Tunc in deo plene proficimus cum a nobis ipſis funditus defecerimus. Dum creſcit in nobis vigor mentis fortitudo mox deficit carnis* &c.

II. Homiliis praemiſſa eſt epiſtola S. *Gregorii* ad *Secundinum* Epiſcopum Tauromintanum, iſtam ſequuntur capitulorum ſummaria, deniquae homiliae. Scriptae ſunt eodem charactere, quo S. *Bernardi* tractatum *N. LXV.* recenſiti.

III. In fronte libri tertii legitur: *Incipit liber ſuppotacionum beati Auguſtini qui de diuinis ſcripturis collectus ad eorum preſertim vtilitatem qui contemplatiue vite ſunt amatores.* Ipſe liber ita inchoat: *Summa trinitas virtus vna et indiſcreta maieſtas.*

LXXXIII.

Vocabularius Latio-Theodiſcus, in 4. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Scriptus eſt praeſens vocabularius charactere luculento quidem, ſed haud venuſto. Charta nec alba eſt nec polita. Initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Incipit absque titulo a compilatoris prologo his verbis: *Ex quo diuerſi vocabularii autentici videlicet Hugwicio katholicon preſilogus papias aliique codices ſicut in compoſicione precioſi* &c. Prima verba ita ſonant. *A ideſt ſiue von. a vom dem. Abalienare gut verbringen oder verfüren. Ab ante zwvor* &c. In fine ſequens habetur notitia: *Qui ſcilicet vocabularius eſt compilatus ſeu compoſitus per venerabilem magiſtrum et doctorem ſacre theologie Rectorem ſcolarium in maidburck prouincie ſaxonie. Quod eum compilauit pure propter deum vt pauperes ſcolares ſeu ſacerdotes ignorantes virtutes vocabulorum eo facilius ſacram ſcripturam intelligere poterint ymo quodlibet ſcriptum latinicale pro vtilitate neceſſitate collectus eſt preſens vocabularius.*

Vocabularium excipiunt alphabeta latino-theodiſca, de animalibus volatilibus, de quadrupedibus, de inſectis, et de plantis, in quorum fine legitur: *Explicit vocabularius ſcriptus per dominum Petrum Smidhauſer canonicum in yndenſdorff in vigilia vndecim milium virginum ſub anno domini* 1419.

LXXXIV.

Vita S. Gregorii M. a Ioanne Diacono ſcripta. II. Hugonis a S. Victore libri IV. de clauſtro animae, in 4. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Integer hic codex eodem plane charactere, quo S. *Gregorii* homiliae *N. LXXXII.* recenſitae, ſcriptus eſt. Tituli et initiales literae rubro colore ſunt exaratae. Cuilibet libro capitulorum ſummaria praemittuntur. In operis fronte legitur: *Incipit vita ſancti Gregorii ſummi et incomparabilis viri vrbis Rome Pontificis.* Dein ſequitur Autoris carmen

men in *Joannem* Papam VIII. quod ad eumdem praefatio excipit. In fine ſequentia habentur: *Explicit vita beatiſſimi Gregorii Romani pontificis Iheſus Criſtus dominus noſter in ſecula ſeculorum Amen Deo gracias.*

Vita iſta typis excuſa reperitur in Actis Sanctorum a *Surio*, *Mabillonio*, et *Bollandianis* editis, in nouiſſima S. *Gregorii* operum editione. Fuit Autor eccleſiae Romanae Diaconus, *Anaſtaſii Bibliothecarii* familiaris, claruit circa annum 875.

II. In fronte ſecundi operis legitur: *Incipit tractatus Hugonis de ſancto Victore cardinalis de clauſtro cordis.* Prologus ita incipit: *Rogaſti nos frater amantiſſime. quatenus aliqua remedia tenptacionum videlicet ſpiritualis dilectionis ſercula fratribus nobiſcum commanentibus quererem ac propinarem.* Singulis libris capitula ſunt praemiſſa. Editi reperiuntur inter opera *Hugonis* de S. *Victore*; aſt ab aliis *Hugoni* de *Folieto* Monacho Corbeienſi tribuuntur. Conf. *Cave*, *Oudini Fabricii Biblioth. latina.*

LXXXV.

Sermones ſuper epiſtolas Dominicales, in fol. Codex Carthaceus Sec. XV.

Sermones iſti minuſculo charactere in duabus columnis ſcripti, absque titulo ab Autoris prologo his verbis incipiunt: *Fili ſuſcipe ſentenciam patris tui et ne deſpicias eum in tua virtute Eccl. 3. Ille filius ſentenciam patris ſuſcipit et honorat ac eum non contempnit in ſua virtute qui eius racionabiles iuſſus . . . ſatagit adimplere* &c. Ait Autor, ſermones ſuper epiſtolas hortatu *Andreae* de *Pergamo* ſcripſiſſe. Primi ſermonis initium ita ſonat: *Hora eſt iam nos de ſompno ſurgere* &c. *Vidèns Apoſtolus inſtare tempus diuine natiuitatis more boni et fidelis preconis clamando precurrit vt ad ipſum digne excipiendum debeamus nos omni ſollicitudine preparare* &c. Vltimus ſermo ſequentibus terminatur: *Et in hoc terminatur preſens opus pro cuius exordio meo atque fine regracior tibi domine deus meus qui principium meum et finis omnium comprobaris petoque ſupliciter vt pro laboris munere diſſoluas me meorum vinculis peccatorum quia nulla mihi prorſus corporalis nocebit aduerſitas ſi nulla mentis dominetur iniquitas per dominum noſtrum iheſum qui eſt Deus benedictus in ſecula ſeculorum Amen. Conradus Storck plebanus in Straſsdorff.*

Si inſcriptioni compacturae fidendum, Autor horum ſermonum *Joannes Geuus*, forſan *Joannes* de *Geuio* Auguſtinianus eſſet celebrandus, quem *Oſſinger* in ſua Bibliotheca multos ſermones compoſuiſſe dicit.

LXXXVI.

Vocabularius Latino-theodiſcus, in fol. Codex Chartheaceus Sec. XV.

Hoc magnae molis volumen elegantibus literis minuſculis ſcriptum eſt. Initiales literae diuerſis coloribus ſunt depictae. Opus inchoat absque titulo ab Autoris prologo, quem ob ſuam eruditionem integrum exſcribam.

Sancti

Sancti ſpiritus aſſit nobis gracia Aſſit in ſancta maria meo Preſens huic operi ſit gra-
a pneumatis almi ne ſcribam vanum maria virgo duc mihi manum vt ſacram ſcripturam vnus-
uisque faciliter et literaliter intelligere poſſit Ego iohannes presbiter humilis tunc temporis
lebanus rector in Gablingen villa dyoceſis Auguſtenſiscollegi preſens vocabularium tractum ex
iuerſis autoribus ſcilicet hugwicione katholicon priſciano britone ouidio greciſta virgilio pap-
ia yſidoro et Iohanne de Garlandria Itaque theutunicum ſubſequitur latinum ſecundum ordi-
em alphabeti conſcriptum Subiungitur etiam cuius generis declinacionis ſeu partio oracionis
ia quelibet dictio ſit Et vna queque dictio inuenitur ad minus per tres vel quatuor primas
teras vnius cuiuslibet dictionis Similiter habentur interpretaciones nominum hebreorum in eo-
em ordine Non erubeſco a quolibet fideli me corrigere et ipſum meliorare per dei graciam hoc
us incepi ſabbato ante feſtum ſancte lucie virginis et anno ab incarnacione domini M. CCCC-
XIX. laus deo pax viuis requies eterna ſepultis.
Prologum absque interuallo ſequitur vocabularius, his verbis incipiens: *A in omni-*
u gentibus et linguis eſt litera prima. In fine ſequentia rubro ſcripta habentur: *Expli-*
t vocabularius qui merito vocatur fundamentarius qui dat fundamentum ad omnes alios li-
us finitus eſt liber iſte per me Johannem Dyemer.

LXXXVII.

ermones de tempore ab Aduentu vsque ad dominicam ſeptuage- ſimae, in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Praemittitur ſermonibus alphabeticus materiarum index. Eo finito primus ſermo
s verbis incipit: *Iordanis ripas aluei ſui tempore meſſis impleuerat. et cetera. Oſue 3. Si-*
B. Auguſtinus de conſenſu ewangeliſtarum inter omnes diuinas auctoritates que ſacris li-
is continentur ewangelium merito excellit. Scripti ſunt iſti luculento et maiuſculo cha-
ctere in duabus columnis. Diſtinctionis ſignum nullum obſeruatur. Initiales literae ru-
o colore ſunt exaratae. In fine nec annus, quo ſcripti fuere ſermones, nec a quo,
: Autoris nomen adnotatum legitur.
Sermones memoratos, iam anno 1482. typis excuſos, Cl. *Oſſinger* in *Bibl. Augu-*
t. p. 801. *Iordano* a Saxonia, natione Germano, viro tam doctrina quam pietate ce-
ri, qui ſeculo XIV. floruit, attribuit.

LXXXVIII.

nerarium B. V. Mariae. II. Diuerſa orationis genera. III. Meditatio- nes 100. de paſſione Domini. IV. Laudes et orationes de operibus Ieſu Chriſti et B. V. Mariae. V. Godefredi Carthuſiani oratio de corpore Chriſti. VI. S. Bernardi contemplationes de paſſio- ne domini et ſeptem horis &c. in 8 Codex Cartheaceus Sec. XV.

Omnia memorata opuſcula aequali omnino charactere minuſculo et venuſto *Simoni*
ro Weinhart proprio ſcripta ſunt. Rubricae et initiales literae rubro colore ſunt ex-

 preſ-

preſſae. Charta eſt firma quidem ſed minus polita. Diſtinctonis ſignum ſolum punctum occurrit.

In fronte primi opuſculi legitur: *Prefacio in itinerarium ſeu peregrinacionem beate virginis et dei genitricis marie. Subſequens oracio de beata virgine et dei genitrice maria: continens principaliora ipſius. et filii eius geſta.* Iſtud ſequuntur diuerſae orationes, has centum meditationes de *paſſione domini* ab *Henrico Suſone* Ordinis Praedicatorum Alumno Teutonico idiomate compoſitae, et ab Anonymo in latinum translatae. Hic ſequentem illis praemiſit prologum: *Venerabilis ille incarnate ſapiencie diſcipulus melodiſoni illius ſapiencialis horologii artificioſiſſimus fabricator centenos articulos ſeu centum meditaciones circa paſſionem eiusdem crucifixe ſapientie meditandas quarum et in prologo ſui horologii meminit in ſuo vulgari ſweuico theutonico pro ipſius vt ait vulgaribus edoctus diuinitus deuotiſſime compilauit. Quas ego a deuoto quodam ſacerdote deuote rogatus eiusdem ſapiencie ſpiritu adiuuante in latinum transfudi ſermonem* &c. Meditationes iſtas laudes et orationes de *operibus Ieſu Chriſti* et B. V. *Mariae*, aliaeque diuerſae, inter quas *Gofredi* et *Conradi* Carthuſianorum de corpore Chriſti numerantur, excipiunt. Vltimum locum S. *Bernardi* contemplationes de *paſſione domini* obtinent.

LXXXIX.

Poſtilla cuiusdam Ludouici ſuper euangelia. II. S. Auguſtini homiliae de euangelio Ioannis de dilectione. III. Petri de Layniz poſtilla ſuper epiſtolas dominicales, in fol. Codex Carthaceus. Sec. XV.

Primum et tertium opuſculum eodem charactere minuſculo ac venuſto ſcripta ſunt. Initiales literae diuerſis coloribus ſunt exaratae. In fronte operis legitur: *S. Math.* 21. *Dominica III. ante incarnacionem domini. Cum appropinquaret dominus ihesus ieroſolimis et veniſſet ad montem betphage olиueti miſit duos de diſcipulis ſuis dicens Ite in caſtellum quod contra vos eſt et inuenietis azinam alligatam et pullum cum ea ſoluite et adducite michi &c. Preſens ewangelium bis in anno legitur in aduentu domini et ramis palmarum In aduentu ante natiuitatem et in aduentu ante paſſionem &c.* In fine legitur: *Finitum eſt hoc opus Ludowici. In Landtſperg anno &c.* 1458.

Titulus homiliarum *S. Auguſtini* ſequens eſt: *Omelie ſancti Auguſtini ſuper euangelio Johannis de dilectione.* Earum initium ita ſonat: *Meminit ſanctitas veſtra euangelium in Johannem ex ordine lectionum nos ſolere tractare* &c. Scriptae iſtae duplici charactere in duabus columnis.

Poſtilla ſuper epiſtolas defectu haud exiguo laborat; incipit enim a dominica viceſima prima his verbis Apoſtoli: *Confortamini in domino et in potencia virtutis eius* &c. *Ad Epheſ. VI.* In fine ſequentia habentur: *Finita eſt hec poſtilla magiſtri Petri de Layniz ſacrae theologie profeſſoris Roragenſis ſuper epiſtolas dominicales tocius anni per Wolfgangum de Auguſta presbiterum In Landtſperg anno* &c. 1458.

XC.

aymundi Lulli liber de laudibus B. V. Mariae, in 4. Codex Cartheaceus Sec. XVI.

In fronte huius operis legitur inſcriptionis loco: *Raymundi Pii haeremitae Liber. de udibus Baeatiſſime Virginis Mariae. Maria mater dei. virgo glorioſiſſima. intencione te laundi. honorandi. orandi. cognoſcendi. et amandi. hunc librum incipimus. quem amore tui lium de laudibus beatae virginis Mariae nuncupamus.* Initium prologi ita ſonat: *Quaeſtior. definiciones. laudes. oraciones. et intenciones ſunt huius operis fundamenta* &c. Integrum us triginta capitibus conſtat. Primo praemittitur figura artis intentionum, quam mox imum excipit caput his verbis inchoans: *Cuilibet igitur horum triginta principiorum aeſtiones tres aſſignamus.* In fine haec habentur: *Finit liber Remundi Lullii Pii haereite de laudibus Intencionibus et Orationibus ſacratiſſime virginis Marie matris dei honoraſime vigilia viſitacionis eius reſcriptus anno* 1521. *&c. F. I. K.* Character, quo ſcripm eſt praeſens opuſculum minuſculus et elegans eſt. Initiales literae tam rubro quam eruleo exaratae ſunt colore. Praeter punctum nullum aliud diſtinctionis ſignum obſertur. Typis excuſum prodiit Pariſiis anno 1499.

XCI.

ndreae Hiſpani Lumen Confeſſorum. II. Antonii de Butrio opuſculum de modo confitendi. III. Tractatus de inſtitutione confeſſorum. IV. Tractatus de poenitentia. V. Nic. de Dinkelſpiel tractatus de munditia cordis &c. in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Primum opuſculum duplici charactere in duabus columnis eſt ſcriptum. Incipit abſe titulo ab Autoris praefatione his verbis: *Lumen Confeſſorum vocatur hec doctrina ombus penitenciariis et confeſſoribus ad ſciendum neceſſaria per me pauperem epiſcopum Aneam hyſpanum minorem penitenciarium et megarenſem epiſcopum et pontificem ex multis dicmagiſtrorum theologie et decretalium ac decretorum in multis locis diſperſa et variis detraccompilata et facta rome dum ad partes hyſpaniarum vellem ire dimiſſa omnibus dominis is corteſanis et preſertim curam animarum habentibus pro ſpeciali valete.... Anno domini . CCCC. XXIX. oblata per me reuerendiſſimo in Criſto patri et domino iordano de Vrſir cardinali et epiſcopo Albanenſi digniſſimo* &c. In fine ſequens habetur notitia: *Suppliergo vnicuique ſacerdoti vel clerico vt quod erratum eſt emendet et decimas omni tempore edicet et pro me epiſcopo paupere Aiacenſi Hiſpano ordinis ſancti Benedicti quociens legetractatum iſtum pater noſter exoret Amen.*

II. In ſecundi opuſculi fronte legitur: *Directorium ad fidenter et diligenter confitendum cata.* Deinde: *Primo de ſuperbia et eius ſpeciebus et gradibus que eſt origo omnium de-*

 licto-

lictorum. In fine ſequens habetur notitia: *compilatum et ordinatum ſuit hoc directorium confeſſionis faciendo confidenter per Anthonium de Butrio anno LVIIII.* Adiecta eſt materiarum tabula.

Quisquis Eruditorum *Antonii* de *Butrio* operum mentionem facit, nullus eorum praeſentis opuſculi meminit; ex quo, idem ex ſuis libris decretalium excerptum fuiſſe, colligendum erit.

III. Tractatus de *inſtitutione confeſſorum* ita incipit: *Simpliciores et minus expertos confeſſores de materia audiendi confeſſiones informare cupiens aliqua in hoc tractatu ad eorum inſtructionem ſub compendio poſui.*

IV. Tractatus de poenitentia a prologo absque titulo ita inchoat: *Ecce nunc tempus acceptabile 2. Cor. ſexto. duo ſunt tempora hominis videlicet iuſticie quod incipit in hominis morte in quo tempore non licet amplius operari.*

V. *Nicolai* de *Dinkelſpiel* tractatus de *munditia cordis, animae, et puritate conſcientiae* ſequenti modo incipit: *ſecundum ſanctorum patrum ſompnia vigilanti circumſpectione cauendum eſt ad communionem ſalutaris conuiuii accedere tempore quo ſentimus nos ſompni illuſione pollutos.* In fine haec tantum habentur: *Explicit ſcriptum Magiſtri Nycolai de Dinkelſpuhel de mundicia cordis anime et puritate conſciencie* &c.

XCII.

Dialogus *Malogranatum* dictus, in fol. M. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Praeſens codex charactere dilucido in duabus columnis ſcriptus eſt. Initiales literae diuerſis coloribus ſunt depictae. Conſtat opus tribus libris, capitulorum ſummaria ſunt praemiſſa. Interlocutores huius dialogi ſunt pater et filius. In primo libro agitur de *ſtatu incipientium*: in ſecundo de *proficientium*: in tertio de *perfectorum ſtatu.* Incipit ab libri primi indice, quem quidam breuis prologus excipit, his verbis inchoans: *Notandum quod opus ſubſequens ſeu liber ſiue tractatus qui intitulatur Malogranatum.* Primi capitis initium ita ſonat: *Fili accedens ad ſeruitutem dei ſta in iuſticia et timore.* In fine ſecundi libri legitur: *Expliciunt duo libri malogranati videlicet primus et ſecundus a me nicolao bonifacii de Sundershuſen:* In ſine vero tertii: *Explicit opus preſens ſub anno domini M. CCCC XXXIIII. in die ſancti Oswaldi per me Aicolaum Boniſ. de Stolberg.*

Autor huius operis *Gallus*, natione Germanus Ciſtercienſis, laudatur. Idem ſeculo XV. tribus editionibus honoratum fuit, quarum vna P. I. Notit. Lit. de lib. impreſſ. p. 29. a me fuit recenſita.

XCIII.

Manipulus curatorum. II. Elucidarius fidei chriſtianae. III. Expoſitio canonis, in 4. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Diuerſo haec opuſcula charactere ſcripta ſunt. In primo opuſculo agitur de ſacramentis, eorumque adminiſtratione. Praemittitur eidem materiarum tabula, cui mox epiſtola *Guidonis de Monte Rocherii* dedicatoria ad *Raymundum* Valentiae Epiſcopum ſubiecta eſt. Hac abſoluta, opus absque titulo initium ſumit.

In fronte ſecundi opuſculi legitur: *Incipit elucidarius.* Sequitur prologus, ita incipiens: *Sepius rogatus a diſcipulis quasdam queſtiunculas enodare importunitati illorum non fugit facultas obuiare* &c. Tractatus iſte dialogicus eſt, in quo magiſter cum diſcipulo de rebus diuinis agit. Legitur impreſſus in *S. Anſelmi* operibus, cui tamen male adſcribitur. *Trithemius Honorio* Auguſtodunenſi, *Raynaudus Balaeus*, *Simlerus* vero, aliique *Guilielmo* Conuentrienſi Carmelitano, codices nonnull *Guiberto* Nouigentino Abbati vindicant.

Expoſitio Miſſae a quodam in Anonymo in Vniuerſitate Lipſienſi compoſita lectu valde difficilis eſt. Incipit absque titulo his verbis: *Reuerendi patres ac domini mei cogitanti mihi crebrius et diligenti indagine diebus multis et noctibus in amaria mentis mee reuoluente quidne vtilitatis pro felici incremento nouelle plantacionis illuſtrium principum dominorum marchyonum myſnenſium videlicet alme vniuerſitatis Lipzienſis facere poſſem* &c. In fine legitur: *Et eſt finis anno domini M. CCCC. XXXIII. in dominica iudica.*

XCIV.

Expoſitio miſſae, in 4. Codex Cartheaceus.

Codex iſte charactere parum venuſto ſed tamen dilucido ſcriptus eſt. Tituli et initiales literae rubro colore ſunt expreſſae. Diſtinctionis ſignum nullum obſeruatur. Opus eſt plane idem, quod numero praecedenti fuit recenſitum. Initium ſumit absque titulo ab Autoris Anonymi et doctoris Lipſienſis prologo his verbis: *Venerabiles patres et domini cogitanti michi crebrius ac diligenti indagine diebus multis et noctibus* &c. Prologum excipit operis diuiſio, in cuius initio legitur: *Ad honorem benedicte et indiuidue trinitatis deitatis patris videlicet et filii et ſpiritus ſancti ſanctorumque patronorum huius dioceſis ſcilicet ſancti Johannis Baptiſte et ſancti Laurencii necnon pro felice incremento alme vniuerſitatis Lipzienſis.* In fine ſequens habetur notitia: *Explicit expoſicio tocius miſſe ſub anno domini* 1458. *et iſto anno litera dominicalis fuit a aureus numerus* 15. *et interuallum ſeptem ſeptimanas Et ſeptuageſima fuit poſt conuerſionem Pauli Et quadrageſima dominica ante kathedram Petri Et kathedra Petri fuit feria quarta quatuor temporum et feſtum Mathie feria ſexta quatuor temporum per me Hainricum Hollinger presbiterum in Dullishauſen in die ſancti Erhardi Epiſcopi.*

XCV.

Ioannis Nider Conſolatorium timoratae Conſcientiae. II. Manuale Confeſſorum. III. Tractatus de ſecularium religionibus. IV. Ioannis de Francofordia tractatus de contractibus. V. Ioannis de Turre-cremata tractatus de efficacia aquae benedictae. VI. Nic. de Dinckelſpiel tractatus de octo Beatitudinibus, in fol. Codex Cartheaceus. Sec. XV.

Omnia iſta opuſcula eodem plane charactere haud parum venuſto in duabus columnis ſcripta ſunt. Tituli et initiales literae rubro colore ſunt exaratae. In primi fronte legitur: *Incipit conſolatorium timore conſcientie Magiſtri Joannis Nider.* Prologus ita incipit: *Apud diſciplinas reperimus phiſicos diuerſis moribus corporum medicos tradidiſſe antidota varia diuerſis ſub tractatibus Cum autem racionalis anima incomparabiliter nobilior ſit corpore* &c. In fine habetur: *Amen LVIIII.*

Initio ſecundi legitur: *Incipit manuale Confeſſorum Reuerendi patris fratris Johannis Nider ſacre theologie profeſſoris ordinis Predicatorum.* Prologus: *Quoniam iuxta beati Gregorii in ſua paſtorali ſentenciam regimen animarum eſt ars arcium.*

Tertii titulus ita ſonat: *Incipit tractatus de ſecularium religionibus nuncupatus per Magiſtrum Johannem Nider ordinis Predicatorum compilatus.* Prologus: *Crebro interrogatus a popularibus et clericis ſimplicioribus quid tenendum ſit in foro conſciencie de diuerſis hominum ſtatibus exiſtencium preſertim in alamanie partibus.*

De diuerſis iſtorum editionibus conferri poteſt *Quetif. Script. Ordinis Praedicatorum*, Tom. II. p. 792.

Quartum ſequentem titulum ſibi habet praefixum: *Tractatus de contractibus magiſtri Johannis de Franckfordia.* Prologus: *Vt in foro anime vbi inſpectator eſt deus ſalubrius valeas conſulere* &c.

Quinti inſcriptio ſequens eſt: *Incipit tractatus de efficacia aque beuedicte per Reuerendum magiſtrum Johannem de Turri cremata ſacre theologie profeſſorem ordinis Praedicatorum tempore Conſilii Baſilienſis compilatus contra Petrum Anglicum hereticorum in Bohemia defenſorem fautorem precipuum,* In fine legitur: *Explicit tractatus . . . . Anno LVIIII. Deo gracias.*

Sexti in fronte legitur: *Scripta Magiſtri Nicolai de Dinckelſpihel ſuper beatitudines. In ewangelio quod legitur in feſto omnium ſanctorum* &c. In fine haec habentur: *Explicit tractatus. . . . Anno LX.*

XCVI.

annis Nider Praeceptorium diuinae legis, in fol. Codex Carthea- ceus Sec. XV.

Hic codex in duabus columnis eleganti charactere ſcriptus eſt. Prima litera erſis coloribus, reliquae vero rubro ſunt expreſſae. Opus absque titulo his ver- incipit: *Decalogi legem ſacratiſſimam primum diuinitus prothoplaſtorum inſertam cordibus denuo dei digito in tabulis exaratam lapideis* &c. In fine adiectum reperitur alphabe- um materiarum regiſtrum, cui ſubiectum legitur: *Explicit regiſtrum huius voluminis* io 1467. *feria* 3. *ante feſtum ſancti Viti.*

XCVII.

annis Nider Praeceptorium. II. Sermones ſuper ſalutationem Angelicam. III. Tractatus de matrimonio, in fol. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Haec opuſcula in duabus columnis diuerſo charactere ſunt ſcripta. Tituli et ini- es literae rubro colore ſunt exaratae. Primum ſequentem inſcriptionem ſibi habet efixam: *Incipit prologus in preceptorium fratris Johannis Nyder ſacre theologie pro- oris ordinis fratrum Praedicatorum. Decalogi legem ſacratiſſimam.*

Tres huius operis editiones Sec. XV. typis excuſae in *Notit. Lit. de libris impreſ-* &c. a me recenſitae reperiuntur.

In fronte ſecundi legitur: *Sermones ſuper angelica ſalutatione cuiusdam ſacre theologie toris fratris ordinis Predicatorum in alma vniuerſitate Wyen. predicati et prenunciati.* rumdem initium ita ſonat: *Quoniam vt ait Ieron. Nulli dubium eſt quoniam totum ad riam laudis dei pertineat* &c.

Tertium opus abſque titulo his verbis inchoat: *In iſta parte intendimus tractare de ſis laycorum precipue prout eccleſiaſticum iudicium exſpectat de matrimonio.*

XCVIII.

annis Nider formicarii Lib. V. II. Petri Alphonſi liber de diſci- plina clericali, in 4. Codex Cartheaceus Sec XV.

Aequali omnino charactere et quidem nitido praeſens codex ſcriptus eſt. In fron- primi legitur: *Incipit prologus formicarii iuxta edicionem fratris Johannis Nider ſacre logie profeſſoris eximii qui vitam tempore concilii Conſtancienſis Baſilienſis duxit in hu-*

manis

manis feliciter. Peragraus crebro partes quasdam preſertim alamanie querelas nonn audiui pigrorum in fide hominum &c. Editionem huius operis P. I. *Notit. Lit impreſſiis* p. 62. recenſui.

Secundum opuſculum ita inchoat: *Liber de diſciplina clericali domini Petri incipit Dixit Petrus Adelfonſus ſeruus Criſti compoſitor huius libri. Gracias ago a primus eſt fine drincipio.* In fine legitur: *Explicit liber Petri Alfonſi de diſcipl ricali.*

Alterum huius operis codicem ſeculo ſaltem XIII. ſcriptum alia occaſione ſebimus.

AdPen

ADPENDIX,
QVA
ANECDOTA
EX PRAEFATIS CODICIBVS
EXCERPTA.
COMPREHENDVNTVR.

I. Inſtrumentum ſuper extremae vnctionis Sacramento a Monachis San-Vlricanis adminiſtrato.
II. Adalberonis Abbatis res geſtae.
III. B. Eginonis Abbatis vita et res geſtae.
IV. Vdalſcalci Abbatis Carmina.
V. Adilberti Prioris Teſtamentum.
VI. Monaſterii Fultenbacenſis reſtitutio.
VII. Monaſterii Ottenburani reformatio.
VIII. Monaſterii Monialium S. Nicolai reformatio.
IX. Documenta noſtrae Baſilicae ſtructuram reſpicientia.
X. Ars impreſſoria in noſtrum monaſterium introducta.
XI. Petri Epiſc. Auguſt. confirmatio fraternitatis SS. Vdal. et Afrae.
XII. Epitaphia Melchioris Abbatis et Fratrum de Carniola.
XIII. Carmen de noſtrae eccleſiae ruina.
XIV. Documenta eiusdem eccleſiae ſtructuram concernentia.
XV. Bullae Ioan. XXII. et Innocentii VIII. pontificalium vſum indulgentes.
XVI. Adolphi Occo carmen in honorem S. Crucis.
XVII. Documenta fraternitatem corporis Chriſti reſpicientia.
XVIII. Inſtrumentum ſuper corporis S. Simperti inuentionem.
XIX. Petri Epiſc. Auguſt. de eiusdem Sancti canonizatione.
XX. Literae confoederationis cum Maximiliano Rom. Rege initae.
XXI. Georgii Polſter carmina.
XXII. Maximiliani Rom. Regis literae pro auxilio eccleſiae noſtrae praeſtando ad imperii ſtatus miſſae.
XXIII. Vita Simonis Gollii a Bruſchio carminice ſcripta.
XXIV. Chronicon Auguſtanum theodiſco carmine ſcriptum.
XXV. Catalogus Epiſcoporum Auguſtanorum.
XXVI. Chartae viſitationis pro Monialibus S. Nicolai.
XXVII. Petri Epiſc. literae conſtitutionum Carolinarum promulgationem concernentes.
XXVIII. Eiusdem decretum pro inſtituenda Proceſſione.

I.

Inſtrumentum Notarii ſuper extremae vnctionis Sacramento a Monachis San-Vlricanis in eorum paraecia adminiſtrato.

n nomine domini amen. Anno a natiuitate eiusdem Milleſimo quadringenteſimo octua-geſimo ſecundo Indictione quinta decima Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et do-ini noſtri domini Sixti diuina prouidencia pape quarti anno duodecimo die vero Sab-ti quinta menſis octobris hora meridiei vel quaſi in meique Notarii publici teſtiumque fra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum preſencia perſonaliter conſti-tus Reuerendus pater dominus Iohannes *) permiſſione diuina Abbas Monaſterii ſancto-m Vdalrici et Afre Auguſtenſis ordinis ſancti Benedicti aſſerens et exponens Quod cum clefia parochialis ſancti Vdalrici Auguſtenſis ipſi monaſterio legitime incorporata exi-t Ipſeque dominus Abbas et ſui Anteceſſores, ac Conuentus dicti ſui monaſterii a lon-temporibus et vltra memoriam omnium hominum Sacramentum ſacre vnctionis in-mis et ſubditis predicte eccleſie parochialis in ſignum dicte incorporacionis miniſtrarunt Iura et obuenciones ex huiusmodi miniſtracione obuenientes receperunt et imburſa-nt Vnde vt prefatus dominus Abbas ſubiunxit quod ipſe ex certis cauſis animum ſuum hoc mouentibus miniſterium dicti Sacramenti ſacre vnctionis honorabili viro domino anni Ziegler Vicario perpetuo prelibate eccleſie ſancti Vdalrici ibidem preſenti duxit mmittendum et commiſit vsque ad ipſius domini Abbatis ſeu ſucceſſorum ſuorum re-cacionem citra eciam preiudicium Incorporacionis eiusdem eccleſie parochialis cui qui-n Incorporacioni per conceſſionem ſeu commiſſionem huiusmodi in nullo voluit pre-licare Vnde prefatus dominus Iohannes Ziegler ibidem perſonaliter conſtitutus com-ſſionem huiusmodi ſic vt prefertur ſibi factam ſponte acceptauit ſimiliter vsque ad ſuam ſucceſſorum ſuorum reuocacionem quibus pariter per hoc nullum voluit preiudicium erare de quo hinc inde publice proteſtabantur. Super quibus omnibus et ſingulis pre-minatus dominus Abbas me Notarium publicum ſeu publica conficerem Inſtrumentum Inſtrumenta publice requiſiuit Acta ſunt hec Auguſte in habitacione abbaciali ſupra-ti Monaſterii anno Indictione Pontificatu die menſe et hora quibus ſupra Preſentibus dem honorabilibus viris dominis Criſtanno Herb et Iohanne Kaufman vicariis perpe-ecclefie maioris Auguſtenſis Teſtibus ad premiſſa vocatis pariter et rogatis.

N. | Ego Iacobus Wirſung clericus Auguſtenſis dioceſis Publicus ſacra Imperiali Auctoritate Notarius ac Curie Auguſtenſis ſcriba Iuratus Quia premiſſis omnibus et ſingulis dum ſic vt premittitur coram me fierent et agerentur vnacum prenominatis teſtibus preſens interfui Eaque ſic fieri vidi et audiui Ideoque hoc preſens publicum inſtrumentum manu alcius fideliter conſcriptum ſignaui exinde confeci ſubſcripſi publicaui et in hanc publicam formam redegi ſignoque et nomine meis ſolitis et conſuetis ſignaui rogatus et requiſitus in fidem et teſtimonium premiſſorum.

*) de Giltlingen.

II.

Adalberonis Abbatis ordine VII. res geſtae ex Wittweri Catalogo Abbatum excerptae.

Anno domini Milleſimo quinquageſimo dominus Adelbero in Abbatem huius loci eligitur in ordine Abbatum ſeptimus vir ſatis ſacris literis eruditus humilis ſtature preſumens aliquantulum vt eius emuli dicebant Hic primum ad latus eccleſie noſtre poſterius verſus aquilonem conſtruxit capellam ſancte Agnetis ſimiliter organa ſperam et campanam prime patrauit. Clauſtrum eciam humili muro cinxit proceſſu vero temporis dum paulatim Abbates munirent monaſterium fundamentaque turrium duarum fortiſſima iecíſſent ad occidentem partim eccleſie opere piceno quas vidimus nuper terre equari veriti ciues Auguſtenſium ne fortalicium fieret hoſtibus barbariſque qui prefatum locum ſepe numero occupauerant tractatu cum prefato Abbate huius monaſterii ſcilicet Adalberone pro tempore et ſepius habito ipſum cenobium ſancte Afre pro tunc dicto ſeu nominato cum voluntate ipſius Abbatis et tocius conuentus huius loci in vnum concurrentes ambitu murorum ipſi ciues in ciuitatem eorum Auguſtenſem includunt cum ampliſſimis hortis vſque ad eum locum quo ſancti ſpiritus hodie cenodochium eſt a) Tunc temporis ſedis Apoſtolice Hilteprando Autore excommunicati ſunt qui miſſas audirent clericorum vxoribus fruencium Tunc poſito altari in lauatorio ibi miſſas celebrauimus ſed Auguſtenſes ferre nolentes Abbatem Adalberonem infeſtabant et locum hunc ſanctum perturbabant Abbas vero Adalbero egre ferens iniuriam ſibi et ſuis fratribus necnon huic loco ab Auguſtenſibus factam profectus eſt Romam et que pertulit ab Auguſtenſibus apoſtolico expoſuit cuius auctoritate regrediens vt recipiendus dateque ſunt ei litere ab apoſtolico contra Auguſtenſes quod idem Abbas iuſte et deifice egiſſet b) Obiit idem venera-

a) Eadem in *Sigismundi Meyſterlin* indice monaſterii Part. III. C. I. habentur.

b) *Wittwero* omnes noſtri Aſceterii Annales, tam manu exarati quam impreſſi, ſi *Hertfelderum* excipias, qui *Bruſchium* ſecutus, adſtipulantur. *Bruſchius* in *hiſt. de Germaniae monaſteriis* p. 132. in religioſorum odium ſcribit: *Ea tempeſtate Monachi ſine exemplo Maiorum vxores ducebant*; cum tam ex hiſtoria eccleſiaſtica patet, *Gregorium VII.* in Clericos *concubinam*, — non vxores — nutrientes excommunicationis-ſeutentiam tuliſſe. *Bruſchium* turpiſſime ante aliquod menſes deprauauit *Frid. Gottlob. Hirſching* in ſuo lexico, cuius titulus: *Hiſtoriſch - Geographiſch - Topographiſches Hiſt - vnd Cloſter Lexicon*, in quo p. 199. quod ille de Monachis in genere, iſte de noſtris calumniari haud dubitauit, ſcribens: *Damals heuratheten die Münche in diſem Cloſter, Papſt Gregorius. VII. that ſie daher in den Bann.* Quomodo enim anathemate perculſi dicendi ſunt Monachi San - Vlricani, cum clericis in concubinatu viuentibus excommunicatis, illis ſolum miſſas in Lauatorio celebrandi facultas conceſſa fuit? Deinde cum ſuo Corypheo vterius hallucinatur: *Schon vnter dieſem Praelaten nahmen die harten Bedrückungen der Augsburgiſchen Biſchöfe ihren Anfang, der Abt wollte ſich daher mündlich zu Rom beſchweren, vm Hülfe zuerhalten* &c. Diſſertis verbis de Auguſtenſium vexationibus Sermo texitur: *Auguſtenſes ferre nolentes Abbatem Adalberonem infeſtabant, et locum hunc perturbabant.*

P. 200: *Joannes Ruſſinger*, omnes Annales Küſſinger iſtum adpellant. Eadem ex *Chronico Auguſt.* III. de *Stetten* ſcribit: *Im Iahre 1422. wurde dem Cloſter das Bürgerrecht in der Stadt verliehen.* Hac de re notatu digniſſima altum apud noſtros ſilentium. Quid inſuper magis veritati aduerſum, quam Monaſterium ſine medio et Imperatori et Imperio ſubiectum, cuius ſubaduocatiam Imperator an. 1417. Auguſtanis commiſit, ab iis ciuitatem aut poſtulaſſe, aut accepiſſe? Quae *Hirſchingus* contra noſtram typographiam diſſerit, infra n. X. ſatis refutata arbitror. Quae de *Joanne Schrott* p. 201. cum ſuo *Bruſchio* calumniatur, *Khamm* P. II. *Hierarch. Auguſt.* p. 291. et P. III. p. 510. pluribus, et ponderoſis argumentis refutauit. Hucusque D. *Hirſching* fideliter *Bruſchium* ſuum ſecutus eſt, quo

nerabilis pater et Abbas huius loci in itinere et reuerſione eius tercio nonas Auguſti anno domini milleſimo ſexageſimo quinto.

quo ductore diſparente, pauca admodum de noſtro monaſterio, et Abbatibus adduxit, cum tamen ab illo tempore vsque ad praeſens momentum noſtri Aſceterii hiſtoria tam materia, quam viris vndequaque celeberrimis praedines eſt. Quid mirum? Nam quatenus ex librorum, ex quibus ſuas enarrationes exſcripſit, deſignatione clareſcit, principem noſtri aſceterii ſcriptorem, *Khammium* nimirum, cuius nec verbulo meminit, omnino ignorauit.

De cetero omnes eruditos etiam atque etiam obſecro, ne de Bibliotheca noſtra in *Hirſchingii* hiſtoria Bibliothecarum Germaniae, vtpote opere ex omni parte imperfecto, et de monaſterio noſtro, Abbatumque geſtis in memorato Lexico notitiam ſibi comparare, ni falli deſiderent, velint.

III.

B. Eginonis Abbatis vita et res geſtae.

Egino vir ſanctus monachus primum dein Abbas eximius monaſterii Auguſtenſis ſanctorum Vdal. et Affre circa annum domini 1109. virtutum et miraculorum pater conſtantiſſimus claruit Hic vir multe literature ac declamator egregius dum quadam vice in dedicatione templi eiusdem monaſterii ... Interea comes Hermannus Auguſtenſem epiſcopatum circa annum domini 1100. Vrbani II. pape tempore ab Hainrico III. Imperatore ſchiſmatico excommunicato ac anathematizato ſymoniace mercatus atque proin dum obſtinatus absque conſecracione diuina agens Burdinum Antipapam recipiens a Paſcali II. dein a Gelaſio II. demumque a Calixto II. interdictus et excommunicatus dum ob eam rem vir ſanctus egino ei reſiſtens ab eius ſe communione ſubtraheret eousque in eum epiſcopi creuit furor vt mortem viro dei poſt multas iniurias intendendo de loco fugere i. ſcilicet anno ſeu abbatialis dignitatis compulit Comitabatur porro hinc viri ſancti et loci iniuſtam oppreſſionem horrendum prodigium dum enim epiſcopus ſacrilegus virum profligaturus monaſterii locum armata manu ingrederetur ambitus validiſſimo terremotu concutitur turrisque tremula ſonantibus vltro campanis ruinam minatur Sacratiſſime inſuper Affre mauſeolum diſſoluto metallo apperiri videtur Egino igitur euadens atque cum 12. fratribus qui eum ſequebantur ad moguntinum Archiepiſcopum aliosque qui tunc congregati erant epiſcopos veniens reſcita cauſa ac ab eis acceptis literis inde per deuia Placenciam tandem Roſellam veniens ibique a ſummo Pontifice qui tunc ibi erat humaniſſime ſuſceptus atque idem ſecum Romam profectus accepta ab eius manibus dominici ſacrati communione atque creberrime a ſancto pontifice exoſculatus tandem impetratis quecunque voluiſſet cum eius benedictione iter per mare cum Aquenſi epiſcopo dum repeteret piſas adnauigans ibique infirmitate correptus fratribus et amicis per Vdalſcalcum monachum doctiſſimum qui tunc ex aliis ſolus ſecum remanſerat valedicens confeſſione ac ſacramentis premunitus atque deinde vir ſanctus ad deum conuerſus pſalmum laudate pueri dominum &c. ſepius replicans tandem in vltimo eius verſu ydus iulii felicem reddidit animam ſepultusque eſt piſis in monaſterio ſancti michahelis ordinis Camaldulenſium ſub regula ſancti benedicti optimo Archiepiſcoporum mauſeolo Porro omnem rei geſte ordinem vsque ad illam horam qua reddidit ſpiritum ipſe vir ſanctus ac doctiſſimus in infirmitate poſitus luculentiſſime vt in eius monaſterio habetur deſcripſit Reliqua vero que deinde contigerunt Vdalſcalcus monachus qui tercius ei ſucceſſit in regimine huius

loci

loci ſubnexuit qui et epitaphium ei preclarum atque dulciſſima hyſtoria omnem r
ſeriem reuoluens epiſtolasque inſertas retinens metrice compoſuit.

IV.

Vdalſcalci Abbatis Carmina in monaſterio hinc inde inſcripta.

Hi generant magnum vatem qui te deus agnum
Demonſtrat digito quem tu reus orbis adito
Hic lapis exciſus natus de virgine Chriſtus
Ex modico creuit mundum totumque repleuit
Paruulus ecce Dauid Santhan hoc in principe ſtrauit
Fiet ſtrues hoc ſignum quod Chriſtus fert ſibi lignum
Sed puer illeſus deus eſt aries caro ceſus
Hoc baptiſmus aqua datur eccleſie ſed in arca
In cruce formatur qui vera virago vocatur
Deficiunt veteris hic arida pocula legis
Sed noua ſuccedunt tamen his qui miſtica credunt
Que ſi diuina manant dulcedine vina
Tempus Abel ydriam tenuit ſub ymagine primam
Sed Noe fecunde prodit tegimenta ſecunde
Poſt Abrahe factis referatur tercia tactis
Spectat quarta Dauid qui mundum fuſa rigauit
Res Iuda diuinas ex quinta capta propinas
Sexta deum fundas homo per quem ſemper habundas
Qui nos inuitat reficit per ſecula ditat.
Virgo ſalutaris vero verbo grauidaris
Et tuus hic partus pro nobis collocat artus
Forcior hic ſortem ſuperat mors in cruce mortem
Sic informamur vt cum domino informamur
Carne reus natus bene viuas fonte renatus
Que tua manabant que nos ſacramenta lauabant
Hec bone fudiſti Ihesu nobisque dediſti
Inſtruit hos verbi vox et baptiſta ſuperni
Vt ſua corda parent in que te ſponſe vocarent
Et tibi ſincere iungantur vt hi docuere
Sanguis et vnda lauant Ihesu quos vulnera ſanant
Vt duo ſint binis et quinque ſalubria quinis
Senſibus amborum dum quinque fluant populorum
Ordo columnarum fortes notat eccleſiarum
Partibus in ſumma conſtant binis tribus vna
In quibus eſt ſimplex cultu qui nomine triplex
Precepto quadruplex regit hos dilectio duplex
Si breue mandatum nece mulctatur violatum

Eſt breue ne comedas occidere ſi graue penſas
Sed Dauid occidit tamen ex te gracia viuit
Iure ſed Eua perit quia non conceſſa comedit
Si breue damnatur grauisque reconciliatur
Eſt quid agas aliquid quod ad hec medicina requirit
In ſpe ſecura quod erit confeſſio pura
Ergo negando peris veniamque precando mereris.

Carmen eiusdem ante dormitorium.

Vt deus omnia per ſua condita iuſſa videbat
Rebus in omnibus en ſibi congruus ordo manebat
Angelus ethera ſic homo terrea ſorte tenebat
Sed data gaudia tempora neuter habebat
Poſt ruit altera non tamen integra nec reuocanda
Corruit altera poſt licet integra ſed reparanda
Hanc deus induit hanc pius imbuit hanc adamauit
Huic homo naſcitur huic crucifigitur hanc renouauit
Sic homo perditus eſt tibi redditus alme creator
Dum tua fabrica factus es vltima tu fabricator
Inſuper vt vita noſtra viatica ſemper haberet
Vnde perhennia ſumere premia quisque valeret
Donec ad ardua tendere brauia quisque ſtuderet
Cena cibaria crux tua pocula preſtat amicis
Iſta refectio noſtra redemptio mors inimicis
Ex tribus in duo verſa facit duo ſed tria prima
Sunt aqua vinea panis et hec bona ſed duo prima
Sunt cruor et caro miſtica que duo cetera bina
Sunt homo non ſibi ſed velut tibi mors mala vita
Si reus es deus eſt tibi ſed tumido grauis hoſpes
Sed deus eſt tibi ſi reus es pia ſed timido hoſpes
Ecce botrus ſub carne deus ſub vepribus agnus
Vecte botrus pendens deus in cruce brachia tendens
In ſpinis herens cadit hoſtia ne cadat heres
Labe carens ex ſe mundi labem lauat in ſe
Eſt iter in fundo baptiſmo ſcema ſecundo
Inſtar baptiſmi lauat omnia fons catacliſmi
Ad matris cor iuſſa patris fert miſſus ab aſtris
Vt Sampſon ſteriles generes datur angelus index
Spem patri riſum matri dat ſponſio nati
Stirps florem ſydus ſolem parit innuba prolem
Ianua clauſa patens et virgo pingere gaudens
Deſtruit hos viſus ſine vi mons monte reciſus
Forcior armatum fortem ſuperat religatum
Petra ferit ſtantem ſed ſtratum mucro iacentem

Clau-

Clauſus clauſorum conieſtat viſa duorum
Viuere creduntur victuri dum moriuntur
Sed tunc eſſe ſinunt morituri dum male viuunt
Lux electorum deus et iudex reproborum
Hos pius illuſtrat horum grauis abdita luſtrat
Hy lucis nati regnant in luce beati
Hos tenebre torquent qui vanis ſana retorquent
Mors et vita bonis nox eſt et origo doloris
Mors et vita venit deus agnus ſumere lenit
Mors non vita redit miſer edus ad yma recedit
Vita beatarum poſt hac deus eſt animarum
Vita ſed horretur qua prauus non morietur
Vita redemptorum neſcit tedere bonorum
Vita ſiniſtrorum non eſt caritura malorum
Eſt precioſa deo mors quorum vita probatur
Eſt ocioſa deo mors quorum vita vagatur.

De lege naturali.

Lex genuina regit quos necdum ſcripta ſubegit
Et ſibi lex fiunt iuſſi dum bene viunt.

De corruptione naturae.

Sed violant iſti quidquid natura fuiſti
Precipitant mores confundunt iuris honores.

De circumciſione Abrahae.

Hec pia mandato ſolidantur facta ſacrato
Vnde pudebat Adam vicium ne regnet in Abram.

Contra luxuriam.

Hys pudor inuiſus dilecta ſed ocia riſus
Peſſima ſectantur pereunt igni cruciantur
Rebus adumbratur cecis quod lux operatur.

Quod Moyſes dux populi ſit.

Hys tenebris dux moyſes ſed gracia lux eſt.

Contra tyrannidem iniquae poteſtatis.

Hos furor exagitat pietatis et actio vitat
Sunt quoque laſciui merguntur in infera viui.

De lege ſcripta.

Tandem ſcripta datur lex qua bonus erudiatur
Hanc lapis ante grauem lignum facit in cruce ſuauem.

Contra Haereticos.

Serpunt exangues peruerſe hereſis angues
Exacuunt dentes peruerſum dogma tenentes.

De iudicibus legis.

Ducitur obſcuris hec etas tecta figuris
Iudicibus legis regitur non culmine legis.

Cont

Contra auaritiam.
E regione venis cupidis inhiando crumenis
Peſtis auaricie tibi iunctis fraude doliſque.
De tempore Prophetarum.
Geſta futurorum ſunt hec preſaga bonorum
In quibus ipſe lates qui reples pneumate vates.
Contra regnum mundi.
Alta petis mundi rota ſed mox certa profundi
Qua miſeros ducis poſt hac non inde reducis.
De tempore graciae.
Iam noua ſuccedit vetus autem vita recedit
Imperium mortis dum vincit gracia fortis.
De caecitate Iudaeorum.
Hy remanent duri ſine ſpe venie morituri
In patribus cari ſteriles modo ſunt et amari.

V.

lamentum Adilberti Prioris San - Vlricani ab Hilteprando Abbate confirmatum.

nomine ſancte et indiuiduae trinitatis Amen. Hilteprandus diuina fauente cle- Abbas cenobii ſancti Vdalrici epiſcopi et beate Affre martiris in Auguſta omni- iſti fidelibus ſalutem inperpetuum. Saluberrimis ſacri eloquii inſtitucionibus eru- :t admonemur vt temporalia relinquentes bona et terrena poſtponentes commo- na et ſine fine manſura in celo ſtudeamus adipiſci conſiſtoria et vt de mamona ini- conquiramus nobis hic amicos vt cum defecerimus recipiant nos in eterna taber- Hys itaque dominicis preceptis dilectus confrater noſter Adilbertus prior ceno- is non ſurdum iam diu prebens auditum deificis obtemperando conſiliis per in- n ſuam et ſolerciam cum oblacionibus fidelium et donariis amicorum necnon de manuum ſuarum de conſenſu bone voluntatis noſtre conquiſiuit iſti eccleſie ſiue in hoc loco qui horena dicitur domum et aream pomarium ſimul et hortum et ate in colle perlaich locum ſtacionis venalium calciamentorum vtraque ſub iure iacencia et in villa noſtra pfaphenhouen dicta hubam vnam que omnia minori acione perſoluunt XXXVI. ſolidos cum quibus ſaniori et ſollerciori vtens conſilio i ac quieti anime ſue proſpiciens in futurum vt noticie Criſti fidelium intimamus : ſcriptum decreuit ac diſpoſuit vt dies obitus ſui ſub gemina caritate dilectionis proximi in loco noſtro ſingulis annis cum elemoſinarum largicione et vigiliarum arum celebracione agatur imperpetuum. Diligens itaque dominum deum ex toto x tota anima ex omni mente ſua hoc eſt toto intellectu tota voluntate et ex om- ioria ordinauit diſpoſuit vt in quinquaginta pauperibus qui eſt perfectus libertatis s tempore criſtus in cibo et potu ea die reficiatur Et in quatuor ex hys per om- umenta de nouo veſtiatur ſic ea parciendo vt vni detur pallium alteri tunica et m tercio linea indumenta et femorale cenctorium quarto calige et calcei. Ad que agenda de ipſis reditibus deputauit XVI. ſolidos Quorum diſtribucionem ad ſingu- irie agenda ita ordinauit vt viginti quinque denarii dentur pro quinquaginta pa- uibus

nibus et tot eiusdem numeri pro cibariis tempori tunc congruentibus et XVI. denarii pro duabus vrnis groſſioris ceruiſie vt cuique integer panis et pulmentarium valens medium denarium et emina ceruiſie tribuatur. Ad veſtiendos vero partim comparentur nouem vlne linei panni vlna ad octo denarios pro ſex ſolidis ad pallium ad tunicam et ad caligas et VII. vlne linei panni pro viginti et vno denario ad camiſiam et femorale et duo calcei pro decem denariis. Et pro hys omnibus ſarciendis dentur ſeptem denarii et quatuor pro cinctoriis ſolidus autem ſextus decimus ſuperſtes parciatur inter edituos eccleſie et ſeruientes coquine hec et alia de foro comportantes et criſti pauperibus ac dominis noſtris neceſſaria miniſtrantes. Diſpoſuit quoque vt proximi videlicet et confratres ſui decantata pro eo veſpera et vigilia defunctorum recreentur in cena cibo et potu caritatis cum media vrna vini melioris et ad ſtatutum eorum ferculo vno lauciori ſimili modo ſequenti die in prandio ad quod perficiendum ordinauit XIII. ſolidos et fratribus conuerſis quartum decimum ſiue ſint plures ſiue pauciores. Ordinauit quoque vt domini Abbati ad ſpecialem ſuam menſam ad vtramque vicem detur ſtatutum duorum dominorum et preter ea ſolidus pro electiori vino latino Reliquos vero quinque ſolidos deputauit ad anniuerſarium Chunradi Funden cuius adiutorio in tribus talentis manſionem in harena coemit. Nos igitur ad miſericordie opera et caritatis dona promouenda prompti ac deuoti exiſtere debemus prelibati confratris noſtri Adilberti prioris et conſortis laborum noſtrorum multa et deuota prece inducti et ſeniorum noſtrorum adhortacione deuicti pietatum eius ſtudiis per omnia fauentes et deſiderium bonum promouere cupientes cum omnium fratrum noſtrorum coniuencia de miſericordia dei omnipotentis in omnibus ſperantes ſancimus ſtatuimus et ſub firma communione precipimus tam futuris quam preſentibus vt dies obitus illius vt aliorum benefactorum noſtrorum in loco noſtro memorialis in perpetuum habeatur et diſpenſacio eius vt ſcripta eſt per omnia inuiolabiliter conſeruetur et compleatur. Succeſſoribus quoque noſtris auctoritate ſancti ſpiritus et ſub terrore diſtricti et vltimi examinis domini noſtri Iheſu Criſti inhibemus vt nulli eorum liceat hec ſtatuta noſtra ſub aliqua occaſione immutare minorare aut ipſas poſſeſſiones alicui inbeneficiare vel inuadere pro neceſſitate aliqua proponere aut aliquo ingenio ab eccleſia alienare ſed vt preordinatum eſt in vſus dominorum et confratrum noſtrorum ac criſti pauperum conſeruentur edificentur et plantentur Horum itaque omnium adminiſtrationem in virtute ſancte obediencie iniungimus ſacriſte eccleſie noſtre et vt hoc equo animo et ſine dampno ymo cum comodo ſuo perficiat deputamus ei eciam domum et aream pomarium ſimul et hortum Conradi Saxonis extra ambitum ciuitatis in loco qui dicitur vallis ab eodem quoque Adalberto comparatam Et ad hoc precipue vt eo ſollicicior ſit erga ſanctorum luminaria et eccleſie ſarta tecta vt per hoc delictorum et negligenciarum ſuarum illi per ſanctos veniam a Criſto optetur ſi quis commiſit tum et ipſe in eodem officio conſtitutus hec et prouidere tenebatur. Prouideat eciam ſacriſta per ſeruitores ſuos ad ſupra dictam exiguam elemoſinam recipiendam tam domeſticales pauperes deum timentes et cognoſcentes Minores fratres ſorores viduas caſtas peregrinos et pro Chriſto incluſos non pauperes minus neceſſarios luſores curſores et horum ſimiles qui in nulla ſalutari ſeruitute deum cognoſcunt nec ab eo cognoſcuntur Omnibus itaque hec diligentibus et promouentibus ſit a domino deo in hac vita ſalus pax ſanitas corporum et habundacia rerum et poſt perhennis vite premium inuidentibus vero et odientibus proueniat hic et in futuro meritum iniquorum Amen dicat omnis fidelis anima Acta et ordinata ſunt hec anno domini M CC XXXvo Indictione octaua.

VI.

VI.

De reſtitutione et reformatione monaſterii Fultenbacenſis.

Idem venerabilis Abbas Melchior — *Stamham* — fecit de monaſterio monachorum in Fultenbach Auguſtanae dioceſis. Non enim fuit in recordatione hominum tunc temporis qui ſcirent in eodem monaſterio fuiſſe Abbatem ſiue monachos licet aliqui dixerint audiuimus a ſenioribus noſtris ſiue auis noſtris Ideo dominus Petrus Cardinalis ſancti Vitalis et epiſcopus Auguſtenſis impetrauit illud monaſterium a ſummo pontifice cum ſuis cenſibus et redditibus habere in comendam quod et factum eſt tempore iubilei quo idem Cardinalis fuit tunc rome vt ego audiui a ſenioribus meis. Qui poſtea idem Cardinalis prediſtum monaſterium tradidit ſuis ſuffraganeis pro ſalario eorum quia annuatim tenebatur vnicuique ſuffraganeorum tribuere ducentos aureos renenſes et ſic per ſucceſſum temporis aliqui habuerunt reſidenciam in eodem monaſterio aliqui non omnes tamen quodquod fuerunt magis ſpoliauerunt depauperauerunt et ſua queſierunt ac deuorauerunt eundem locum non timentes ſanctum Archangelum Michahelem nec ſanctum benedictum ordinis inſtitutorem ſed quia nondum tempus miſerendi ſiue erigendi eidem monaſterio ſancti Michahelis aduenit ſed cottidie exſpectabat noſter.

Defuncto autem domino Petro Cardinali et epiſcopo Auguſtenſi anno 1469. ac conſtituto domino Iohanne de Werdenberg in epiſcopatum et regimen huius dioceſis quia viuente domino Petro Cardinali idem dominus Iohannes epiſcopus non habuit poteſtatem ſiue auctoritatem regendi epiſcopatum neque in temporalibus ſiue ſpiritualibus ſed defuncto anteceſſore eius fuit conſecratus ante plures annos et aſſumpto regimine videlicet anno 1469. dominus et Abbas melchior magnis precibus et laboribus etiam per medias perſonas ſiue conſiliarios eiusdem epiſcopi laborauit rogauit vt idem nouus epiſcopus Iohannes de Werdenberg reſtitueret antiquum monaſterium ſcilicet Fultenbach iam deſtructum et deſolatum ſanctiſſimo patri benedicto ac ſancto Archangelo Michaheli promittens eidem epiſcopo et ponens animam ſuam pro pignore quod ſanctus Michael ac ſanctus benedictus darent ſue paternitati poſt obitum ſuum primum hoſpicium hoc eſt vitam eternam et eum defenderent ab hoſtibus malignis. Auditis verbis iſtis preſul digniſſimus reſpondit Abbati melchior hylari vultu ac alta voce coram omnibus preſentibus et conſiliariis ſuis videte et audite nunc certus ſum de regno celorum quia abbas ſanctorum Vdalrici et Affre promiſit michi iam camera mea ſi monaſterium in Fultenbach &c. fiat igitur voluntas ſue petitionis et dein dixit ei committo vobis illud monaſterium et prouideatis eundem locum cum fratre religioſo ac prouido tam in ſpiritualibus et temporalibus et ego requiram racionem a vobis proficiat vobis. Dein pater et Abbas melchior auditis hys verbis domini ordinarii ſurrexit coram omnibus conſiliariis cum magna reuerencia et humilitate immenſas graciarum actiones referens domino Iohanni epiſcopo Auguſtenſi. Acta ſunt hec in caſtro Dillingen anno domini 147. primo.

Deinde habita commiſſione epiſcopi idem pater venerabilis et Abbas inclitus letus ceſſit ab epiſcopo et veniens ad locum ſiue monaſterium cui preerat ſcilicet ſanctorum Vdal. et Affre tractauit apud ſe die noctuque quomodo impleret voluntatem epiſcopi et his faceret conſiderans condiciones fratrum ſuorum conuentualium videlicet religioſitatem honeſtatem probitatem ac prouidenciam ſeu ſapientiam quoad ſpiritualia et temporalia Inſuper addens et petens a ſuis fratribus et conuentualibus huius loci publice in ca-

 pitu-

pitulo oraciones eorum et interceſſionibus ſancti michahelis et ſancti benedicti necnon pa tronorum noſtrorum et aliorum ſanctorum in hoc loco quieſcencium inſpirarent ſibi quo deberet eligere et mittere ad inſtituendum et renouandum locum ſiue monaſterium i Fultenbach Cupiens ſequi veſtigia legislatoris noſtri ſancti benedicti qui miſit maurum e placidum diſcipulos ſuos in diuerſas regiones ad edificanda monaſteria. Eciam illud con ſiderans quod ſanctus benedictus in prologo ſue regule deſcribit vbi ſic dicit Imprimis v quidquid agendum inchoas bonum ab eo perfici inſtantiſſima oracione depoſcas vt qui no iam in filiorum dignatus eſt numero computare non debeat aliquando de malis actibus no ſtris contriſtari &c. Illud maxime timens ne monaſterium ſanctorum Vdalrici et Affr cui ipſe preerat poſſit in futuro incurrere indignacionem epiſcopi ſiue diffamacionem alio rum monaſteriorum qui ipſum Abbatem et fratres ſuos deriderent et dicerent ecce illud contigit ſapienti Abbati Ideo petebat oraciones fratrum ſuorum humiliter vt poſſit proui dere illud monaſterium cum honeſtis et religioſis fratribus eciam conſilia eorum iuxta ca pitulum regule tercium de adhibendis conſiliis in quo ſanctus benedictus dicit omnia fa cum conſilio et poſt factum non penitebis Poſtea cum idem venerabilis Abbas fuit bene deliberatus ac premeditatus venit ad capitulum cum officialibus et notariis domini reue rendiſſimi in preſencia tocius conuentus huius loci vocauit idem pater Abbas ad mattam patrem Georgium Helffer et dixit ei ecce dilecte frater Georgi ex ordinacione et com miſſione domini reuerendiſſimi epiſcopi Auguſtenſis ego volo vos mittere ad illum locum ex bona confidencia quam habeo in vobis. Dein vocauit patrem Balthaſar Fabri de Höchſteten ad mattam ſimilibus verbis loquens ei quibus conſencientibus et flentibus tan dem ſubmiſerunt ſe iugo obediencie. Dein dominus abbas melchior abſoluit eos ab obe diencia ſua et reſignatis prebendis immediate fecerunt obedienciam domino vicario Gos holdt loco ordinarii ſicque hy duo patres facti ſunt conuentuales in Fultenbach habito que conuentu neceſſe erat vt eligeretur abbas pro eodem loco. Ideo predicti duo patre commiſerunt electionem abbatis pro eorum monaſterio domino abbati melchior et vicari cum ceteris qui ſtatim et eadem die elegerunt patrem Georgium Helfer in abbatem qu preeſt et profuit vsque in preſens eidem loco vtinam proſit in futurum. Acta ſunt he anno domini 147. primo. Fuit autem idem pater Georgius Helffer filius ciuicus Augu ſtenſis a iuuentute nutritus in loco noſtro et conuentualis bonusque temporalis fuit enim cellerarius granarrius cuſtos multis annis. Rexit autem idem pater Georgius predictum monaſterium et edificauit ac renouauit.

Obiit idem pater Balthaſar Fabri de Höchſtetten in Fultenbach pauperrimo mona ſterio quo ad noſtrum monaſterium ſanctorum Vdalrici et Affre a quo per obedienciam miſſus fuit illuc quaſi primi primi parentes noſtri adam et eua de paradiſo ad deſertum lo cum vbi inuenit tribulos et ſpinas pro nucis tamen ſe honeſtiſſime habuit licet multa ad uerſa perpeſſus ſit clauſit diem vite ſue dominica Iubilate infra terciam et quartam ho ras de mane id eſt 12. Kal. may anno 1494. cuius anima requieſcat in pace Amen

VII.

VII.

De reformatione monaſterii Ottenburani per Melchiorem Stamham Abbatem San - Vlricanum perfecta.

Laborauit plurimum nobilis Abbas Melchior pro reformacione monaſterii Ottenbey-
n magnis precibus et oracionibus erga epiſcopum Iohannem digniſſimum promittens ſue
ternitati mittere fratres honeſtos religioſos ac doctos de conuentu ſuo ſiue monaſterio
ictorum Vdalrici et Affre cui ipſe preerat qui inducerent ibidem reformacionem et Ab-
tem Wilhelmum eiusdem monaſterii reformarent de regula de reformacione et cere-
oniis ſecundum modum et formam qua ſuum monaſterium fuiſſet reformatum a patri-
s Melicenſibus. Audiens hec humaniſſimus ac amator religioſorum feruentiſſimus epi-
ipus Iohannes de Werdenberg annuit voluntati abbatis melchior. O quam felicem vo-
itatem ac dulciſſimam vocem audiuit venerabilis Abbas ab epiſcopo reuerendiſſimo Io-
nne Auguſtenſi gaudens et letus recedens et deinde non quieſcens et vt ita dicam ne-
e dormiens quousque impleret et perficeret voluntatem ordinarii timens ne alii Abba-
i huius dioceſis ſiue aliorum dioceſium facerent ſibi impedimentum et non fauerent ſi-
nec loco noſtro talem honorem quia predictum monaſterium pluries eſt reformatum ſi-
incepta eſt ibidem reformacio precipue a Caſtellenſibus. Ideo cum conſilio ſui conuen-
i miſit primo quatuor patres videlicet Conradum Agſt Thomam Rieger Iohannem Mi-
el et fratrem Conradum Wagner et adiuncti eis fuerunt duo fratres de conuentu et mo-
ſterio Elchingen. Deinde poſt aliquot ſpacium temporis iterum miſſi ſunt alii duo pa-
s ſcilicet pater Hainricus Fryeſs et pater Mathias Vmhofer ea occaſione quia fr. Io-
nnes mickel noluit in eodem loco manere. Manſerunt autem predicti ac religioſi pa-
s mei et tocius conuentus huius loci in eodem monaſterio ex obediencia ac cauſa re-
rmacionis ad duos annos ſiue circa vsque ad obitum predicti et digniſſimi Abbatis mel-
ior de Stamham. Quo defuncto iidem patres qui immediate vocati ſunt et fuerunt per
nuentum huius ſancti loci tamquam confratres et conuentuales ad electionem noui pre-
i et abbatis deinde eciam iſti duo fratres de Elchingen receſſerunt ad monaſterium eo-
m ita tamen tam noſtri quam ipſi cum conſilio Abbatis Wilhelmi Ottenbeyren Et ſic
edictum monaſterium Ottenbeyren euacuatum eſt quoad fratres reformatos quia fratres
itiqui conuentus et irreformati fuerunt extra monaſterium propter magnas contenciones
aduerſitates quas ipſi fratres habuerunt contra Abbatem Wilhelmum et ſic idem mo-
ſterium iterum fuit quaſi derelictum. Poſtquam autem electus fuit pater Hainricus
ryeſs in abbatem huius loci et poſt confirmacionem eius Abbas Wilhelmus de mona-
erio Ottenbeyren obnixe rogauit Abbatem Hainricum Fryeſs vt iterum mitteret ſibi fra-
es ſicut anteceſſor eius feciſſet qui noluit quia aliqui fratres fecerunt inuoluntarii. Dein
gauit abbatem Paulum in elchingen qui miſit ei duos fratres de conuentu ſuo poſt hoc
dinatum eſt per nuncium apoſtolicum qui fuit hic in cauſa monaſterii Ottenbeyren vt
erum duo fratres mitterent de conuentu noſtro ad predictum monaſterium quod et fac-
m eſt et ſic ſucceſſiue predictum monaſterium per iſtos quatuor fratres reformatum eſt
ſque ad preſens et creuit in ſpiritualibus et temporalibus Antiqui vero monachi irrefor-
ati expulſi ſunt a predicto monaſterio Ottenbeyren per predictum nuncium apoſtolicum
d diuerſa monaſteria et ibi fecit eis incorporari ſicut hic Elchingen Werdee Lorch in
onte ſancto ſed non perſeuerarunt aliqui ex eis.

VIII.

De monaſterio Monialium Ordinis S. Benedicti ad S. Nicolaum extra vrbem Auguſten-ſem ſito, et reformationis tempore extincto.

Habuit Abbas Melchior ſub obedientia ſua moniales monaſterii ſancti Nicolai Ordi nis ſancti benedicti extra muros ciuitatis que fuerunt a noſtro monaſterio reformate et in ſtructe in regularibus eciam a principio ſue conuerſionis ſumpſerunt enim habitum religio nis a nobis et monaſterio ſanctorum Vdalrici et Affre ante multa tempora et ſubiecerun ſe obediencie abbatum et conuentus huius monaſterii quia ab antiquo in eodem loco vt nunc eſt monaſterium illud fuit tantum domus animarum vulgo Selhaus et ibidem fue runt begine ſicut alie domus beginarum que fundate ſunt in hac ciuitate Auguſta lice diuerſarum ordinum Et ſic in iſto habitu ordinis ſancti benedicti plures annos conuerſa te ſunt vt moniales irreformate propria habentes et omnibus liber aditus ad eas fuit in trandi et exeundi Sed ſucceſſu temporis et inſtinctu diuino et interceſſione beati nicola eciam meditantibus perſonis religioſis videlicet abbatibus viſitatoribus et patribus conuen tualibus huius ſancti loci priore et ſuppriore de Carniola cum aliis conuentualibus prim receperunt et inhibuerunt predictis monialibus habere propria et alia que fuerunt contr regulam Sed quia nobis onerofum fuit ſimiliter inconueniens quod monachi deberent con tinue eſſe et conuerſari cum monialibus et illas informare in ceremoniis et aliis regula ribus ordinatum eſt per dominum Cardinalem Petrum epiſcopum Auguſtenſem et viſita tores ac dominum abbatem huius loci vt vocarentur de aliquo monaſterio moniales re formate que reformarent eas et plantarent ibidem nouam reformacionem in monaſteri ſancti Nicolai epiſcopi quod et factum eſt Nam prenominati miſerunt ſtatim ad Salzbur genſem epiſcopum vt dei intuitu et ordinis ſancti benedicti mitteret ac cauſa reformacio nis moniales que eſſent idonee ad illud negocium ſimiliter ſcripſerunt abbati tanquam ea rum ſuperiori et miſſe ſunt due moniales vna nobilis et altera filia ciuitatis huius dict Herzogin que ſic inſtituerunt ac reformarunt monaſterium ac moniales ibidem ſcilicet ſanc ti Nicolai et ſic permanſerunt in reformacione et obediencia abbatum huius loci vsque a abbatem Hainricum Fryeſs vt infra dicetur. Erant autem prenominate moniales mona ſterii ſancti Nicolai abbatibus et conuentui huius loci ſanctorum Vdalrici et Affre ita ſub iecte quod fecerint profeſſionem et obedienciam abbatibus prenominatis ſicut vnus ex no uiciis huius monaſterii tenetur facere et hoc earum precibus et petitionibus vix obtinue runt ab abbatibus et conuentu huius ſancti loci quia oneroſum fuit abbati exire ad ea in earum profeſſione cum miniſtris et ibidem cantare officium et eas recipere ad profeſ ſionem quo finito abbas rediit ad locum ſuum cum miniſtris et ſumpſit prandium in mo naſterio ſuo pro laboribus ſuis et ſuorum ſepeliebantur eciam predicte moniales apud no in ambitu noſtro et fiebant pro eis ſicut ſolet fieri conuentualibus huius monaſterii vide licet cum exequiis ſeptimo triceſimo in generali et XXX. miſſis in altari ſancte affre cum inſcriptione mortilegii ſed in ſpeciali vnusquisque tenebatur facere tam ſacerdotes quam conuerſi ſicut habetur in generali rubrica.

Deinde anno domini Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſecundo predicte mo niales auctoritate Petri epiſcopi Auguſtenſi ac viſitatorum tradite et commiſſe fuerunt ab bati et ſuis ſucceſſoribus monaſterii ſanctorum Vdalrici et Affre necnon conuentui eiusden loci vt in carta deſuper confecta habetur vt ſequitur.

De

De Sanctimonialibus autem cenobii ad ſanctum Nicolaum extra muros appellati ſpecialiter prouidere cupientes volumus vt dominus abbas doctum aliquem et grauem moribus atque diſcretum fratrem ipſis in confeſſorem preficiat qui ſtatutis temporibus iuxta formam ſuperius de non preſpiteris fratribus traditam feliciter earum confeſſiones et diſtincte audiat vigilanterque ipſe dominus abbas operam adhibeat vt dicte ſanctimoniales femine prout poſſibilitas admiſit iuxta regulam patris noſtri ſancti benedicti et ſummorum pontificum decreta de ſtatu earumdem ſingulariter prouidencium iuuant quia de omnium ipſarum animabus procul dubio non minus quam de fratrum ſuorum equiſſimo iudici deo redditurus eſt racionem. Fuerunt autem viſitatores dominus Iodocus Clamner decretorum licentiatus Reuerendi in Criſto patris ac domini domini Petri eccleſie Auguſtenſis epiſcopi in ſpiritualibus vicarius generalis preſenteque venerabili in Chriſto patre domino Vdalrico abbate ſancte crucis monaſterii in Biblingen ordinis ſancti benedicti conſtancienſis dioceſis ad hoc ipſum ſingulariter aduocato Datum et actum in monaſterio ſanctorum Vdalrici et Affre ſub anno domini milleſimo quadringenteſſimo quadrageſimo ſecundo.

Poſtea videlicet anno domini 1443. prenominate moniales fuerunt viſitate per patres viſitatores et abbates monaſteriorum ſancti Egidii in nurenberga et ſancte crucis in werdea quorum nomina ſunt Georgius et Hainricus ac per fratrem Iohannem profeſſum monaſterii ſancti Egidii loco abbatis Iacobi Caſtellenſis qui predictas moniales commiſerunt ac ſubiecerunt abbati monaſterii ſanctorum Vdalrici et Affre auctoritate concilii baſilienſis et capituli prouincialis moguntinenſis ordinis ſancti benedicti ſequentes veſtigia anteceſſorum ſuorum ſcilicet viſitatorum qui viſitauerunt anno 1442. ſicut plenius habetur in cartis nobis et ipſis monialibus a predictis viſitatoribus traditis tam in latino ſermone quam in vulgari et ſic perdicte moniales fuerunt ſub obediencia abbatum huius loci vsque ad abbatem Melchior incluſiue.

Tempore et regimine abbatis Hainrici Fryeſs moniales in clauſtro iuxta capellam ſancti Nicolai extra muros ciuitatis Auguſtenſis ſpiritu ſuperbie ducte miſerunt romam absque ſcitu et licencia ſui prelati Hainrici cui omnes fecerunt obedienciam ſicut anteceſſoribus ſeque exemerunt a iuriſdictione abbatum ſanctorum Vdalrici et Affre ſub quibus a principio fuerunt ſcilicet earum fundacione et fecerunt obedienciam ſicut et nos facimus abbati huius loci ſubdentes ſe ordinario proteruo animo. Quod factum pius et virgineus pater et abbas diſſimulauit ſequens ſuis conſiliariis precipue ſecularibus ſacerdotibus et procuratoribus conſiſtorii qui magis fuerunt nobis contrarii parui pendens conſilia conuentus precipue patrum eorum qui fuerunt confeſſores monialium maxime cum nil ab eis expectaret niſi ſuam et ipſorum fratrum inquietacionem et vexaciones cottidianas et nouitates et ſic euaſerunt de obediencia prelatorum huius loci et monaſterii. Capellam vero ac collacionem beneficii ibidem pro ſe et ſuo monaſterio idem venerabilis abbas Hainricus Fryeſs obtinuit quare attemptarunt ſibi facere propriam eccleſiam ſed a conſulatu et ciuibus Auguſtenſibus prohibite ſunt licet multa propinaſſent hinc inde diuerſis perſonis. Facta ſunt hec apud Prioriſſam Veronicam Scheglerin que habebat ſibi aliquas moniales adherentes et conſencientes et illas que nobis adheſerunt duriter increpabat. Poſtea tamen alique que prioriſſe adheſerunt cognoſcentes factum ſuum in ſe reuerſe non ceſſabant accuſare conſciencias ſuas optantes et querentes ac in ſecreto pulſantes per diuerſas perſonas absque ſcitu prioriſſe reconciliacionem abbatis et penituerunt maxime quia deinde habuerunt confeſſorem ſacerdotem ſecularem quod fuit eis magnum grauamen.

Bulla

Bulla Sixti IV.

qua Moniales S. Nicolai a poteſtate Abbatis San - Vlricani extemtae fuere.

Sixtus Epiſcopus ſeruus ſeruorum dei Dilectis filiis prepoſito monaſterii per prepoſitum ſoliti gubernari ſancte crucis et Decano eccleſie ſancti Mauricii Auguſtenſis ac vicario venerabilis fratris noſtri Epiſcopi Auguſtenſis in ſpiritualibus generali ſalutem et apoſtolicam benedictionem Vt inter eterne beatitudinis amatrices que habitu ſacre religionis aſſumpto vni viro criſto ſe voto celebri deſponſarunt flores honoris et honeſtatis fructus in vbertate concreſcant et ne dum diuinis officiis eorum officioſa ſedulitas intenta verſatur aliquid obrepat quod fructum ſalutis impediat libenter prout ex officio nobis commiſſo tenemur partes noſtre ſolicitudinis interponimus. Exhibita ſiquidem nobis nuper pro parte dilectarum in criſto filiarum Prioriſſe et conuentus Monaſterii ſancti Nicolai extra muros Auguſtenſis ordinis ſancti benedicti peticio continebat quod licet ipſe omnia ſacramenta eccleſiaſtica a dilectis filiis Abbate et Conuentu Monaſterii ſancti Vdalrici Auguſtenſis dicti ordinis percipere et profeſſionem per moniales dicti monaſterii ſancti Nicolai emitti ſolitam in abbatis predicti ſeu illius prioris aut alterius Monachi eiusdem Monaſterii ſancti Vdalrici ad hoc deputati preſencia aut illorum manibus emittere conſueuerint ipſumque abbatem preſertim poſt reformacionem de ipſis alias factam in ſuperiorem ſuum recognouerint et in vltima viſitacione per dilectum filium Iohannem Goſſolt vicarium venerabilis fratris noſtri Iohannis Epiſcopi Auguſtenſis in ſpiritualibus generalem ac duos fratres ſiue priores dicti ordinis propter diſcordias quas dicte moniales cum eodem abbate ſuper certis grauaminibus ſibi illatis ſeu que inferre idem abbas minabatur certe patentes litere ſuperioritatem et obedienciam huiusmodi per certa capitula limitantes et declarantes confecte fuerint tamen abbas pretextu huiusmodi ſue ſuperioritatis easdem Prioriſſam et Moniales ac earum monaſterium tam in ſpiritualibus quam in temporalibus ſibi ſuppeditare ipſasque et monaſterium ſancti Nicolai huiusmodi ad nutum ſuum regere et gubernare conabatur et diuerſa grauamina ipſis inferre propter que veriſimiliter ſcandalum inter ipſas Moniales oriri et monaſterium ipſarum ad deſolacionem deuenire poſſet. Quare pro parte Prioriſſe et Monialium predictarum aſſerencium quod in dicto earum monaſterio regularis viget obſeruancia nobis fuit humiliter ſupplicatum vt ipſas ac monaſterium ſancti Nicolai huiusmodi cum omnibus bonis ſuis tam mobilibus quam immobilibus ac ſpiritualibus et temporalibus a ſuperioritate et obediencia dictorum abbatis et conuentus eximere ac alias eis in premiſſis optime prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui pacem et quietem ſingularum perſonarum preſertim altiſſimo famulancium intenſis deſideriis affectamus de premiſſis certam noticiam non habentes huiusmodi ſupplicacionibus inclinati diſcrecioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus quatenus nos vel duo aut vnus veſtrum ſi et poſtquam vocatis abbate et conuentu predictis et aliis qui fuerint euocandi de premiſſis aſſertis nobis legitime conſtiterit Prioriſſam et Moniales ac Monaſterium ſancti Nicolai predicta cum omnibus bonis eorum mobilibus et immobilibus ac ſpiritualibus et temporalibus ab omni ſuperioritate et obediencia abbatis et conuentus monaſterii ſancti Vdalrici huiusmodi auctoritate noſtra totaliter eximatis et eciam perpetuo liberatis ac ſub beati Petri et ſedis apoſtolice ac eiusdem eccleſie romane atque noſtra protectione ſuſcipiatis ac exempta immunia atque libera eſſi

nobis-

bisque et ſucceſſoribus noſtris romanis pontificibus canonice intrantibus ac dicte ſedi
mediate ſubeſſe debere eadem auctoritate noſtra declaretis. Ita quidem abbas et con-
ntus monaſterii predicti racione delicti aut contractus ſeu rei de qua agitur vbicunque
mmittatur delictum vel iniatur contractus aut res ipſa conſiſtat nullam in Prioriſſam Mo-
les et monaſterium et bona predicta iuriſdictionem poteſtatem aut dominium exercere
leant ſed duntaxat coram dicta ſede vel eius delegatis teneantur de iuſticia reſponde-
quodque de cetero perpetuis futuris temporibus Prioriſſa dicti monaſterii pro tempore
oſeſſionem Monialium illam ſponte emittere et velum et habitum regularem illis exhi-
re poſſit et debeat ſtatuere et decernere eadem auctoritate declaretis Et nichilominus
dem abbatiſſe et conuentui efficacis defenſionis auxilio aſſiſtentes non permittatis eas
er exemptione huiusmodi contra formam preſencium literarum per abbatem et conuen-
m prefatos aut quoscunque alios quomodolibet moleſtari decernentes ex nunc omnes
ſingulas excommunicacionis ſuſpenſionis et interdicti ſentencias ac proceſſus quas et
os contra Prioriſſam et conuentum prefatos ac ſingulares perſonas eiusdem monaſterii
cti Nicolai promulgari contigerit vel haberi irritas et inanes nulliusque roboris vel mo-
nti non obſtantibus felicis recordacionis Bonifacii pape octaui predeceſſoris noſtri et
is apoſtolicis conſtitucionibus necnon monaſteriorum et ordinis predictorum iuramento
nfirmacione apoſtolica vel quacunque firmitate alia roboratis ceterisque contrariis qui-
scunque aut ſibi Abbati et conuentui monaſterii ſancti Vdalrici vel quibusuis aliis con-
ctim vel diuiſim a dicta ſit ſede indultum quidem interdici ſuſpendi vel excommunicari
n poſſint per literas apoſtolicas non faciendo plenam et expreſſam ac de verbo ad ver-
m de indulta huiusmodi mencionem. Datum Fulginei anno incarnacionis dominice
lleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto VI. Nonas octobris pontificatus noſtri an-
ſexto.

IX.

Documenta quaedam nouam eccleſiae San - Vlricanae ſtructuram a Melchiore Stamham anno 1467. inceptam reſpicientia.

1.

De ſumtibus.

In diſem Buch wirdet vermerckt. Einnemen vnd ausgeben des Bawes der Kir-
en ſant Vlrichs vnd ſant Afren zu Augſpurg. Vnd ſend darzu zu pawmaiſtern geben
d erwelt ſechſs erſam perſon nämlich von deſs gotzhauſs wegen aine von rautz we-
n zwu von der zech wegen aine von der pfarrleut wegen zwu die ſolchen paw nach
rckleut rautt fürnemen ſollen vnd was durch andächtig leut. an ſolchen pawe geben
rdt an kainen andern geprauch denn an berürten paw komen werden Es iſt auch
bey angeſechen daz alle ſtöck vnd ſamnung in die zech cuſtrey vnd andre ende die-
nd alle ganz abſein vnd allain an zwaien enden ze Sampnung geſchechen ſollen näm-
h auff der Gredt vnd auff dem freythoffe oder an andern enden in der bemelten Kir-
en vngeuärlich Vnd was da gefallet daſs ſollen die ſechs pawaiſter nach notdurft mit
r ſchlüſſeln verſichern das an kain ander ende dan an das criſtenlich notturftig werck
pawes obgemelt gewendet werde Doch ſo iſt hier inne alſdann für ſich ſelbs pillich

 iſt

iſt meinem gnädigen herrn von ſant Vlrich vorbehalten ſein oberkait vnd herlichai das er der obroſt paumaiſter ſey vnd die ding nach ſeinen gnaden gefallen geha werden ſollen vngeuerlich. Actum et inceptum in dedicatione ſancti Vdalrici An mini &c. LXVII.

Vnd ſend daz die pawmaiſter mit namen Herr Hainrich Hotz prior Thomas Hanns Lauginger Hanns Schütter Wilhalm Vebeleyſen vnd Hanns Beringer.

2.

De ſolemni primi lapidis poſitione.

Item vff den tag der hochgelopten iunckfrawen vnd himelküngin marie zu genant aſſumptionis iſt des pawes diſs erwirdigen gotzhus ain loblicher anfang b hen durch den hochwirdigoſten in got vatter fürſten vnd Herren herrn Peter der gen Römiſchen Kirchen Cardinal vnd Biſchoff zu Augſpurg vnd der zeyt Bäpſtlich gaten der in gegenwertigkait der nachbenempten mitt namen Herren Melchiors deſs berürten gotzhus auch des Suffraganien deſs probſtz vom heiligen Crütz hern gen marſchalks zu hochenreychen ritter Bartholome Welſers vnd andreas Frickinge zeit Burgermaiſter zu Augſpurg vnd andre vil edler vnd vnedler perſonen gaiſtlich weltlicher den erſten ſtain gelegt hat mit groſſer erwirdigkait ſo mit weyhen ſing ſen vnd ander gaiſtlicher ordnung alda volbracht iſt Auch hat ſein fürſtlich gnade i derhait gegeben ainen yden menſchen ſo bey diſen dingen geweſen iſt vnd die n dacht vnd rewigen hertzen geſehen vnd gehört rat hundert tag applaſs töttlicher ſ demnach vnd wir vngezwifelt die hofnung haben ſollen das der berürt anfang z nem guten ende des pawes beſtät werde Gott dem allmechtigen vnd ſeiner werde ter der Iunckfrawen vnd himelkünigen marie zu lob ere vnd wirden auch zu trc hilff allen gelaubigen ſelen vnd zu fürdrung auffung vnd merung des gottes dien bisher alda loblich volpracht iſt durch hilffe bitte vnd verdienen ſant Vlrichs ſan prechtz ſant afren vnd andrer hailigen vnd patronen alhie Raſtende Amen factu no ſexageſimo ſeptimo.

3.

Contractus cum Architectis initus.

Ich Valentin Kindlin der ſtainmetz von Strasburg die zeyt wonhaft zu Landſpe kenn offenlich mit dieſem briefe für mich vnd mein erben vor aller mengklich Als ſchickung gottes auch ſant Vlrichs ſant Simprechtz ſant Afren zu Augſpurg raſten Erwirgig gaiſtlich mein gnediger Herre her Melchior Abbte daſelbs die bemelten K zu pawen fürgenomen Dartzu ſein gnade und ſeiner gnaden pawmaiſter mit nam erſam her Hainrich Hotz prior vnd die fürſichtigen herren Thoman Oehem Hans l ger Hans Schütter Wilhalm Veberleyſen vnd Hanns Beringer Burger zu Augſpurg mit ſamt maiſter hanſen von Hildeshain zu werkmaiſter vff genomen vnd beſtelt ha Bekenn ich das ſolchs zugangen vnd beſchehen iſt vff mainung ſo hernach aigenli ſchriben ſtat dem iſt alſo des erſten das ich vnd der bemelt maiſter hanns gley ainen man zurechnen vnd vnſer kains geſſialtz der höher oder beſſer ſein ſoll Sc

alſo ich vnd er dem benanten meinen gnädigen herren vnd den obgenanten pawmaiſtern oder iren nach komen in allen ſachen vnd befelhnuſſen zu dem berürten paw dienende willig gehorſam vnd ir getrewe werckmaiſter ſein zu dem paw das nutzlichſt vnd beſt rauten ſollen das wir verſtanden künden oder wiſſen Vnd alſo das vnſer kainer ſeiner arbait vnd kunſt vor dem andern nichtz verhalten oder verbergen ſol in kainen wege. Vnd ob ſich hinfüro über kurtz oder lang begäbe das ich in ainen wege für mich näme den ich vermainter der beſt weſen deſgleich maiſter hanns auch ainen beſundern wege alſo daz wir ſchrittig vnd vnains wurdenn ſo ſollen wir allewegen ſo offt das beſchicht darumb mit ainander für den vorgenanten meinen gnedigen hern vnd die pawmaiſter komen vns zu entſchaiden welcher dem andern ſeiner maynung verfolgen ſölle Vnd ob in denn vnſer baider mainung nicht gefielen was denn ſunſt mit vns baiden ſchaffen das ſoll vnd will. ich meins tails getrewlich nachkomen one widerrede Ich ſoll vnd will auch für mich ſelbs nicht mer denn ainen gedingten knecht haben dem ſoll ich zu eſſen geben vnd die pawmaiſter ſollen im wenn er an ir arbait iſt daſs taglon geben nach dem vnd er daſs verdenen mag vngeuärlich Vnd die maurer vnd tagloner der man zu ſolchem paw notdurfftig ſein wirdt Söllen ich vnd maiſter hanns beſtellen vmb ain zimblich taglon nicht bey dem maiſten noch minſten vngeuarlich doch vff ain gefallen der pawmaiſter vnd welcher oder welche in nicht füglich oder eben wern denn oder die mügen ſy denn abſteen haiſſen an der ſelben ſtat ſöllen wir denn ander beſtöllen nach irem gefallen vngeuarlich So oft ſich auch hinfüro begeitt daſs ich mein aigen geſchefftz halben von der arbait deſs baweſs ainen tag auſs beleyb ſo oft ſend mir die pawmaiſter deſſelben meinſs vſbeliben taglonſhalb nichtzit ſchuldig in kainen wege Ich ſoll vnd will auch die weyle ich ir werckmaiſter obgemeltermaſs bin kain ander werck nicht an mich nemen denne mit irem willen und erlauben auch von den berürten paw one redlich vrſach nicht abſten in kain wege vnd wär es das ich vnd der obgenant maiſter hanns ain vnainigkait mit ain anden gewunner oder ſunſt wir baide oder vnſer ainer handlen oder fürnemen wölten wider des obgenanten meins gnädigen hern vnd pawmaiſter gefallen ſo ſöllen ſy allewegen gewalt haben in die ding zu ſehen vnd vns zuuertragen nach pillichem vnd als offt ſy redlich vrſach an vnſer an ainem finden nach irem erkenen ſo mügen ſy den abſetzen ain andern an ſein ſtatt beſtellen oder ſunſt in den dingen handlen wie ſy daz nützeſt vnd daz beſte ſein duncket vngeuarlich Vnd vff das alles haben mir die pawmaiſter verſprochen alle die weyle ich alſo ir werckmaiſter bin vnd nicht füro zu taglon zu geben des Summers zwen vnd dreiſſig pfennig vnd des winters vier vnd zwaintzig pfennig vnd dartzu ydes iars zwaintzig riniſch gulden für iarlon huſzinſs holzt ſpeys vnd alle ander ſach nichtzit vſgenomen ob ſich aber begebe das ſy mich obgemelter maſs abſetzen vnd ainen andern an mein ſtat nemen wurden wenne ſy mir alſdenn geben meine taglon vnd nach anzal an meinem iarlon ſo ich biſs auf die ſelben zeitt verdient han als vil mir der vnbezalt vſſtand So ſend mir weitter nichtzit ſchuldig noch pflichtig in kain weg Das alles ſo vor an diſem briefe von mir geſchriben ſtat han ich zehalten vnd dem vffrecht vnd redlich nach zegen ſunder auch kainen aigen nutz noch vortail darinn zu gebrauchen bey meinen guten waren trewen an ayds ſtat gelopt verſprochen vnd verhaiſſen on all argliſt vnd geuerde zu vrkund Sub ſigillo aduocati. Datum vff dornſtag vor ſant Veytz tag anno &c. LXVII.

4.

Alter contractus.

Item wir haben verdingt maiſter hannſen den turen abzuprechen daſs iſt geſchehen vff den form daz er in abprechen ſol tach glogken vnd anders was an vnd in dem turen iſt vnd auch die pfeyler vnd das gemach zwiſchen der kirchen vnd dem turen alles by vff das erdtrich gleich dem erdtrich vnd darüber ſoll man im ſelbt ſechſt zu eſſen geben als gewonlich iſt in dem Cloſter vnd daruon geben LXXXX. gulden vnd ain gulden ſeiner frawen ze trinckgelt vnd das holz in dem tach ſoll auch in werden das ander holtzwerck bleypt alles bey der kirchen wenn er die ding vff das ertrich antwurt ſo ſollen wir das fürbaſs hinweg tun.

Item daran haben wir geben 1. gulden ſeiner frawen vnd mer VIII. gulden zurüſten mit ſeinem werckzeüg &c.

5.

De mirabili turris ſubſidentia.

In dem namen der hailigen vngetailten driualtigkait des vaters des ſuns vnd deſs hailigen gaiſts Amen Kunt vnd zu wiſſen ſeye gethan allen den ſo yetzo leben oder in künfftig zeyte werden vnd diſe nachfolgend geſchrift ymer ane ſehend leſend oder hörend leſen Das auf ſant Eraſems des hailigen Biſchofs tage nach mittags in der ſibenden ſtunde Gott der allmechtig durch verdienen der lieben hailigen vnſers erwirdigen Gotzhauſs ain wunderſam zaichen erſchinen laſſen hat deſgleich vormals nicht vil gehört iſt worden alſo ain turen iſt geſtanden zwiſchen der kirchen vnd kirchhofs vnd des cloſters der hat gehapt acht gaden höch an ſeiner mauer one das darinne die glogk gehangen iſt vnd das tagwerck darob das man auch für zwo gaden höch geſchätzt hat. Item an der dickin der maur ſiben ſchuch vnd an der weittin inwendig dreiſſig Den ſelben turen haben die pauwaiſter des pawes ſo yetzo von notdurft wegen vorhanden iſt ainen maiſter vmb ain mercklich ſumme gulden abzuprechen angedingt wie dann hye oben an diſem plat auch vermerckt das an dem ende zumelden nict not iſt In dem nun der ſelbig maiſter willen gehabt hat vff den dornſtag nach ſant Eraſems tage anzuheben den turn zu prechen hat ſich der turn deſs nachſten tags dauor daſs iſt vff ſant Eraſems tage in der ſtund als ich vor gemelt hab von im ſelbs on all menſchlich hilffe genedigklich niedergeſetzt vnd iſt niemant kain ſchad weder an leybe oder gute dauon beſchehen Beſunder die ſtain vnd gezeug ſo dauon geweſen ſind aller ding beliben zwiſchen der kirchen vnd des cloſter der kalkhütten vnd des gartens Alſo das das alles von der hofſtat des turns nicht vil ferrer begriffen danne die ſelbig hoff ſtat an ir weyttin hat vngeuarlich Item die glogk tut an dem gewichte viertzig vnd ſechs zentner die iſt an dem herabfallen gantz vnd vnuerſert beliben vnd ſagen ettlich ſo vngeuarlich vmb die zeyte dabey geſtanden ſind wie ſy geſehen haben das ſich die maur des turns vnden vff geſpalten vnd oben herab mörttel vnd ander geret habe den lütten als ſy mainen zu ainem zaichen ſich vor ſchaden zubehütten Das alles ein geſchriben iſt vmbe das es beleybe in gedechtnuſſe der menſcben Danne es mag ain yegklicher in ſeiner aigen vernunſt wol verſtaun das alle maiſter ſo in dieſer ſtat ſind durch ir kunſt vnd arbait die ding ſolcher-

ıſs nicht zu gericht oder zu wegen gepracht haben möchten. Hierumb die ere
› niemant pillich gelegt wirdt dann got dem almächtigeu auch den lieben hailigen
ıtronen vnſers obgenanten gotzhus die vns in allen zuſtenden notdurften vnſerer
ınd ſelen inen befolchen haben vnd in nötten nymer verlaſſen wöllen Amen.

X.

arte impreſſoria in noſtro monaſterio a Melchiore Stamham anno 1472. *introducta.*

Ꞇum ſub temporibus praenominati abbatis Melchioris ars imprimendi libros per ale-
s mira induſtria de partibus aliis reportata eſſet et idem abbas et pater melchior
ıs peritis habundaret nec minus per ſe ſcienciam ſacre ſcripture haberet plurimam
›peram eidem arti dare in tantum quod vix potuit quieſcere die noctuque et om-
ſibi diſſuadentibus vt deſiſteret a tali arte indignabatur et precipue laycis et bonis
bus ſuis et toti conuentui huius loci de quibus fuit dominus Iohannes Ruch ple-
noſter et Wolffgangus Stamler quibus noluit acquieſcere ſed ſuum propoſitum vel-
ui allegans illis quod eſſet pro commodo monaſterii et tocius ordinis necnon eciam
›ore fratrum ne eſſent ocioſi ſed comparando tales libros ſimiliter corrigendo rubri-
et illigando &c dicens eciam quod per iſtam artem magnam copiam librorum in
ıeca fieri et acquirere ſcilicet per modum cambii quod et factum eſt ſucceſſo tem-

Ꜳnno igitur 1472. Reuerendus in criſto pater ac dominus felicis memorie Abbas
or de Stamhaim proſapia natus monaſterii ſanctorum Vdalrici et Affre in Auguſta
ıalde meritus ob laudem omnipotentis dei et vniuerſalis eccleſie vtilitatem necnon
›naſterii prefati rerum temporalium accreſcenciam niſus eſt imprimere ſtannis carac-
; dyalogum beati Gregorii pape in moralibus in vulgari qui finitus eſt anno 1473.
ermones aureos magiſtri leonhardi de Vtino de ſanctis et finiti ſunt 1474. ſed com-
ſiue collecti per predictum magiſtrum Leonhardum de Vtino anno domini 1446. Iuſ-
ım imprimi Vincencium in naturali ſpeculo in tres partes ſed antequam finirentur
dem pater et abbas vt infra dicetur et per ſucceſſorem ſuum completi ſunt ſermo-
ſpeculum. Eciam cetera alia opuſcula iuſſit imprimere hic haud neceſſe interſe-
Sequuntur metra que continentur in fine tercie partis ſpeculi hyſtorialis vin-

Codicis inſignis quin periodus quoque finis
Fauſte nunc annotatur agente deo
In partes hunc ſectum tres auguſtaque lector
Impreſſa littera dedit ecce tibi
Hyſtorie ſeriem cuiusuis complicat in ſe
Hyſtoricum ſpeculum cui bene nomen erit
Illuſtris ſentencia tempore quolibet apto
Omnis et inſeritur florida queque viri
Auctoris nomen Vincencius ordine fertur
Predique cator burgundia ſed patria

initur autem liber prefatus anno domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo
› poſt obitum predicti abbatis.

Quomodo venerabilis abbas Melchior procurauit neceſſaria ad predictam artem videlicet inſtrumenta Acciuit enim ad ſe quemdam opificem nomine Sixtum regie ciuitatis prelibate ſcilicet Auguſte recie cognomento Saurloch conducens eumdem pro inſtrumentis preſſorie artis faciendis quibus in anni curriculo completis et decem preſſulis perfectis prefatus dominus Melchior et abbas monaſterii ſanctorum Vdalrici et Affre expoſuit pro ſingulis huius artis calculatis predictas ad preſſas magnam pecuniarum ſumulam vtpote ſeptingentos ad duos renenſium florenos propterea aliqua debita propter prefatam artem dimiſit ſucceſſori ſuo que tamen ſaltem dimidia vel tercia aut quarta pars librorum quia tres partes ſpeculi hyſtorialis Vincencii venditi ſunt in principio pro XX. XX4. florenis Et ſic abbas Hainricus ſucceſſor eiusdem abbatis Melchior multo magis ſucceſſu temporis percepit de predictis libris quam ei anteceſſor ſuus dominus Melchior in debitis reliquit ſiue pro papiro aut pro aliis neceſſariis &c. Dempto hoc quod abbas Hainricus et ſucceſſor ipſius oportebat expectare fortunam et donec venderentur libri et ſic fructum de illa arte de die in diem recepit ſucceſſor eius abbas Hainricus Fryeſs qui ſepius dixit ſe non poſſe precipere ſeu regere locum iſtum niſi haberet cottidie iuuamen de pecunia venditorum librorum et quod anteceſſor eius in hoc maximum ſibi theſaurum reliquiſſet.

Haec itaque Autor domeſticus, contemporaneus, ſemper in monaſterio verſatus, haud partium ſtudio abreptus, uti ex integra hiſtoria a ſe ſcripta luculenter clareſcit, de typographia a Melchiore Stamham *in noſtro monaſterio introducta, preloque ad duos circiter annos occupato verbis clariſſimis, iisque nullum prudens dubium relinquentibus in perpetuam rei memoriam ſcripta reliquit. Aut quid clarius dicere potuit, quam* Melchiorem neceſſaria ad artem impreſſoriam procuraſſe: inſtrumenta fieri curaſſe, *atque* pro eisdem haud exiguam pecuniarum copiam expendiſſe: libros ſupra notatos, aliosque imprimi iuſſiſſe: libros impreſſos vendidiſſe, venditioneque eiusdem ſucceſſorem multam obtinuiſſe pecuniam? *Idem aliud documentum apud nos adſeruatum, a Cl.* Veithio *in diatriba ſua pag.* XXIV. *et Cl.* Zapfio *in hiſtoria Auguſtanae typographiae pag. XVIII. aeri inciſum, inſertum diſertiſſimis terminis confirmat, nullamque dubitandi rationem viro prudenti, critices gnaro, rei antiquariae cultori, diplomaticique ſtudii amatori relinquit. Attamen duobus abhinc annis D.* Joſephus Maria Helmſchrott *) *neſcio, quo abreptus ſpiritu, horum domeſticorum documentorum fidem coniecturis quamdam veritatis ſpeciem praeſeferentibus aut omnino perfringere, aut ſaltem infirmarē niſus eſt. Aſt haud neceſſe mihi videtur, eiusdem coniecturas multis refellere, cum iam ſatis iteratae occurrentes contradictiones earum infirmitatem demonſtrent, documenta memorata easdem confutent, et Cl.* Zapfius **) *ſolidis argumentis, licet acerbiori quodam ſtilo, exiguam illarum vim ob eruditorum oculos ponere conatus ſit. Vnum aut alterum adhuc addere neceſſum duxi: primum eſt, falſum D. Helmſchrott dixiſſe:* Bis izt iſt dies einzige mit Sorgiſchen Typen gedruckte Werk — *Speculum nimirum Hiſtoriale Vincentii Bellouacenſis* — bekannt, welches die Anzeige des Druckers nicht bey ſich fürht, da hingegen alle übrige mit diſen Lettern gedruckte Werke mit der Anzeige des Druckers Anton Sorg verſehen ſind: *quatuor enim opera, videlicet* S. Bonauenturae Breuiloquium, Ioan. de Turre-cremata Tractatus de efficacia aquae benedictae: Feliciani tractatus de praedeſtinatione, Ioan. Pithſani liber de oculo morali, *iisdem characteribus Sorgianis absque loci, anni et typographi indicio, forſitan prelo noſtro, impreſſa, a me Tom. I.* Notit. Hiſtorico-Liter. de libris impreſſis

*) Verzeichniſs alter Druckdenkmale der Biblioteck zum H. Mang in Füeſſen pag. 19.

**) Ergänzungen vnd Berichtigungen zur hiſtoriſchen Einleitung des erſten Theils der Buchdruckergeſchichte von Augsburg pag. VIII. et ſeqq.

preſſis *pag.* 49. *et ſeq. recenſita habentur. Secundum: verum eſſe, integrum de* Leonardi Vtino *ſermonibus exemplar in noſtra bibliotheca a me haud fuiſſe repertum, et ab ipſo D.* ılmſchrott *alterum obtentum; multa tamen eorundem fragmenta, damnum certe deploran-* m, *hinc inde fuiſſe inuenta, aeque certum eſt, quorum finali ſubſcriptione, a* Wittwero *in* › *documento etiam adducta, illos in noſtro monaſterio fuiſſe prelo ſubiectos, clare edoctus fui.* ›rtium: *ex* Wittweri *relatione mihi erui poſſe videtur, artem typographicam vltra annum* 74. *apud nos haud fuiſſe exercitam, et ideo a* Melchioris *ſucceſſore* Henrico Fryeſs *omnia* ſtrumenta *ad alios vendita, cum iſte ſolum de librorum impreſſorum venditione ſub illo fac-* loquitur. *Ad illud autem faciendum, idem abbas doctiſſimus forte triſti nouae eccleſiae vix* ſolutae *proſtratione a vehementi turbine anno* 1474. *facta, nouaque eiusdem extructione mul-* ſumtibus *molienda, coactus fuit.*

XI.

Petri Cardinalis et Epiſcopi Auguſtani literae, quibus fraternitas SS. Vdalrici et Afrae fuit confirmata.

Cl. *Thomas Maria* MAMACHIUS Ord. Praed. ad quemdam amicorum de Patrono meo, eiusque *Collectione* haec notatu digna ſcribit: „Neſcio vtri magis *Steinero*ne, Vir clariſſime! an „*Auguſtanae Eccleſiae* gratuler? Adgratulor certe vtrique: huic, quod Antiſtites ſemper „nacta, virtute, doctrina, Religionis ſtudio inſignes fuerit, qui habitis, vt tempora „monebant, ſynodis effecerunt, vt egregiis ipſa inſtitutis, ac praeceptionibus abun„daret: alteri, quod *Acta ſynodorum* earumdem diligentia ſingulari collegerit, addi„tisque opportune theologicis, canonicis, liturgicis, hiſtoricis Adnotationibus illuſtra„rit; quarum quidem Adnotationum neque tanta ſit copia, vt Lectores opprimere, „neque raritas tanta, vt obſcuri quidquam, atque inuoluti non ſatis declarare, at„que euoluere videantur." In fine: Vale, „Vir doctiſſime! ac STEINERO, quocum „amicitiam iungere cupio, dicito plurimam nomine meo ſalutem. Cur enim non „optem, virum tantae eruditionis facultate, quem ob virtutem diligimus, eſſe item „amicum nobis."

Iuncta fuit, vt optabat *Mamachius*, inter vtrumque amicitia, quae pluribus annis epiſtolari commercio fuit conſeruata, ac nutrita.

Auguſtam vocatus, licet maioribus, grauioribusque negotiis fueris immerſus, odioſo videlicet noſtra praeprimis aetate librorum Cenſoris munere oneratus, Conſiſtorii ſeſſionibus intereſſe iuſſus, Poenitentiarius maior deſtinatus, Viſitator Generalis dioeceſis Auguſtanae nominatus, quam etiam totam et ſolus, quod ante te a nullo altero per ſeptingentos annos factum legitur, intra ſex annos ſumma cum laude viſitaſti; hos tamen inter labores a dilectis muſis auelli haud potuiſti; ſed vbique locorum ſollicite in Statuta ſynodalia, in eccleſiae Auguſtanae acta, in Epiſcoporum decreta inquirere, eaque ad clericalis vitae honeſtatem excitandam, conſeruandamque, atque ad clerum in paſtorali munere informandum, patrocinante, tuumque indefeſſum laborem gratioſis laudum encomiis adprobante Eminentiſſimo ac Sereniſſimo Principe ac Epiſcopo noſtro CLEMENTE WENCESLAO, publici iuris anno 1785. facere cunctatus haud fuiſti.

Hisce grauibus laboribus animus tuus non ſolum fractus non fuit, ſed potius ad vlterius indagandum, et antiquitatis monumenta perſcrutanda magis accenſus, adeo quidem, vt eadem excitare, ac colligere pergebas, et hodiedum pergis, ac tantum eorum iam comportaſti theſaurum — in quo etiam ſynodus a Petro S. R. E. Cardinale et Epiſcopo Auguſtano anno 1452. celebrata, et a me in Adpendice relata reperitur — qui ad duo iuſta volumina explenda ſat ſufficeret. Faxint Dii, vt breui orbis literarius, clerusque Auguſtanus hac celebri Collectione exhilaretur!

Nec hic ſolum tuus ſubſtitit conatus haud ſatis laudandus; ſed Seminarii Epiſcopalis Pfaffenhuſani Praefectus cum eſſes, de clericorum ſeminariis quoque quaedam in lucem proferre volebas: id quod *Ioannis de Ioanne Hiſtoriae ſeminariorum clericalium* editione anno 1789. praeſtitiſti; et numine fauente vlterius praeſtare cupis, cum hiſtoria de origine, progreſſu, et incrementis ſeminariorum, et ſcholarum publicarum in dioeceſi Auguſtana a te non exiguo conatu conſcripta, eruditisque notis illuſtrata, prelo iam parata exiſtit.

Silentio haud praetereunda eſt tua inſtructiſſima bibliotheca, pluribus florenorum millibus comparata, quam praecipue vix non omnia SS. Patrum opera nouiſſime edita, monumenta typographica, libri hiſtorici, manu quoque exarati, Auguſtanam et Reformationis hiſtoriam illuſtrantes, icones virorum clariſſimorum aeri inciſae, aliaque opera maxime exornant, tuamque eruditionem commendant.

Haec itaque tua de ſacrae antiquitatis Auguſtanae ſtudio, et exculta tua literatura merita, ne diutius literarium laterent orbem: debitoque laudis encomio carerent, hac epiſtola praeſenti volumini, in quo hiſtoriae res Auguſtanas tam eccleſiaſticas, quam politicas tractantes praecipue occurrunt, nomini tuo inſcripto praemiſſa eruditis omnibus ea manifeſtare, iis-

dem-

demque haud immeritum tribuere praeconium, eo magis me obſtrictum (quo maiori beneuolentia, fauore ac ſincera amicitia me complecti hucusque intermiſiſti. Quibus me et deinceps recreare digneris, obſecro ac obteſtor. Dabam ex lib. ac imper. aſceterio ad SS. Vdal. et Afram cal. Oct anno MDCCXCIII.

Plurimum Reuererendae ac Praenobilis
Dominationis Tuae

Cognatus Deuinctiſſimus
Placidus Braun.

CONSPECTVS
QVARTI VOLVMINIS.

I. Achillis Pirminii Gaſſari Annales Auguſtani. p. 1.
II. Chronicon Auguſtanum etc. p. 42.
III. Chronicon Auguſtanum. p. 58.
IV. Chronicon Auguſtanum etc. p. 67.
V. Chronicon Auguſtanum. Catalogus Epiſcop. et Patritiorum. p. 71.
VI. Codex legum et iurium vrbis Auguſtanae. p. 72.
VII. VIII. IX. Idem. p. 78. et 79.
X. Origenis Explanatio ſuper cantica, et Homiliae. p. 79.
XI. Officium B. V. M. et Pſalmi poenitentiales. p. 80.
XII. Breuiarium p. 81.
XIII. Officium B. M. V. etc. ibid.
XIV — XXVI. Viti Bildii diuerſa Opuſcula p. 81—94.
XXVII. Angeli de Gambiglonibus Tractatus de maleficiis. Conſtantienſis Synodi, et guntinenſis ſtatuta etc. p. 97.
XXVIII. Henrici de Vrimaria tractatus de Inſtinctu boni et mali. Decretum c Auguſt. Conſtitutiones Carolinae. Statuta Synodalia etc. 98.
XXIX. Nic. de Dinckelſpiel Tractatus de Praeceptis decalogi. Statuta Synodi Con tienſis etc. p. 100.
XXX — C SS. Patrum, aliorumque Autorum Opera theologica, canonica, aſce pluresque Sermones recenſentur. p. 101—128.
Adpendix diuerſa Anecdota continens. p. 129.

NOTITIA
HISTORICO - LITERARIA
CODICVM MANVSCRIPTORVM
IN
BIBLIOTHECA
LIBERI ET IMPERIALIS MONASTERII
AD SS. VDALRICVM ET AFRAM AVGVSTÆ
ADSERVATORVM

I.

chillis Priminii Gaſſari Annales Auguſtani. Codex Cartheaceus in fol.

ræſens Codex 371 foliis conſtat. Maximam eiusdem partem ipſe *Gaſſarus* charactere ſat luculento ſcripſit; quae reſtant, ab aliena longe diuerſa manu, maioribusque literis, rt mihi videtur, ſeculo poſteriori ſcripta ſunt. Lineae iuſto ſpatio inter ſe diſtinguun-. Diſtinctionis ſigna vix non omnia adparent. Quae omnia haud exiguam legendi fa-:atem parerent, niſi liturae, correctiones, additamenta, quibus codex iſte vbique tur-, eamdem adgrauarent.

Folio primo ſequens titulus a peregrina manu ſcriptus legitur: *Annales Auguſtani, r Achilles Pirminius Gaſſar Lindauienſis Medicinae Doctor*, et *Phyſicus Auguſtanus cele- conſcripſit S. M.* deinde mox ſequitur. *Patre Vlrico Gaſſaro inſigni milite et chirurgo, ıon Vrſula, Caſparis Nobilis a Randeck filia natus, obiit anno* 1577. *aetatis ſuae* 72. ; ſuffixa habetur ſchedula ab Autore ſcripta, quae ſequentia ex *Gerbelii* Graecia ex-pta exhibet: *Si qui me rudius impolitiúsque ſcripſiſſe dicent, quam operis huius dignitas ulauerit: illis reſpondebo, me non certandi cum eloquentibus ſtudio, ſed iuuandarum poſte-tum gratia laborem hunc ſuſcepiſſe.*

Gerbelius.

Quodſi ſeueriores illi Momi me dormitaſſe nonnunquam aut a ſcopo aberraſſe clamaue-, hos vno diluam verbo, me hominem eſſe, neque maiores noſtros vllos tam accurate tam-circumſpecte ſcripſiſſe, qui non dormitaſſe aut erraſſe naſutioribus viſi ſunt.

Idem in ſua Graecia.

Annalibus Autor ſequentes præmiſit catalogos: *Imperatorum* ab *Octauiano Auguſto* ue ad *Maximilianum II.* *Comitiorum* et *Conuenticulorum*, quorum in praeſenti opere ıtio fit: diuerſorum *Regum*. *Praefectorum*, *Ducum*, *Præſidum*, et *Prætorum*: *Aduo-rum* et *Praefectorum* Auguſtenſium: *Summorum Pontificum*, *Sanctorum*, exterorum :iſtitum: *Conciliorum* et *ſynodorum*: *Epiſcoporum Auguſtanorum*: quorumdam *Epiſcopo-* exterorum: *Abbatum*, *Praepoſitorum*, et *Monachorum*: *Monaſteriorum*: *Prapoſitorum* eſiae cathedralis: eiusdem *Decanorum*; *Abbatum S. Vdalrici* et *Afrae*: *Praepoſitorum*

S. *Crucis* et S. *Georgii*: *Abbatiſſarum* S. *Stephani.* De S. *Mauritii* Præpoſitis *Bernar*
Arzt ſolummodo adpoſuit. De his illos, qui in *Menkenii* editione omiſſi ſunt, in Ad
dice N. I. exponere ſtatui.

Hiſtoria ipſa absque titulo his verbis incipit: *Augſburgum ſiue Auguſta*, *Rhetie*
me quae nunc Sueuia dicitur, *ciuitas*, *Rhomani Imperii*, *vt origine vetuſtiſſimum*, *ita h*
quoque cultu et diuitiis Clariſſimum Municipium exiſtit. Deſcribitur deinde vrbis ſi
enarrantur eiusdem plaga, fertilitas, amoenitas, aedificiorum platearumque pulchrit
munimenta, aliaque vrbis ornamenta: *Inde*, pergit Autor, *adeo evenit*, *vt Augſbur*
non modo plebeie multitudinis conuerſationi, *aut crebris negotiatorum comerciis pre ceteri*
perioris Germanie habitationibus, *locus nunc ſit accomodatiſſimus aptiſſimusque*, *verum e*
maximorum principum, *adeoque Regum et Imperatorum Rhomanorum veluti domicilium i*
ta regia aut diuerſorium paratiſſimum, *ac ſedes longe magnificentiſſima ab antiquo eſſe cr*
tur. Ciues autem indigenasque eius, *ſicuti ſemper induſtrios*, *humanos*, *et nullo non vi*
tum genere ornatos extitiſſe conſtat: *Ita noſtra hac etate plerumque* (*in primis blandas V*
res) *forma pulchros*, *ſtatura decoros*, *corpore robuſtos*, *veſtitu ſplendidos*, *victu voluptua*
congreſſu ceremonioſos verbis affectatos, *actionibus aſtutos*, *moribus exoticos et plane a*
rum nationum ſimias ac, *vt alios neuos pretercam*, φιλάντων *eſſe in confeſſo habetur.*

Nunc agit Autor de vrbis huius Origine, ac nomine; de primis eiusdem inc
eorum vitae ratione, religione; de diis, aliorum fabuloſam ſecutus narrationem.
mox ſubiungit Romanorum in Germania aduentum, bella, clades, vrbis huius ſubi
tionem, *Auguſti*, *Tiberii*, *Claudii*, *Caligulae*, *Neronis*, *Vitellii*, *Veſpaſiani*, *Domiti*
Traiani, *Hadriani*; *Aelii Veri*, M. et L. *Antonini*, L. *Commodi*, *Seueri*, *Alexandri M*
ximini, *Valeriani* & *Galieni*, *Domitii Aureliani*, *Valerii Probi*, *Decii*, *Galerii*, *C*
Diocletiani et *Maximiani* Imperatorum res praecipue in Germania geſtas; meminit quo
perſecutionum Chriſtianorum. Poſt hæc de Imperatorum Chriſtianorum geſtis tra
Sub *Conſtantino* M. Duces Rhetiae Auguſtae non ſolum habitaſſe, ſed et ſecum ibi
equites Stableſianos ſeniores retinuiſſe ait. Memorat Præfectos Caeſarianos, qui tun
Rhetia tum Auguſtae fuere. Inter eos *Theodoſius* Hyſpanus magiſter equitum Augu
na caſtra integre ſeruauit. Sub *Flauio Valente* Rhetia, ab Allemannis et Withungis
pugnata in tranquilliorem ſtatum redacta eſt. *Valens* a Viſigothis victus, fuga ſibi c
ſulens viuus concrematus periit.

Regnante *Gratiano* Auguſtani Lentienſium prouocatione, *Maximi*que Britonis m
defectionem meditati, a *Maioriano* Praeſide, trucidatis Allemannis, obedientiae i
colla ſua ſubmiſere.

Theodoſius M. Rhetiam cum ciuitate hac a bellis immunem, quietamque fe
Eodem regnante Concilium Oecumenicum Conſtantinopoli contra Macedoniorum haer
celebratum fuit, atque ad tollendam e Germania et Gallia haereſim Arianam Apo
miſſi ſunt, inter quos *Vrſus* Auguſtae trucidatus fertur. S. *Hieronymum* pſalmos la
redditos Germaniae presbyteris miſiſſe, et Anaſtaſium papam Evangelium ſtando leg
et audire iisdem praecepiſſe dicit. *Theodoſio* e viuis ſublato ſub *Arcadio* et *Hon*
Romanorum regnum Gothorum, Francorum, Hunnorum, et Sueuorum armis deua
tum eſt. Wiſigothi Romam expugnarunt. Germani Romanorum iugum abiecerunt.
lis temporibus, praecipue Hunnorum armis multa paſſa Auguſta, et circa annum
penitus proſtrata eſt. Mortuo *Attila* Hunnorum Rege, Auguſtani ſuperſtites vrbem re
dificarunt, et Auguſtam nominarunt.

Roma

Romanum imperium in occidentali plaga deſtruitur, eiusque ditiones a diuerſis atibus occupantur. Sueui noſtram regionem vſque ad alpes et Rhenum poſſederunt; de eadem regio *Sueuia* nominabatur. Ex eorum poſſeſſione franci expellere eos niſi it. *Anaſtaſius* Imperator Francorum regnum confirmat.

Theodoricus Oſtrogothorum Rex *Ottokaro* deuicto, Italiam ſibi ſubiecit. Tumultu-tibus inter ſe Sueuis et Francis ad Rhetiae Duces, vt barbaris irruentibus ſeſe opponeit, literas miſit. Sueui a Francis ſub *Clodoueo* Rege anno 499 victi, iisque cum Alle-nnis ſubiecti ſunt. *Clodoueus* a S. *Remigio* S. Baptiſmatis fonte ablutus eſt. Idem et os Francorum Reges ſubiugauit. Auguſta inter hos tumultus in Romanorum fide manſit.

Reges Francorum anno 512 Burgundiam occupant: *Theodo* Boiariorum Dux circa num 521 Auguſtam ſolo aequauit et ſibi ſubiecit: Longobardorum Rex *Ottwinus* Pan-niam inuaſit: *Theodobertus* Auſtraſiae Rex, primus Germaniae Rex dictus eſt. *Iuſtini Iuſtiniani* Imperatorum res geſtae enarrantur. *Dietboldus*, *Theodeberti* filius ambas etias, Helvetiam et Auguſtam poſſedit. *Lutherus*, qui et *Clotharius*, Sueſſionum Rex no 559 Francorum poſſeſſiones ſibi comparauit. Poſt illum Rhetiam et potiſſimam rmaniae partem *Sigebertus* eius filius obtinuit.

Hunni et Auares circa annum 564 Auguſtam cum vicinia deuaſtarunt. Longo-di Italiam ſibi vindicarunt. Sub *Childeberto* Saxones Sueuiam inuadentes, a Sueuis pulſi fuere. S. *Columbanus* circa annum 566 in Rhetia Euangelium Chriſti praedicauit. *ildebertus Landsfredum* Sueuiae et Allemanniae Ducem ob conſpirationem anno 587 prin-atu priuauit, et Auguſtam in officio retinuit. *Thaſſilo* Boiariam iterum obtinet. S. *Hi-ius*, qui etiam *Largio* dicitur, Neoburgenſem Epiſcopatum tenuit. S. *Gallus* Teuto-m apoſtolus. Autor deinde S. *Gregorium* papam verbis omnino ignominioſis, venena-ue calamo depingit. *Brunnhildis Sigeberti* Regis vxoris ſceleſtiſſimae mulieris fata. b *Clothario* II. *Zoſimus* ſeu *Sozimus* anno 618 Epiſcopus Auguſtanus conſtituitur. Idem x Sueuis nouas dedit leges, quas pax ac ſecuritas ſubſecuta eſt. *Mahumedis* geſta morantur.

Dagobertus Rex vicit Slauos et Wendos. *Berwelfus* ſecundus, *Dagobertus* tertius iſcopus Auguſtanus dicitur. *Cunzius* et *Ottwinus* Sueuiae duces. *Heraclius* Impera-*Dagobertum* ne tolleraret Iudaeos, admonuit. Anno 645 *Sigebertus* II. haerede ca-s *Childebertum Grunwaldi* filium ſucceſſorem adpellauit; aſt ſecuto haerede *Dagoberto*, orem inſtitutionem reuocauit. Ille vero armis ſuam adoptionem ſtabilire voluit; *Lu-vichus* II. vero ſumto de *Grunwaldi* perfidia ſupplicio, fratris regna filio ſuo, nepote prius in monachum attonſo, tradidit. Quartus Auguſtenſis epiſcopus *Manno* eligitur. *ſtantinus Poganatus* liberam Papam eligendi poteſtatem Clero et populo Romano ceſſit.

Leo Papa Archiepiſcopis Pallium conceſſit. Recenſentur Galliae turbae, per quas guſta non modicas petulit iniurias.

Circa annum 687 *Pipinus* Germanis et Auſtraſiae regno dominari coepit. S. *Magnus* ſſenſe monaſterium extruit. *Wicko* Epiſcopus Auguſtanus eligitur. Sub *Pipino* Aduo-i Auguſtani fuere *Gottfridus* et *Ernholdus* ſeu *Arnholdus*. *Wichoni* anno 705 ſucceſſit *ico*, ſeu *Perichus*, Arianis infenſiſſimus. Huic ſubſtitutus eſt anno 725 *Zeiſo*, ſiue *zilo*, qui Baſilicam intra muros extruxiſſe dicitur. Sub eodem Auguſtae praeſente *nefrido*, ſeu *Bonifacio* Synodum pro Summi Pontificis primatu fuiſſe celebratam ſcri-

 bit

bit Autor. *Caroli Martelli*, *Pipini* et *Caroiomanni* geſta. Sub his S. *Pirminius* Augiam diuitem cum aliis 18 monaſteriis fundauit. Auguſta a *Carolomanno* ſubiecta eſt. *Marckmannus*, ſeu *Martinianus* anno 746. Eqiſcopus Auguſtanus renuntiatus eſt. Sub hoc primum organum in Germania fuiſſe viſum. Agitur deinde de ſequentium monaſteriorum origine: nimirum *Weſſofontani* pro viris, *Pollingani* pro foeminis, *Thierhauptani* et *Ottenburani*. Auguſta hoc tempore ob bellum *Odilonem* Boiariae Ducem inter et Franciae Principes, et ab Hunnis, qui anno 750. Vindelicum inuaſere, multa mala pertulit. Sublatis Merouingis Franciae regnum in Carolingorum gentem translatum eſt. *Pipinus* primus totius Galliae Rex Rhemis a *Bonifacio* Archiepiſcopo Moguntino inungitur. Huius regis donatio Papae *Stephano* II. facta. Idem Parlamentum inſtituit.

Pipino anno 768. mortuo, *Carolomannus* et *Carolus* ſucceſſere. Illo defuncto hic tam Galliae quam Germaniae regnum obtinuit. Sub hoc Auguſta liberaliter fuit refecta. S. *Wicterpus*, qui Epiſcopus Neoburgenſis fuiſſe dicitur, circa annum 775. eligitur. Eluacenſe monaſterium ah *Hardolpho*, Benedictoburanum a *Landfrido*, *Waldramo*, et *Elilande*, et Campidonenſe ab *Hildgarda* fuit fundatum. *Thaſilo* Boiariae Dux ope Hunnorum et Auarum Sueuiam inuadit, et anno 787. Auguſtana ſuburbia et S. *Afrae* eccleſiam flammis deuaſtauit. *Carolus* hoſtes abegit, Boium deuicit, monaſterio Laurisheimenſi incluſit, Boiariam occupauit, et damna Auguſtenſibus illata reſarciuit. S. *Wicterpo* anno 791. mortuo et Epachii humato, *Toſſo* ſubrogatus eſt. Hic ſecundus monaſterii Fueſſenſis fundator laudatur: interfuit ſynodis Ratisbonenſi et Francofordienſi. Anno 794. Auares noſtram regionem et vrbem inuadentes a *Carolo* deuicti ſunt. Hic Epiſcopatum et rem publicam Auguſtanam reſtaurat. Corriuatis Altmyla et Ratza fluuiis nauigationem ab oceano Germanico in Pontum vſque Euxinum inſtituere voluit. Sueuiae duces. Scabinatus officium apud Weſtphalos inſtituit. *Carolus* anno 801. a *Leone* Papa in Romanorum Imperatorem coronatus eſt. Literas vbique reſtaurat. S. *Simpertus* anno 803. fit Epiſcopus Auguſtanus. Epiſcopatus Neoburgenſis Auguſtano incorporatur. Eccleſia cathedralis conſecratur. S. Epiſcopus pluribus conciliis intererat. Inſtituit ſcholas. *Carolus* anno 806. pacis gratia filiis ſuis ad inſtar teſtamenti ſua regna diuiſit. Aquisgrani anno 814. obiit.

Ludouicus Carolo in imperio Romano ſucceſſit, a *Stephano* Papa Rhemis anno 816. conſecratus. Confirmauit donationes eccleſiae Romanae factas. Comitia Auguſtae anno 832. celebrauit. In S. *Simperti* locum ſuffectus eſt *Hanto* Comes de Andechs, qui haud exiguis bonis eccleſiam ſuam ditauit. Eius frater Canonicorum collegium in Damaſia fundauit. Feſtum omnium Sanctorum inſtituitur. *Hantoni* ſucceſſit *Gualtherus* Imperatoribus valde acceptus. Sub hoc *Ambergerus* Auguſtanus Abbas Campidunenſis renunciatus eſt. His temporibus SS. Pontifices nouiter creati nomina mutare coeperunt. *Ludouico* anno 839. mortuo, Romanorum Imperator proclamatus eſt Moguntiae anno 840.. *Lotharius*, a quo Lotharingia ſuum nomen obtinuit. Hic monaſterium Thierhauptanum reſtauraſſe, et Brumiae, abdicato regno, monachus tonſus dicitur. Poſt hunc Romanorum regni habenas capeſſit *Ludouicus* eius frater, cuius geſta recenſentur. Sub iſto Auguſta Aduocatum honorauit *Berechtmairum*. Anno 848. *Vdalgerus*, ſeu *Adelgerus* Epiſcopus Auguſtanus electus eſt. Hunc ſequebatur *Neodegarius* ſeu *Nidgarius* Abbas Ottoburanus, cui ſubrogatus eſt anno 869. *Lanto*, qui Colonienſi Synodo an. 871. ſubſcripſit.

Ludo-

Ludouico Pio defuncto, regni habenas *Carolus Caluus* anno 875. accepit, anno 7. *Ludouicus Balbus*, et anno 879. *Carolus Craſſus*. *Vdalmannus* Epiſcopus *Lantoni* ceſſit qui Synodo Moguntinae ſub *Arnulfo* interfuit. Aerae chriſtianae origo *Carolo* *ſſo* debetur. Hic in ſumma egeſtate e vita diſceſſit. *Carolum* ſequebatur *Arnulfus*. guſta bello et cariſtia depreſſa fuit. Anno 888. *Wicherus* Abbas Ottenburanus Autanam cathedram conſcendit. Interfuit Synodo *Triburienſi* anno 896. Anno 899. *douicus* III. *Arnulfi* filius Caeſar electus eſt. Sub hoc Vngari Noricum et Vindelicum aſerunt.

Anno 902. *Adalbero* Comes Dillingenſis Epiſcopus Auguſtanus creatus eſt. Con- o Althaimenſi interfuit. *Ludouico* Imperatore anno 911. defuncto, plures Imperatores ti ſunt, de quibus *Conradus*, deuictis Vngaris, ac Sueuis, coronam ac regnum obiit. Iſti anno 919. ſucceſſit *Henricus Auceps*. Anno 920. Epiſcopus Auguſtanus renatus eſt *Hiltinus*, cui S. *Vdalricus* ſufficiebatur. De Sancto noſtro fuſius, ſed multis religionis noſtrae, vt moris illi erat, odium immixtis ac falſe enarratis, agebat Autor. *Henrico* Caeſare, inſtigante *Arnoldo* Bauariae Duce, Vngaros anno 925. hic circumque omnia deuaſtaſſe ſcribit. Primum equeſtrem ludum *Henricus* Imperator anno . celebrauit.

Henrico eius filius *Otto* 937. in regno ſucceſſit. Hoſtes ſuos *Dinckmairum* nimi- n et *Henricum* Boiariorum Ducem vicit. *Luitolfo* filio Sueuiae ducatum conceſſit, guſtae anno 952. Comitia celebrauit. *Luitolfus*, *Conradus*, *Moſſellanus*, Comitesque irenſes Imperatori infenſi Auguſtam impugnarunt, Hungaros aduocarunt, eamdem ederunt, S. *Afrae* aediculam deuaſtarunt, omniaque circumquaque depopulati ſunt. perator vniuerſali Germaniae expeditione hoſtilem exercitum prope Auguſtam deuicit, ribus nobilibus interfectis. Ciues Auguſtenſes in ea pugna virtute et fide eluxere. Italiam proficiſcitur Imperator, ſuisque geſtis ibidem *Magnus* dici meruit. *Vdoni* II. uiae et Boiariae ducatum concredidit. Eo decedente, eius filius *Otto* II. anno 974. ni habenas accepit. Is Auguſtenſi eccleſiae *Henricum* comitem de Wolfratzhuſa Epiſcopum conſtituit, qui etiam cum eodem Imperatore contra Sarracenos in Calabriam ficiſcens, prælio cæſus dicitur. *Otto II*. *Burchardum IV*. Sueuiae ducem nominauit; uocatus vero Auguſtae *Wenherus* de *Seldnegga* conſtitutus eſt. Illi ſuffectus eſt *Conus Sapiens*. Anno 979. *Vdalgerus* Epiſcopalem ſedem obtinuit. Sub hoc Canonia ttenhuſana fundata dicitur.

Anno 983. decedente Romae *Ottone*, eius filius *Otto III*. a Germanis Imperator clamatus eſt. *Etticho* Comes Altorfenſis Epiſcopus Auguſtanus fuit conſecratus. Sub fames ciuitatem et prouinciam noſtram miſere torſit. Iſti 988. *Luitholdus* ſeu *Luilfus* ſucceſſit. Eccleſia S. *Mariæ*, auxiliante *Adelhaide* Imperatrice, reaedificatur. S. *alricus* Sanctorum albo inſcribitur. Imperator Italiam petiit, Romam impugnauit, occaſione multi ciuium Auguſtenſium vitam amiſere. *Luitholfus* in Epiſcopatu *Walum* ſucceſſorem habuit. Eo tempore Cœnobium Monialium Neoburgi fundatum eſt. no 997. Sueuiae ducatum obtinuit *Hermannus II*. Anno 998. *Gebhardus* de *Amerthala* iſcopus Auguſtanus conſecratus eſt, qui S. *Vdalrici* Sacellanus, eiusdem vitam conipſit. Iſte *Ottonis III*. inteſtina in eccleſia cathedrali terrae mandauit. Obiit Impera- in Italia, aquisgrani ſepultus.

Anno 1001. *Henricus II*. Bauariae Dux Aquigrani Romanorum Imperator corous eſt. 1003. *Syfridus* in Epiſcopatu *Gebhardum* ſecutus eſt. *Hermannus* Sueuiae Dux

ſſabatur, Epiſcopum Eichſtettenſem *Gebhardum* Papam conſtituit, qui *Victoris II.* no-
n adſumſit.

Anno 1056. *Henricus IV.* poſt patris ſui mortem, quinquennis princeps Imperium
inuit. Anno 1058. Auguſtae commorabatur, quo tempore Hungarorum regis, et Ro-
norum legati venere. *Nicolaus* Papa *II.* ab eo nominatus dicitur. *Sueigerum* a Baltz-
a Auguſtae Aduocatum dedit. *Rudolfus* Rhynfeldiae Comes Caeſaris ſororem, et
uiae ducatum adeptus eſt. Anno 1061. Caeſar Auguſtam inuiſit, quo Romanorum
ati ad ſchiſma tollendum eius opem implorarunt. Ab Hungarica expeditione reuer-
Auguſtam triumphans ingreſſus eſt, vbi multa ciuitatis negotia abſoluit. Anno 1064.
brico Comes a *Leiningen* Epiſcopus Auguſtanus nominatur. Eius geſta praeclara re-
ſentur. S. *Petri* eccleſia collegiata a *Schweigero* Comite a Balzhuſa et *Sicibegga*
datur. *Embrico* collegiatam eccleſiam Hebacenſem ampliatam anno 1073. dedicauit.
go parthenonis Hohenwartenſis. Weſſofontanum monaſterium Ordini S. *Benedicti* fuit
itutum. Enarrantur quaedam *Gregorii* P. *VII.* geſta, veritati hiſtoricae parum con-
anea. Anno 1066. Auguſta cariſtia premebatur. Anno 1069. comitia ob expedi-
iem Italicam Auguſtae celebrabantur. Anno 1071. cum Sueuiae et Bauariae pri-
ibus ibidem agebatur. Dominicam Palmarum et feſtum Pentecoſtes Caeſar anno
3. ibidem agebat. Nunc diſſenſiones inter *Gregorium VII.* quosdam imperii princi-
, et Imperatorem ſtilo omnino acerbo et enarrationibus ab hiſtorica veritate haud
um alienis, deſcribuntur. Inter iſtas etiam *Sigefridi* Epiſcopi Auguſtani et ciuium
guſtanorum dira fata occurrunt; praecipue iſtis praeclariſſima documenta direpta fuere.
iſto Epiſcopo plures canonici eccleſiae cathedralis Epiſcopales ſedes obtinuerunt.
no 1092. peſtilentia vrbem, vicinaque loca depopulata eſt. *Welfo* cum Imperatore
nciliatur, damnaque Auguſtanis illata reſarcire conatur.

Anno 1096. *Sigefrido* Epiſcopo ſubrogatus eſt ab Imperatore *Hermannus* Comes
telsbacenſis, a Papa ob Simoniae labem excommunicatus. Fuit etiam a fratribus
comitiis Ratisbonenſibus tanquam dilapidator accuſatus. Idem Germaniae concor-
s inter *Caliſtum II.* et *Henricum V.* factis ſubſcripſit. Interfuit etiam anno 1131.
cilio Moguntino. Aduocatum Adelgezum II. de *Schwabeck* adſumſit. Auguſtam ab
ibus dirutam refici curauit. Monaſterio Mutterhofenſi decimas donauit: bonarum
um ſcholas erexit: S. *Aegidii* capellam extruxit: Eccleſiam Ottenburanam conſecrauit:
twicho Praepoſito Dieſſenſi anno 1114. Monialium diui *Stephani* monaſterium con-
it etc. Ordinis Praemonſtratenſis origo. *Egino* Abbas San-Vlricanus Epiſcopum ſibi
nſum habuit. Huic ſucceſſit *Wolmarus*. Benedictini ſub eodem Epiſcopo Werdeae
iialium monaſterium obtinuerunt. Anno 1125. monaſterium Vrsbergenſe: 1126 Et-
ettenſe, 1127. Vrspringenſe, denique Rothenſe fuere fundata.

Munimenta vrbis reficiuntur. Suburbium verſus Vindam igne conſumitur. Au-
enſes anno 1097. ſacrae militiae nomina dederunt. Cometa conſpicitur. Suburbia
o 1102. flamma dire deuaſtauit. Sacra expeditio inſtituitur. *Henricus IV.* Impera-
moritur.

Anno 1105. *Henricus V.* patri ſuo ſucceſſit. Auguſtae comitia celebrauit. Romam
is anno IV. cepit, inueſtiturae ius ac coronationem a Pontifice extorſit. Aſt Papa
eius diſceſſum cuncta transacta vtpote vi extorta anno 1112. retractauit, ex quo
tae iterum diſſenſiones ac tumultus exorti fuere. Auguſta etiam cum vicinia haud
um perpeſſa eſt. *Henricus V.* obiit, Spirae ſepultus.

Eo

Caeſarem debellauit, quo tempore Auguſta etiam haud parum perpeſſa eſt. Illo mortuo, Caeſar eius filio Sueuiae, Alſatiaeque ducatus in beneficium contulit. Fames dire graſſata eſt. Anno 1009. *Syfrido* ſucceſſit Caeſaris frater *Bruno*, qui Canonicos S. *Afrae* cum potiſſima eorum redituum parte cum illis S. *Mariae* vniuit; in eccleſia autem S. *Afrae* Monachos S *Benedicti* introduxit. Iis anno 1012. *Reginbaldum* Abbatem praefecit, cui ſucceſſit *Dego*, et dein *Godisgenus*. Anno 1019. idem Epiſcopus Eccleſiam collegiatam S. *Mauritii*, ſed haud ad fratris voluntatem, aedificauit. Venandi ius obtinuit *Henrici* Bauariae Ducis Curator a *Conrado* Imperatore nominatur. Primarium eccleſiae cathedralis altare ampliſſimo Legato nempe Straubinga ditauit, anniuerſarium fundauit. *Frideboldus* S. *Vdalrici* Abbas, et Imperatoris Confeſſarius multa priuilegia et bona comparauit. *Bruno* Synodo Selgenſtadienſi interfuit. Anno 1026. Thierhauptenſe coenobium ab Gebhardo Ratisbonenſi Epiſcopo, eiusque fratre *Rapothone* reſtauratum eſt. *Erneſtus* Oſtriae Marggrauius Sueuiae Dux conſtitutus eſt; *Welſo II.* vero Auguſtae Aduocatus. Hic cum *Brunone* Epiſcopo Auguſtam, viciniamque armis infeſtauit. *Henricus II.* Romae anno 1014. fuit conſecratus. *Giſela* eius ſoror *Stephano* Hungarorum Regi religionis ergo nupſit. Obiit idus Iul. 1024. Bambergae in cathedrali eccleſia a ſe fundata ſepultus.

Henrico ſucceſſit *Conradus II. Salicus* dictus, cui *Cuno* Francorum Dux, vnacum *Erneſto* Sueuiae Duce armis ſeſe oppoſuit. Has turbulentias Auguſta quoque ſentire debuit. In Sueuiae ducatu *Erneſtum II.* ſequebatur *Erneſtus III.*, et hunc *Hermannus IV.* Anno 1029. Epiſcopus Auguſtanus ordinatus eſt *Eberhardus*, qui villam Pfaffenhofenſem Monialibus S. *Stephani*. et pontem lici cum telonio et virgultis, ac ſalicetis, quae inter licum et molarem fluuium, S. *Vdalrici* Monachis conceſſit. Horum Abbas tunc *Henricus I.* erat. *Eberhardus* Conſtantienſi ſynodo anno 1043. interfuit. Abbas Eluacenſis in principum numerum receptus eſt. Monaſterium Benedictobura.um ordini S. *Benedicti* reſtituitur. *Eberhardus* Præpoſitus Auguſtenſis Epiſcopatui Ratisbonenſi præficitur. *Henricus* Imperator *Suidgerum* Bambergenſem Epiſcopum Papam ſub nomine *Clementis II.* conſtituit. Pluritas Beneficiorum ſumit originem. *Conradus II.* filio *Henrico* Sueuiae et Burgundiae ducatum tribuit. Imperator anno 1039. obiit, Spirae ſepultus.

Henricus III. Imperator creatur. Auguſtae comitia celebrat. Italiam cum pluribus ciuibus petiit Sueuiae ducatus primum *Ottoni* comiti Palatino, dein *Ottoni* Comiti Schwinfurtenſi collatus eſt. Roma redux Auguſtae diutius commoratus eſt. *Henricus II.* Epiſcopus Auguſtenſis, Caeſari a conſiliis, et Imperatrici familiariſſimus fuit. Palatium prope cathedralem eccleſiam aedificari curauit. *Leo IX.* Auguſtam ad comitia venit: S. *Galli* eccleſiam conſecrat. Epiſcopus S. *Stephani* monaſterium ampliauit, eccleſiam cathedralem port bus exornauit. S. *Vdalrici* monaſterium muro cingitur, S. *Agnetis* capella aedificatur, S. *Afrae* S. reliquiae inueniuntur. *Henricus* Epiſcopus Imperatorem *Henricum IV.* *Dietboldum* Comitem Wittelbacenſem, coepiſcopos, aliosque ſibi infenſos habens, inſidiisque vndique imp titus in arce Falckenſtein ſuae ſaluti conſulere quaerens, vitae finem ibi inuenit. Pro remedio animae ſuae ad cathedralem, et San-Vlricanam eccleſiam quamdam numorum copiam legauit. Succeſſorem habuit *Conradum* Comitem Lucilloburgenſem. S. *Afram* Auguſtae fuiſſe exuſtam Autor negat.

Anno 1048. *Henricus* Imperator *Popponem* Bauarum Aquileienſem Patriarcham Papam ſub *Damaſi* nomine, renuntiauit. Anno 1052. comitia Auguſtae celebrauit, quibus *Leo* Papa IX. interfuit. Idem Imperator anno 1056, quo Auguſtae dira fames

graſſa-

ſſabatur, Epiſcopum Eichſtettenſem *Gebhardum* Papam conſtituit, qui *Victoris II.* nomen adſumſit.

Anno 1056. *Henricus IV.* poſt patris ſui mortem, quinquennis princeps Imperium inuit. Anno 1058. Auguſtae commorabatur, quo tempore Hungarorum regis, et Romanorum legati venere. *Nicolaus* Papa *II.* ab eo nominatus dicitur. *Swigerum* a Baltza Auguſtae Aduocatum dedit. *Rudolfus* Rhynfeldiae Comes Caeſaris ſororem, et ſuiae ducatum adeptus eſt. Anno 1061. Caeſar Auguſtam inuiſit, quo Romanorum ati ad ſchiſma tollendum eius opem implorarunt. Ab Hungarica expeditione reuer- Auguſtam triumphans ingreſſus eſt, vbi multa ciuitatis negotia abſoluit. Anno 1064. *brico* Comes a *Leiningen* Epiſcopus Auguſtanus nominatur. Eius geſta praeclara re- ſentur. S. *Petri* eccleſia collegiata a *Schweigero* Comite a Balzhuſa et *Swabegga* datur. *Embrico* collegiatam eccleſiam Hebacenſem ampliatam anno 1073. dedicauit. go parthenonis Hohenwartenſis. Weſſofontanum monaſterium Ordini S. *Benedicti* fuit itutum. Enarrantur quaedam *Gregorii* P. *VII.* geſta, veritati hiſtoricae parum con- anea. Anno 1066. Auguſta cariſtia premebatur. Anno 1069. comitia ob expedi- ıem Italicam Auguſtae celebrabantur. Anno 1071. cum Sueuiae et Bauariae pri- ibus ibidem agebatur. Dominicam Palmarum et feſtum Pentecoſtes Caeſar anno 3. ibidem agebat. Nunc diſſenſiones inter *Gregorium VII.* quosdam imperii princi- , et Imperatorem ſtilo omnino acerbo et enarrationibus ab hiſtorica veritate haud am alienis, deſcribuntur. Inter iſtas etiam *Sigefridi* Epiſcopi Auguſtani et ciuium guſtanorum dira fata occurrunt; praecipue iſtis praeclariſſima documenta direpta fuere. iſto Epiſcopo plures canonici eccleſiae cathedralis Epiſcopales ſedes obtinuerunt. 1o 1092. peſtilentia vrbem, vicinaque loca depopulata eſt. *Welfo* cum Imperatore nciliatur, damnaque Auguſtanis illata reſarcire conatur.

Anno 1096. *Sigefrido* Epiſcopo ſubrogatus eſt ab Imperatore *Hermannus* Comes telsbacenſis, a Papa ob Simoniae labem excommunicatus. Fuit etiam a fratribus comitiis Ratisbonenſibus tanquam dilapidator accuſatus. Idem Germaniae concor- s inter *Caliſtum II.* et *Henricum V.* ſactis ſubſcripſit. Interfuit etiam anno 1131. cilio Moguntino. Aduocatum Adelgezum II. de *Schwabeck* adſumſit. Auguſtam ab ibus dirutam refici curauit. Monaſterio Mutterhofenſi decimas donauit: bonarum am ſcholas erexit: S. *Aegidii* capellam extruxit: Eccleſiam Ottenburanam conſecrauit: *twicho* Praepoſito Dieſſenſi anno 1114. Monialium diui *Stephani* monaſterium con- t etc. Ordinis Praemonſtratenſis origo. *Egino* Abbas San-Vlricanus Epiſcopum ſibi nſum habuit. Huic ſucceſſit *Wolmarus*. Benedictini ſub eodem Epiſcopo Werdeae iialium monaſterium obtinuerunt. Anno 1125. monaſterium Vrsbergenſe: 1126 Et- ettenſe, 1127. Vrspringenſe, denique Rothenſe fuere fundata.

Munimenta vrbis reficiuntur. Suburbium verſus Vindam igne conſumitur. Au- enſes anno 1097. ſacrae militiae nomina dederunt. Cometa conſpicitur. Suburbia o 1102. flamma dire deuaſtauit. Sacra expeditio inſtituitur. *Henricus IV.* Impera- moritur.

Anno 1105. *Henricus V.* patri ſuo ſucceſſit. Auguſtae comitia celebrauit. Romam is anno IV. cepit, inueſtiturae ius ac coronationem a Pontifice extorſit. Aſt Papa eius diſceſſum cuncta transacta vtpote vi extorta anno 1112. retractauit, ex quo tae iterum diſſenſiones ac tumultus exorti fuere. Auguſta etiam cum vicinia haud am perpeſſa eſt. *Henricus V.* obiit, Spirae ſepultus.

Eo

Eo mortuo anno 1125. a quibusdam *Lotharius* Saxoniae dux Caeſar electus eſt, cui electioni ſeſe oppoſuere *Fridericus* Sueuiae et eius frater *Conradus* franconiae duces. Comitia Ratisbonae celebrantur. Belli flamma omnia vndique deuaſtat. *Guelphorum* et *Gibellinorum* origo. *Henricus* Bauariae dux anno 1130. cum Caeſaris filia Auguſtae nuptias celebrat. Anno 1132. Auguſtae Caeſare praeſente, exorto tumultu plures periere. Auguſta hoc tempore Epiſcopo tributum ſoluit. *Fridericus* et *Conradus* cum Caeſare ex Italia redeunte reconciliati ſunt.

Anno 1133. *Gualtherus* vnanimibus votis epiſcopus electus eſt. Anhuſanum Caeſareenſe et S. *Georgii* Auguſtae monaſteria fundantur. Idem epiſcopus ſuam eccleſiam gemmis et auro ditauit. Facta Epiſcopatus reſignatione, Selgenſtadii vitam monaſticam profeſſus eſt. Sub eodem Elchingenſe monaſterium ſuam obtinuit originem. Anno 1144. Hebrechtingenſe, 1145. Weienbergenſe, et 1147. Steingadenſe clauſtra excitata fuere. *Rapoto* Wallerſtainenſis S. Mauritii Praepoſitus valde prodigus, ſucceſſorem habuit *Hermannum* de *Wartelſtetta* Eccleſiae Cathedralis Canonicum, hic vero anno 1149. *Gottſchalcum* ibidem Canonicum. *Vdalſcalcus* Abbas circa hoc tempus Auguſtae floruit. Anno 1135. feruentiſſima aeſtas haud parum damni intulit. Anno 1137. Caeſar in reditu ex Italia moritur.

Conradus III. Franconiae Dux Caeſar ſalutatur, ac anno 1138. a Papae Legato inungitur. Huic electioni *Henricus* Bauariae Dux armis ſe oppoſuit. Sed a *Friderico* Sueuiae Duce victus imperialia ornamenta *Conrado* reddidit. Comitia Ratisbonae fuere celebrata. Bauariae Dux proſcriptus in exilio moritur. Imperiale iudicium Rottwilae ininſtituitur. Anno 1147. S. Expeditio contra Sarracenos moliri coepta. Huic plures Auguſtani ſe adiunxere. Exercitus iſte vel fame vel peſte vix non integer periit. Anno 1150. flamma Auguſtae deſueuiit. Eodem anno *Conradus* Comes a *Litzelſtein* epiſcopalem cathedram arripuit. Auguſtenſem Aduocatum vnacum Praetore in comitiis Ratisbonae propter minus rigidam iuſtitiam accuſauit. Quo praetentu in vrbem dominium quaeſiit. *Welſoni* Boiariae et Spoleti Duci contra *Hugonem* Palatinum Tubingenſem ſubſidia praeſtitit. Antiphonam *Alma redemtoris* quotidie decantandam fundauit. Canonicos Auguſtinianos Muttershofa Hamelbergam anno 1159. transtulit. Anno 1165. concilio Herbipolenſi interfuit. Romae peſte ſublatum non nulli aſſerunt, alii vero, reſignato Epiſcopatu, monachum ad S. *Vdalricum* profeſſum fuiſſe dicunt. *Otto* Habsburgenſis Comes Praepoſitus S. *Mauritii* ad ſedem Conſtantienſem euectus eſt; *Eberhardus* vero Canonicus Auguſtenſis ad Ratisbonenſem, *Hiltegardis* Abbatiſſa monaſteria reformauit. *Conradus* Imperator moritur Laureaci ſepultus.

Anno 1152. *Fridericus* Sueuiae Dux, *Barbaroſſa* dictus Caeſar nuncupatus et coronatus eſt. Lites Epiſcopum inter et Auguſtenſes compoſuit, et Auguſta maiori libertate frui coepit. Prima vxore repudiata, ſecundas nuptias cum *Beatrice* Veſontii celebrauit. *Adrianus* Papa IV. Caeſaris denominationem ſibi vindicare per Legatos molitus eſt, quod diris diſſenſionibus anſam praebuit, quae tamen anno 1156. in comitiis Auguſtenſibus diremtae ſunt. *Boleslaum* Poloniae Ducem debellauit. *Henricum* orientalis limitis Marchionem Auſtriae ducis titulo Ratisbonae condecorauit, multa ex Boiariae plagis ad anaſum ei tribuens. Anno 1162. Auguſtam, mortuo *Adelgezo* Schwabecenſi eiusdem Aduocato, ſibi imperioque ſubiecit, ac praerogatiuis donauit. Bello *Hugonem* inter et *Welſonem* Auguſta etiam ſumma calamitate attrita eſt. Illo tempore obligationum, ſyngrapharumque formulae ortum habebant. Anno 1166. Comitia Auguſtae celebraban-

lebraban-

brabantur. 1167. armata manu Imperator Romam occupauit, Papamque *Alexandro III.* pponebat. Bohemiae Duces regio exornabat diademate. *Welſo* prope Auguſtam conentum habuit. Imperator fuit excommunicatus. Idem ob Mediolanenſium rebellionem cpeditionem in Itâliam parauit. Aſt arma in *Henricum* Bauariâe ducem vertebat, ducatuque anno 1177. priuauit; eumque *Ottoni* Wittelsbacenſi attribuit. *Welſo* ſuas ditiones Imperatori vendidit.

Anno 1167. Auguſtae *Hartwicus* Prior San-Vlricanus Epiſcopus creatus eſt, qui i intricatiſſimas incidit turbas. Conſecrauit anno 1183. Kayſheimenſem eccleſiam. *Velſo* prope Memingam monſterium S. *Nicolai* fundauit. Sub eodem Epiſcopo Praepoſitura Bernriedienſis, monaſteria Echenbrunnenſe, et Vrſinenſe excitata fuere. An. 1183. , *Vdalrici* coenobium cum vicinis domibus igne conſumtum eſt. Eiusdem poſſeſſiones nperator confirmauit. Imperator, Sueuiae ducatu, et Auguſtana aduocatia prius filio io commendatis aduerſus rebelles Italos exercitum mouit; aſt a Venetis victus, pacem ım Papa, ademto Siciliae ac potiſſimo Italiae iure, aliisque iniit. Conſtantiae ad pacem boranđam comitia anno 1177, Moguntiae vero 1185. conuentum habuit.

Anno 1184. *Vdalſcalcus* Epiſcopus Auguſtanus electus eſt. Sub iſto praeſente Imperatore aliisque Imperii proceribus templum S. *Vdalrici* reſtauratum conſecratum eſt. *yfridum* Hoechſtettenſem Praepoſitum S. *Mauritii*, contradicentibus Canonicis, conſtiit. Anno 1194 Canonicos regulares Hamelberga Auguſtam tranſtulit. Eccleſiae ſuae ıulta bona tribuit.

Caeſar inteſtinorum bellorum pertaeſus numeroſum militem contra Sarracenos in ſiam duxit. Anno 1190. in Cilicia aqua merſus periit, aqud Tarſum ſepultus. Poſſima eius exercitus pars peſte interiit. Ordo equitum Theutonicorum hac tempeſtate riginem ſumſit.

Anno 1190. *Henricus VI.* iam ante viginti annos rex coronatus, patri ſuo in regno ıcceſſit. Obtinet Siciliae regnum, quod multo conſtitit illi ſanguine. Sueuiae ducatum ratri ſuo *Philippo* demandauit. Iſte Auguſtae cum *Irene* anno 1196. luxu plane regali uptias celebrauit. Caeſar contra Sarracenos caſtra mouet, hoſtibusque edomitis, anno 198. apud Meſſanam obiit.

Anno 1199. *Philippus Henrici* frater Caeſar renunciatus, et 1205., aemulo ſuo *Ottone* Saxone armis deuicto, coronatus eſt. Sueuiae ducatum *Bertholdo* zaringenſi Duci ribuit. Auguſtam ſaepius inuiſere ſolitus eſt.

Auguſtae, mortuo *Vdalſcalco*, Epiſcopus a clero electus eſt *Hartwicus II.* ſub quo niraculoſa hoſtia ad S. Crucis eccleſiam fuit translata.

Anno 1207. Caeſar Auguſtae comitia praeſentibus Papae legatis habuit.

Anno 1208. *Syfridus III.* de *Rechberg* Epiſcopus Auguſtanus conſtitutus eſt. Vrſinenſis coenobii fundationem confirmauit. Eccleſiam Peurbacenſem Monachis Benedictoburanis, et ius Patronatus cum decimis in Berkheim S. *Stephani* mo ialibus attribuit. Caſtrum Schwabegg oppugnauit, et deſtruxit. Cum *Ottone* Caeſare Romam profectus; cum *Friderico II* vero Ieroſolymam abiens Brundpſii obiit. Ob praepoſituram Rothenſem cum *Eberhardo* Abbate Hierſaugienſi diſſenſiones habuit. *Otto* Witelsbacenſis Imperatorem Bambergae interemit, poſtea ipſemet ab *Henrico* Pappenheimenſi rucidatus. Imperatoris morte, Auguſta et prouincia vicina Aduocato fuere deſtitutae.

Anno 1208. *Otto IV.* Imperator Francofordiae ſalutatur. Auguſtae comitia celebrauit. Romae coronatur; aſt flaminia, Piceno et Hetruria depopulatis, a Papa ſacris interdictus, denique regno priuatus, in arce Heterburgo poſt ſexennium obiit.

Ottoni ſucceſſit *Fridericus II.* qui Auguſtae *Rudolfum* a *Graba* praetorem dedit. Anno 1215. Auguſtae pro ſtabiliendo Germaniae ſtatu comitia celebrauit. Ibidem anno 1220. dira peſtis graſſabatur. *Henrico* filio eiusdem aduocatiam concredidit. In Italiam remeans, imperii inſignia *Eberhardo* Dapifero commendauit. Auguſtenſes anno 1228. illi copias ſubſidiarias in Syriam miſerunt. Iſtam cum ipſa ſancta ciuitate occupauit.

Anno 1227. *Siboto* Epiſcopus Auguſtae creatus eſt. Enarrantur eius geſta, et quae ſub illo contigere. Fratres ordinis S. *Franciſci* anno 1243. Auguſtae coenobium condidere. Floruit ſub eodem *Conradus* de *Lichtenau* Abbas Vrsbergenſis.

Henricus Rex Imperatoris filius, abſente patre, et in Syria occupato, contra eumdem res nouas molitur, imperiumque ſibi vendicare ſtuduit, a patre perpetuo carcere multatus. In eius locum Caeſar filium ſuum *Conradum* ſubſtituit, qui anno 1234. rex coronatus eſt. Eodem anno Moguntiae; et 1235. Auguſtae principum conuentum collegit. Anno 1241. Tartari Poloniam et Hungariam inundarunt, ac deuaſtarunt.

Fridericus in Italia bellum geſſit. Hac occaſione *Gregorium IX.* ſibi valde infenſum habuiſſe, Auguſtenſes quoque ad ſuas partes trahere niſum, licet absque effectu, ſcribit Autor. Itaque diſſenſio Clerum inter et populum viguit. Caeſar excommunicatur, ac regnum amittendi periculum Subiit. In hac rerum perturbatione Auguſtenſes munitionibus vrbem obſirmarunt. *Henricus* Thuringiae et Haſſiae Landgrafius Caeſari oppoſitus; et iſto anno 1248. interfecto, *Wilhelmus* Holandiae princeps ab imperii electoribus, qui officiis ſuis functi, electus erat. Ritus coronationis deſcribitur. Auguſta a Romanorum regis patribus nunquam deſciuit. Caeſar anno 1250. aeternitatem adiit.

Anno 1252. mitra donatus eſt *Hartmannus* Comes Dilingenſis, qui eccleſiae ſuae arcem ac vrbem Dilingenſem, ac Witteslingenſis ditionis diſtrictum dono dedit. Priuilegiorum confirmationem a rege *Conrado* obtinuit. Eccleſiae cathedralis Canonici ſua bona oppignorarunt. Sub iſto Xenodochium ad S. Spiritum fundatur, donationibusque ditatur. Decanus cathedralis eccleſiae ad rationes excipiendas aſſidendi ius obtinuit. Moniales ad S. *Catharinam* anno 1252. ad locum, in quo nunc habitant, translatae ſunt. Huius Epiſcopi Aduocati fuere *Conradus Spanuagilus*, *Siboto* quidam, Burggrafius vero *Engeſcalcus* de Aaltenberga. Feſtum Corporis Chriſti ab *Vrbano IV.* inſtituitur. Circa haec tempora fuit S. *Petri* præpoſitus *Hiltebrandus* de *Rechberga.* S. *Vdalrici* Abbas *Goſwinus* a *Thierhaim*, qui ab *Conrado* rege exemptionis, et immunitatis diploma obtinuit: *Bertholdus* S. *Crucis* tertius praepoſitus: *Henricus* S. *Georgii* ſecundus praepoſitus. Floruere etiam *Albertus* M. *Bertholdus* Ratisbonenſis ordinis Minorum alumnus, et S. paginae doctor. Anno 1252. lites *Hartmannum* Epiſcopum inter et Auguſtanos componuntur. Anno 1254. *Conradus* rex in Apulia moritur, Neapoli ſepultus.

Mortuo rege, *Ludouicus III.* Bauariae Dux *Werdam*, Laugingam, Hoechſtettam, Amergoniam Schongauiam, Peutingam, cum Schwabecenſi comitatu occupauit: coniugem ob adulterii ſuſpicionem interfici iuſſit, quod ſcelus Fürſtenfeldenſis monaſterii fundatione expiare curauit. Germania, defuncto rege, fuit ſciſſa, ac ſeditionibus repleta: alii *Richardi* Angli, alii *Alphonſi* Caſtiliae regis partes ſequebantur.

Conradus regis defuncti filius in Italia bello inuaſus in Sueuia ſaluti ſuae conſulit. *Ludouicus* Boiariae Dux anno 1258. arcem Friedbergae extruxit. Anno 1263. cometa adparuit. *Conradus*

radus Rex et *Ludouicus* Dux Auguſtam in ſpecialem ſuſcepere protectionem. Anno 1266. Auguſtae pro pacificandis patriae ſeditionibus comitia habita ſunt. Multa bona *Conradus* *Ludouico* aut oppignorauit, aut vendidit. In Italiam, ſuas ditiones contra inuaſiones defenſurus, valido exercitu abiit, ſed proditione captus, tandem Neapoli anno 1268. capite plexus eſt. Auguſtani ab hoc rege non exiguo argento libertatem emerunt, facultatemque ſenatum, conſules, duumvirosque ex ſuis eligendi obtinuerunt, rempublicamque ſuam per ſuos adminiſtrarunt; aſt non ſine Epiſcopi et Canonicorum contradictione, ſibi quamdam iurisdictionem, iuraque vendicantium. Epiſcopus anno 1271. tutelare ius Iudaeis oppignorauit etc. Enarrantur *Gregorii* P. X. geſta, inter quae confirmatio ſeptem Electorum R. I. praecipue attendenda,

Anno 1273. *Rudolphus* Comes Habsburgicus Caeſar electus eſt, anno 1274. coronatus.

Auguſtae aduocatiam *Bertholdo* a *Mylhuſa* anno 1275. conceſſit. Anno 1276. conuentum ibidem conuocauit. Eiusdem urbis priuilegia ac iurium codicem conſcriptum, et ab Epiſcopo etiam ſubſcriptum confirmauit. Illius quaedam ſummaria memorat Autor (*) et pluribus vrbis Praetoris munus deſcribit, Burggraffiique iura recenſet. *Fridericus* Caeſar rediuiuus euulgatur. *Rudolphus* Auguſtae anno 1280. Comitia celebrauit. Sueuiam et Alſatiam *Rudolpho*, *Auſtriam* et *Styriam* *Alberto* filiis gubernandas tradidit. Epiſcopum inter et Senatum Auguſtanum ob vectigal facta fuit transactio. Iudaeis Auguſtae iuramenti forma anno 1285. praeſcribitur. Lites Auguſtenſes inter et eorum Praetorem Caeſereo reſcripto anno 1286. componuntur. Conſpiratio in Caeſarem a Sueuiae nobilibus facta fuit ſopita.

Hartmanno Epiſcopo anno 1286. ſucceſſit *Sigefridus IV.* qui Synodo Herbipolenſi interfuit; iſti poſt biennium *Wolfardus* a *Roth*, qui ciuitatis iura ſibi vendicare voluit. Fuit a *Rudolpho* armis inuaſus. Multa bona comparauit. Synodo Aſchaffenburgenſi anno 1292. interfuit. Moniales Ord. S. *Dominici* a fluuio Mindela Auguſtam anno 1298. tranſtulit, et ad S. *Margaretham* habitare fecit. Anno 1300. omnibus bonis eccleſiae ſuae traditis, obiit. Hoc tempore primum generale capitulum a Minoritis in Germania fuit habitum.

Caeſar anno 1289. Auguſtae R. I. principum conuentum coegit. Lites inter Epiſcopum et Auguſtanos ob quaedam iura componuntur. Curia cum praetorio igne conſumitur. Iudaeis balneum conceditur. Noua ſtatuta Auguſtae conduntur. Imperator anno 1291. animam ſuam efflauit, Spirae tumulatus.

Auguſtani *Henrici* Bauari protectionem reſpuentes, eum armis inuaſere. *Ludouicus* pater vrbis in ſe aduocatiam adſumſit.

Anno 1292. Adolphus Naſſauiae Comes Caeſar proclamatus eſt. Sequenti anno Auguſtae principum conuentum conuocauit, eius priuilegia confirmauit. Duumuiri erant *Henricus Langenmantel*, et *Conradus Eilenthaler*: praetor *Syfridus* a *Phalhaima*. *Rudolphus* Bauariae Dux monaſterio Fürſtenfeldenſi domum ſuam Auguſtae ſitam cum appertinentiis dono dedit. Auguſtenſes anno 1294. ab exteris iudiciis eximuntur. Diſſidia et bella Bauariae Ducem inter et Auguſtanos oriuntur. Anno 1296. bello finem poſuerunt ac foedus inierunt. *Albertus* Auſtriae Dux Imperatorem armis adgreditur, vincit, et eo occiſo, imperii habenas obtinuit. Vix corona adepta, ſeditio in illum excitata eſt. Ci-

 tates

*) Sequentibus numeris tres iurium illorum codices recenſentur.

tates Sueuiae, praecipue Auguſta Imperatoris partes ſecutae ſunt. Iſta ideo anno 1299. priuilegiorum confirmationem acquiſiuit. Iudaei ciuium ſauorem pecunia emerunt. *Greinboldus* a *Rehlinga* anno 1300. ciuitate donatus eſt. Eodem anno *Degenhardus* de *Helenſtaino* Epiſcopus Auguſtanus electus eſt. *Iubilaei* origo ſub *Bonifacio* P. IX. *Degenhardus* libertates et priuilegia Auguſtanis confirmauit.

Anno 1301. Auguſtani Schongauiam obſederunt. Noua munimenta fecerunt. Ab Abbate Vrſinenſi liberam in fluuio vinda vecturam obtinuere. Anno 1302. rempublicam *Conradus* a *Ramſchwago* Praefectus, et illius optimates praeclare adminiſtrarunt. Quidam ciuium baltheo cincti ſunt. Caeſar Senatum in cauſa *Mathildis* Conſultorem delegit. Senatus omnem Conſulatus ambitionem prohibet. Conſulum et duumuirorum ſeries memoratur. Vrbis praefectura *Verico* comiti a *Helffenſtaino* committitur. Anno 1305. eccleſiaſticis bonorum venditio, oppignoratio, aut legatio prohibetur. *Siboto Stolzhirſch* cum tota familia ob adſectatum Conſulis honorem proſcriptus eſt. Tribunorum creatio omnibus fuit prohibita. Anno 1306. *Henricus* ab *Hottenberga* Subpraefectus nominatus eſt. Caeſar priuilegium de clericorum bonis ciuibus reddendis Auguſtae conceſſit. Numerus Beginarum conſtitutus eſt. Paſcua ab Auguſtenſibus inter Lycum et Vindam vindicata.

Anno 1307. in defuncti *Degenhardi* Epiſcopi locum *Fridericus Spet* fuit ſubſtitutus, cuius geſta enarrat Autor. Templariorum monaſterium et bona Auguſtae anno 1312. fratribus ordinis Praedicatorum conceduntur. Anno 1315. congregatio monialium ad *ſtellam* ab eodem Epiſcopo confirmata fuit. Anno 1321. eccleſia cathedralis teſtudine lateritia tegi coepta eſt. Carmelitae Auguſtae aedem S. *Annae* aedificarunt. Monaſterium S. Vdalrici in cinerem fuit redactum. Haeretici fuere concremati. *Ioannes Langenmantel*, ſacellum et miſſam in eccleſia cathedrali anno 1329. fundauit.

Anno 1308. *Albertus* Imperator, dum ſecundam in Bohemos adornaret expeditionem in Aergouia a *Ioanne* Auſtriae Duce interfectus eſt, Wettingae prope Badam ſepultus. Eius coniux ibidem monaſterium fundauit. Sequente anno corpus eius Spiram fuit translatum.

Anno eodem *Henricus II.* Lüzelburgenſis fuit Imperator coronatus. Auguſtae mox comitia celebrauit, priuilegia Auguſtenſibus confirmauit, Comitem Kirchbergenſem *Conradum* vrbis praefectum conſtituit, quem *Diethego* ſecutus erat. Anno 1311. Mediolani ferream coronam, et dein Romae diadema accepit. Leges de crimine laeſae maieſtatis anno 1312. condit. Obiit anno 1313. apud Beneuentum, Piſis ſepultus. Fames et peſtis multos homines deuorarunt. Auguſtenſes Boiariorum amicitiam quaeſierunt.

Anno 1314. Cal. Sept. vna electorum pars *Ludouicum* Bauarum, altera *Fridericum Auſtriacum* Imperatorem elegerunt. Auguſtani primo adhaeſere. Ab eodem eorum priuilegia fuere confirmata, nouisque aucta. Recenſentur vrbis curatores, aediles, ſteurarius, et praetor. Anno 1322. *Fridericus* rex capitur. Anno 1323. Auguſtani Imperatori ſuppetias mittunt. 1324. pax ſancita eſt. Caeſar Auguſtanis per Bauariam liberae vecturae priuilegium conceſſit. Leges quasdam illi condiderunt. Caeſar Mediolani coronam ferream anno 1327. et 1328. Romae auream accepit; ſed a *Ioanne XXII.* depoſitus, dein iterum a *Petro Corario* vnctus et conſecratus eſt. *Vlricus Hagenor* Auguſtanus fuit Caeſaris Cancellarius qui plura priuilegia in reipublicae commodum obtinuit.

Anno 1330. *Vdalricus II.* a *Schoenegga*, qui Caeſari ab epiſtolis erat, Epiſcopus Auguſtae electus eſt. Hic capitulo ſuo conſentiente anno 1332. Eſchenlochum cum aliis

locis

cis Caeſari vendidit. Abbati S. *Vdalrici Conradi* merita enarrantur. *Vdalrico* eius ater *Henricus* in Epiſcopatu ſuccedebat. Iſte ab Imperatore regiae viae praefecturam o 2060. argenti vnciis obtinuit. Caeſar abſolutionem ab excommunicatione a Papa aeſitam haud obtinuit. Anno 1343. nouae eccleſiae cathedralis portae extructae ſunt. ura alia, quae ſub iſto accidere, memorantur. *Clementis VI.* geſta enarrantur. Epiopus memoratus anno 1348. ſupremum obiit diem.

Anno 1331. Caeſar *Ottonem Gryſſium* vrbis aduocatum confirmauit, Auguſtae coitia habuit. Filius *Friderici* regis Caeſari reconciliatur. Anno 1333. ignis Auguſtae ultas domus vnacum clauſtris Monialium S. *Nicolai* et S. *Margarethae* deuaſtauit. nno 1338. noua campana conflatur. Ea tempeſtate vrbis praefectus erat *Petrus* ab *'ohennegga*. In vico *Rens* et *Francofordiae* principum conuentus conuocatus eſt. Anno 340. Auguſtanus Senatus reformabatur. 1342. Aliae leges Senatum reſpicientes ſancie fuere. Priuilegium contra hoſtes fuit obtentum. 1345. decretum de ramis propendenbus factum fuit. 1346. Caeſar priuilegium fluuium vindam libere nauigandi conceſſit. eſtis graſſabatur. Anno 1347. Imperator animam egit.

Carolus IV. Ludouico anno 1346. ſucceſſit. Eidem *Fridericus* Miſmenſis, *Eduardus* ngliae rex, et *Guntherus* Schwarzburgenſis oppoſiti fuere. Principes et ciuitates ſurioris Germaniae inter ſe bellum geſſere. Caeſari, pacatis Boiariis, Sueuiae vrbes ſe biecere. Anno 1348. Priuilegia Auguſtenſibus iſte confirmauit, et *Fridericum Tectoſaum* vrbis praefectum conſtituit. Peſtis Auguſtae graſſabatur. Magiſtratus ab excommucatione difficulter admodum ſe liberauit. Domus hoſpitalaria fundatur. *Henricus Portrus* Wellenburgum vendit. Venefici puniuntur. *Potnerus* ille anno 1349. alieno aere auatus vrbe excedere coactus eſt. Nullus exterorum Auguſtae domum propriam habere potuit. Mindelberga et Brentia expugnabantur. *Diethegus* a *Katzenſtein* vrbis praectus erat. Caſtrum Villenbach anno 1351. ab Auguſtenſibus fuit direptum. Conuencula ſub exilii poena prohibentur. Ciuibus coram eccleſiaſtico conſiſtorio, niſi in cauſis atrimonialibus, comparere interdicitur. Anno 1352. Auguſtenſes aes alienum contraunt. Caeſari copias auxiliares mittunt. 1354. puluis nitratus ſuam habuit originem. aeſar anno 1355. Mediolani ferream coronam, et a Papae Legato imperii diadema acepit. Norimbergae Auguſtenſibus priuilegia confirmauit, ac ab omnibus exteris iudiciis emit. In comitiis Norimbergenſibus aurea bulla fuit confecta. Auguſtenſes 1357. ſubdia militaria *Eberhardo* Wirtenbergenſi comiti concedunt. *Wilhelmus* ab *Ochſenburg*, et illenbacenſes vrbem hoſtili manu inuadunt. Auguſta anno 1358. priuilegium de praeectura obtinet. *Hericartus* et *Minnerus* xenodochium S. Spiritus optime adminiſtrarunt. 359. Caeſar caſtrenſes currus impetrandi priuilegium conceſſit. Auguſta eidem auxilias copias contra comitem Wirtenbergenſem mittit. Ob quod priuilegium tributum de ino etc. exigendi anno 1360. accepit. Auguſtenſes anno 1362. caſtrum Zwingenberenſe oppugnarunt. Salinaria taberna Canonicis Cathedralibus anno 1363. oppignorar, et ab *Vlrico Ilſung* fiſco 1364. reſtituitur. Eodem anno Imperator regiarum viam, et paſcuae ius concedit. Suburbium *Wagenhals* demolitur. Publici et capitalis pplicii loca translata fuere. Anno 1365. Caeſar Auguſtam venit, et dein auenione apam inuiſit. Annona vili pretio comparatur. Milites contra Britannicos latrones mitntur. Recenſentur nunc tunc temporis Epiſcopi Auguſtani, inter quos praecipue memoria dignus eſt *Marquardus*: Abbates S. *Vdalrici*, Praepoſiti maioris eccleſiae, S. *Mauii*, S. Crucis et S. *Georgii*: Epiſcoporum geſta, inter quae praecipue monetas cudendi poteſtas

teſtas venit. Fuit translatus ad Aquileienſem patriarchatum. Academia circa annum 1366. fuit fundata.

Circa haec tempora Auguſtae Ariſtocraticum regimen in democraticum abiit, et *Tribunitium* dictum. Eliguntur noui conſules, nouique ſenatores tum ex patritiis, tum ex plebeis. Hanc ſtatus politici mutationem Caeſar adprobauit. Sequuntur tabulae, quae Patritiorum tunc exiſtentium et tribuum nomina comprehendunt. Deſcribuntur dein tribus, et quinam cuilibet tribui fuerint adſociati memorantur. Publica officia diſtribuuntur. Noua ſteurarum norma conditur. Conſtitutio in incendiis obſeruanda fuit facta. *Schweninga* Auguſtenſium hoſtis capitur, et interficitur.

Anno 1370, poſt eccleſiaſticum interdictum, *Ioannes Schadlandius* Epiſcopus electus eſt. *Gregorius XI.* decimas ab eccleſiaſticis requirit. *Sebaſtianus Ilſung* Antiphonam *Salue regina* cantari ad S. *Petrum* inſtituit. *Henricus Ellerbachius* Canonicus Auguſtanus Carthuſiam Buxheimenſem fundauit.

Anno 1370. tumultus Auguſtae inter ciues ob pecora hoſtiliter abacta oritur. Ad arma conclamandi ſine Conſulum iuſſu prohibitio fuit facta. Auguſta cum Caeſare foedus iniit. Eius equites fuerunt capti. *Sighardus Schreiberus* ſigilli conſeruator ob furtum cum tota familia exilio punitus eſt. *Bitrichus* olim patritius Auguſtanus qui duos ciues abduxit, captus ſed iterum fuga elapſus eſt. Anno 1371. Bauari Burgouiam non ſine Auguſtanorum timore debellarunt. Senatus decretum ob illos, qui municipali renuntiarunt iuri, conditum eſt. Anno 1372. Oberhuſa et Lechuſa ab hoſtibus fuere flammis deuaſtatae. Auguſtenſes Bauaros armis inuaſerunt, pluraque oppida inciderunt. Schwabeggam quoque deuaſtarunt. Auguſtenſes pacem fruſtra poſtularunt. Bauari vrbem obſidere tentant, et viciniam igne et gladio depopulati ſunt. *Erringerus Schadlandius* Burggrafius ſecuri percutitur. Vſque ad haec tempora Auguſta nec altis moenibus, nec foſſis fuit munita. Anno 1373. belli flamma Bauaros inter et Auguſtenſes iterum reſuſcitata eſt. Tributum de omnibus rebus conſumtibilibus ſolui fuit inſtitutum, et a Caeſare adprobatum. Pacem ab eodem efflagitarunt.

Eodem anno ad ſedem epiſcopalem *Burchardus Ellerbachius* fuit euectus. Lites inter eumdem et ciues, poſt quasdam direptiones, fuerunt compoſitae Legatus Summi Pontificis Auguſtam venit. Recenſentur monaſteriorum Abbates et Praepoſiti etc., et ea quae ſub memorato Epiſcopo contigere. Auguſtae plures de haereſi ſuſpecti concremati ſunt. 1402. Fratres ordinis Praedicatorum capitulum ibidem habuere, a ſenatu eleemoſina ſuffulti. S *Leonardi* ſacellum extra vrbem aedificatur.

Anno 1374 Caeſar ſuper reſarciendo damno flammarum volantium priuilegium conceſſit. Nouum tributum de vino ſoluendum fuit ſancitum. Imperator Sueuiae ciuitates ad Gamundiam conſcripſit, et pecuniaria poena ob ruptam pacem multauit. Aediles, et ſigilli cuſtodes ex minore ſenatus ordine eligi decretum eſt. *Marquardus* Aquileienſis Patriarcha Auguſtanos cum Boiariis reconciliauit. Illi Caeſaris offenſi gratiam multo aere compararunt Dein ſuper Iudaeorum ſubiectione priuilegium obtinuerunt. Reliquae etiam ciuitates, ſolutis pecuniis, in Caeſaris gratiam redierunt.

Anno 1375. hoſtium primipili *Wilhelmus Wallerus* et *Schadulius* capite plexi ſunt. *Crafto Wallerus* omni furore vindictam ſumere ſtuduit. Hoc anno annonae caritate Auguſta laborabat. Auſtriae dux ab Auguſtenſibus militare auxilium petiit. *Iacobus Bitrich* plures ciuium interfecit. *Mercklinus Hagenor* Steurarum magiſter capite plexus eſt.

An-

Anno 1376. ad Iacobaeam portam non ſine quorumdam contradictione vrbs fuit iunita. *Dillingeri* patritii exilio multati ſunt. *Wenceslaus* romani imperii rex coronatur. .uguſtenſes homagium ei dixerunt, quod tamen reliqui aegre fecerunt. Imperator ım rege Auguſtae priuilegia confirmauit, et nouis adauxit. *Hartmannus Onſorgius* ci-itate expulſus comites Wittenbergenſes in Auguſtanos incitare ſtuduit. *Bartholomaeus* ·ollerus, *Vzius* et *Ringius* poenus dederunt.

Anno 1377. Auguſtenſes cum Bauaris foedus pepigerunt, et Wellenburgum op-ıgnarunt. Foederatae ciuitates Wittenbergenſes debellarunt.

Anno 1378. Conſtitutio de non recuſando munere a magiſtratu delato conditur. iuitatum foederi ſe Auguſta adiunxit, ac cum iis diuerſorum ditiones inuaſit. *Carolo V.* in imperio *Wenceslaus* eius filius, ſucceſſit. Ob Iudaeos lex fuit facta. Tria tor-enta aenea fuerunt fuſa.

Anno 1379. Auguſtenſes ciuitatibus foederatis ad duodecim annos ſe iunxere. Hu-s foederis dux erat *Vlricus* comes *Helfenſtainius*. Imperator vrbis praefecturam *Leo-ldo* Auſtriae duci oppignorauit. Clero tributa ſoluere fuit iniunctum.

Anno 1380. Auguſta tum ob immunitatem, ob praefecturam oppignoratum, tum ı peſtem furientem fuit perturbata. Annona vili pretio emitur. Leonina ſocietas ciui-tibus bellum indixit. Lites inter Epiſcopum, Canonicos et ciues oriuntur. Clerus aut : vrbe migrare aut in conſulum verba iurare iuſſus eſt. Eius domus moenibus adia-ıntes dirutae ſunt. Publica onera ſuſtinere tenebantur clerici. Impoſtor quidam cum ciis concrematus eſt. Ciuitates foederatae Auguſtae conuentum celebrarunt. Iudaei erunt capti. Foederati Rhetiam et Franconiam debellarunt. Anno 1382. Auguſtani hoſtile ſolum irruperunt, Oberdorfium, Biberbachium etc. occupant. Epiſcopus Au-ıſtenſium villas diripuit, iſti vero eius bona et annonam abſtulere. Belli flammas *Leo-ldus* Auſtriae Dux ſopire conatus fuit; aſt eo magis ubique omnia fuerunt deuaſtata. ımeta adparet: venti ſurunt: mures omnia deuaſtant. Ne quis reipublicae nomine idam vadimonium promittat, fuit decretum.

Anno 1338. duae emanarunt conſtitutiones tam tribus et aduenas, quam receptio-m in ſenatum reſpicientes. *Leopoldus* vrbis praefectus nec non et praetor bellum mponere ſtuduerunt.

Anno 1384. inter clerum et ciues tranſactio, in qua Epiſcopus cauſa cadebat, fuit ta. Iudaei ob ſua ſcelera poena poecuniaria multati, et quam plurimi eorum in multu occiſi.

Anno 1385. ſub corporali poena contra tributum querelas mouere fuit prohibitum. imae ciuitates conuentum habuerunt. Curia Auguſtae reſtauratur. Fluminum inundatio ulta intulit damna.

Anno 1386. Conſules litigantibus pacem mandare coeperunt, iurgia etiam et vul-rationes eorum iurisdictioni fuere ſubiectae. Nouum tributum de vino etc. poſtulatur. emorae in regia via tolluntur. Xenodochium ad S. Spiritum reficitur. *Wilhelmus Fran-'gius* vrbis praefectus conſtituitur.

Anno 1386. epidemicus morbus multos tum Auguſtae tum in ſuperiore Germania erfecit. Bellum Bauaros inter et Auguſtenſes recruduit, et biennio durauit.

Anno 1388. foederatae ciuitates auxiliares copias contra Bauaros miſerunt. Vtrin-e omnia deuaſtata fuere. His turbis Auguſtenſes Epiſcopum etiam infenſum habebant; o illi eius palatium ac quorumdam canonicorum aedes ſolo aequarunt.

An-

Anno 1389. Caeſar comitia Egrae celebrauit, et omnes ab armis diſcedere imperauit. Auguſtenſes cum Bauaris et Epiſcopo reconciliantur, utrisque data pecunia damna illata reſarcire coacti ſunt. Nouis tributis iterum ciues grauati ſunt. Decretum eſt, ne quis intra decennium vrbem mutaret. Peſtis graſſabatur; ideo ſolennes proceſſiones inſtitutae ſunt.

Anno 1390. *Sigismundus* Leuchtenbergenſis Landgrafius prouinciae et vrbi praefectus eſt. Textorum domus emitur. Vlmenſibus auxiliares copias Auguſtenſes miſerunt.

Anno 1391. area ante curiam ampliatur. Plures leges fuerunt factae.

Anno 1392. Moguntinus Archiepiſcopus ſaluum conductum mercatoribus Francofordiam ad nundinas proficiſcentibus conceſſum inuiolatum haberi voluit. Auguſta cum aliis Caeſareum mandatum contra Iudaeos datum non adoptauit. Decretum fuit in ſenatu, ut Clerici haeredes cum cohaeredibus ex aequo diuiderent. Arma geſtare omnibus fuit prohibitum.

Anno 1393. Wicleffitae Auguſtae exquiſiti, poenas dare coguntur. Eorum doctrinam Autor memorat.

Anno 1394. Norimbergae ab imperii ſtatibus comitia contra Caeſarem celebrata ſunt.

Anno 1395. Senatus Auguſtanus arbiter in Bauarorum ducum diſſidiis eligitur. Iſti et Epiſcopus Auguſtanus cum ciuibus ſoedus iniere. Tributum vino fuit impoſitum a peregrinis ſoluendum.

Anno 1396. Mercatores Vectigal pro mercibus transuehendis ſoluere tenebantur. Saltatoria domus transferebatur. Nummorum pretium deſtinatur. Lex de teſtamentis conditur.

Anno 1397. Iumenta ob pabulidefectum periere. *Albertus* a *Villenbach* et *Ioh. Albishofer* aedilis officio priuati ſunt. Duo ruſtici Inningenſis et Geggingenſis ob valuas Geggingenſis portae ſubſoſſas capite plexi ſunt.

Anno 1398. Transactio Clerum inter et ciues ob cenſus ab hortis et domibus ſoluendos facta fuit. Auguſtenſes imperiali banno notantur. Sutorum officina conſtruitur. Seditio ob poculentorum vectigalia exorta; ſed ſaniorum et potiſſimorum judicio denuo ſopita. Multae domus igne deuoratae ſunt. Piſtorum domus aedificatur.

Anno 1399. decretum ſenatus ob feudorum venditionem adparet. Biberbacenſe caſtrum ab Auguſtanis exuſtum eſt. Steurarum deſcriptio primum inchoata eſt.

Anno 1400. Telorum geſtatio, et laruarum vſus prohibebantur. *Wenceslaus* regno priuatur, in cuius locum primum *Fridericus* dux Brunsuicenſis, quo interemto, *Rupertus* Palatinus Comes ſuffragatus eſt.

Anno 1401. Foſſis extra *S. Georgii* monaſterium vrbs munita fuit. Cometa adparuit. Caeſar magna procerum, aulicorumque turba Auguſtam venit, Romam petiturus. Priuilegia confirmauit, nouisque auxit. Iuramento a ciuibus accepto Italiam petiit.

Anno 1402. iterum ex Italia redux Auguſtae diuertit. Peſtis graſſabatur. Vrbis praefecturam *Schwighardus* Baro Gundelfingenſis obtinuit. Ciuitas munimentis et foſſis circumdatur.

Anno 1403. grando haud exiguum intulit damnum. Nimius in nuptiis luxus, et ſumtus, chartarum, talorumque ludi interdicebantur. Noui nummi fuerunt cuſi.

Anno 1404. in ſedem epiſcopalem *Eberhardus* Comes Kirchbergenſis euectus et 1406. conſecratus eſt. Ob iurgia cum ciuibus orta, Dilingae ſeptem annis ſedit. Sepulturam in Wiblingenſi monaſterio ſibi ſelegit. Auguſtae Caeſaris nomine praeſedit. Sub iſto eccleſiae cathedralis turris perficitur. Herbrechtingenſis canonia renouatur. Canonico-

icorum collegium Gruenenbaci et S. *Antonii* Xenodochium a *Laurentio Egen* fundantur. ſtam fundationem *Petrus Egen* 1445. pluribus auxit.

Anno 1404. decretum fuit, vt omnes domus tegulis tegerentur, et alia lex conra Iudaeos lata eſt.

Anno 1405. horrida hyems erat. Nouus Praeſul vrbem haud parum vexabat, ſiet omni honore liberaliſſimeque illum excepiſſet.

Anno 1406. vehemens ventus ſaeuiit. Auguſtae principum conuentus habebatur, in uo etiam *Eberhardus* Epiſcopus praeſens erat, diſſidiaque cum vrbe compoſuit. Lici inndatio valde nocuit. Anno 1407. Lites inter *Anſelmum Nenningerum* et Auguſtam ſunt xortae. Auguſtenſes auxiliares copias Badenſi Marchioni miſerunt. Canonici fruges uas in urbem inuehere haud ſunt auſi. Carcer ſubterraneus fuit conſtructus, Peſte ıulti incolarum ſunt ſublati.

Anno 1408. Rottenburgenſibus ſubſidia militaria conceſſere. Belli flamma inter Bauaros principes fuit exorta, qua occaſione *Burchardus* a *Schellenberg* fuit trucidatus.

Anno 1409. quatuor Sodomitae vltimo ſupplicio affecti ſunt. *Fridericus* Auſtriae dux ona mercatoribus ablata reſarcire a ciuitatibus foederatis coactus eſt. Duellum Auguſtae inter *Goeſwinum* Dornsbergenſem et *Dietrichum Heſchenackerum* habitum fuit. Arx Friedbergenſis in oppidum exurgebat.

Anno 1410. ad tollenda diſſidia Auguſtae imperiale iudicium fuit celebratum. Imperator Oppenhemii naturae debitum ſoluit. Iſti ſucceſſit *Iodocus* Brandenburgenſis Marchio, et iſto mortuo, anno 1411. *Sigismundus* Bohemorum Rex Imperator electus ſt. Mercatoribus in Textorum gratiam ab extraneis merces emere inhibitum eſt. *Anſelmus* de *Nenningen* contra Caeſaris voluntatem Epiſcopus eligitur, cui tamen Senatus nteruentu ob inueteratum odium *Fridericus* de *Graffeneck* oppoſitus eſt. Iſte anno 1414. Epiſcopatum adiit. Canonici vrbem reliquerunt. *Anſelmus* octauo ab electione nno Lindauiae conſecratus fuit. Denique vterque Epiſcopali munere priuatus, *Anſelmus* Vlmae, *Fridericus* vero in ſuo monaſterio reliquum vitae transegerunt. Conſtantiae oncilium fuit celebratum, in quo *Ioan. Kiſſinger* Abbas S. *Vdalrici* mitrae uſum pro ſuis tiam ſucceſſoribus obtinuit. *Ioannes Reicherus* Epiſcopalem dignitatem renuit. Tumulus haud exiguus inter canonicos oriebatur.

Anno 1412. Aqua per ciuitatem deriuari coepit, aliaeque ordinationes factae ſunt. Duo Epiſcopi Auguſtenſes multarum turbarum cauſa fuere. Patritii recreationis gratia n *Riederi* aedibus conueniunt.

Anno 1413. Auguſtenſes ob Epiſcoporum ſchiſma, et orta ex eodem diſſidia Caeſaris opem implorant, et *Rudolphum* Baronem de *Haideck* praefectum obtinent.

Anno 1414. Nenningero adhaerentes excommunicantur, et proſcribuntur. *Sigismundus* Imperator Auguſtam venit, *Fridericum* de *Graffeneck* epiſcopum inſtituit, homagium accipit, vrbisque priuilegia confirmat. Inter duos Epiſcopos transactio tentatur.

Anno 1415. Venditio omnis generis eſculentorum ante eccleſiae fores prohibita eſt. *Ludouicus Hoernlinus* Conſul ob praecipuam *Anſelmo Nenningero* exhibitam reuerentiam exilio multatus eſt. S. *Iacobi* ſuburbium muro cingitur. Erenberga ab Auguſtenſibus expugnatur. Viarum ſtratura originem habuit.

Anno 1416. contra debitores lex lata eſt. Zuſamhauſam Auguſtenſes occupant. Qua de cauſa Bauariae Dux omnium victualium exportationem prohibuit. Lites *Nenningerum* inter et *Remum*, qui zuſamhauſam occupabat, Palatini Electoris interuentu,

 Hei-

Heidelbergae transaſtione diremtae ſunt. Ob id Auguſtae ſpectacula edita. Aquae ductus a *Ioanne Felbero* Vlmenſi reaedificantur. Patritiorum domus extruitur.

Anno 1418. *Nenningerus* Epiſcopus a Papa confirmatur. Mox ciuitatem eccleſiaſtico interdicto percellebat. Clerus exceptis mendicantibus monachis, Auguſtam relinquit. *Graffenegerus* Conſtantia redux ſacra in eccleſia cathedrali peregit. Omnium rerum affluentia et vbertas erat, et vili pretio omnes comparabantur. Imperator, finito Conſtantienſi concilio, Auguſtam venit, pretioſisque muneribus honoratur. Auguſta liberum Lici curſum ab ipſo obtinuit. Is ſe in Auguſtenſes munificum exhibuit, ſtraturaeque tributum conceſſit, quod priuilegium anno 1430. confirmauit. Comitem Montfortium Vicarium reliquit: cum Bauaris eos reconciliauit: Lici libertatem confirmauit. Auguſta ab excommunicatione abſoluitur, quod tamen canonici exulantes aegre tulerunt. Cingari Auguſtam veniunt. Eorum origo. *Waltherus Baderus* cum ſociis ſuis patibulo periit.

Anno 1419. Bauariae dux pontem Lechhuſae occluſit. Auguſta ab interdicto abſoluta foederatas vrbes conuocauit. Pax cum Bauaris facile, difficilius vero cum canonicis reſtituta eſt. Suffraganeus templa et altera, ſenatu inuito, reconcilians, ob mulctam ab illo indictam, Auguſtam deſeruit. Auguſtenſes legatos Romam mittunt. Praepoſito S. *Georgii* vicariatus officium fuit demandatum.

Anno 1420. ciuibus clericorum domus vel conducere, vel emere fuit prohibitum. Bellum inter Boios non ſine Auguſtae detrimento fuit geſtum. Annona vili pretio vendebatur. Aquae calidae balneum fuit ordinatum. Peſtis graſſabatur. Tumultus ob interdictum oriebatur. Lites Epiſcopum inter et ciues continuantur. Ea de cauſa foederatorum conuentus habebatur.

Anno 1421. *Anſelmo* ac *Friderico* Epiſcopis exautoratis Papa Erenfelſum quemdam nominauit. Iſto renuente, Canonici in partes abierunt; ſed Papa *Petrum Schamburgium* illis litigantibus, Auguſtana ſede honorauit, ac litibus finem impoſuit. Is ab *Eugenio IV.* Cardinalis fuit creatus, legatusque a latere dictus. Vtraque dignitate, *Felici V.* Antipapae adhaerens, fuit priuatus: et anno 1448. a *Nicolao V.* in integrum reſtitutus. Abbatias Campidonenſem, et Eluacenſem obtinuit. Burgauiam in pignus accepit. Monaſterium Horbruggenſe concrematur. Maior chorus anno 1425. dilatatur. Praepoſiti *Fridericus* et dein *Henricus* ab *Hoeſſinga*. S. *Georgii* Praepoſitus *Petrus Oſtermairus*. Anno 1431. Auguſtae prouinciale capitulum a Benedictinis fuit habitum. Monaſterium Andecenſe reſuſcitatur. Anno 1439. Abbas San-Vlricanus electus eſt *Ioannes Hochenſteiner*, quem *Melchior Stamham* ſecutus. Anno 1440. in S. Crucis canonia in *Stephani Scherlini* locum ſubſtitutus *Ioan. Daehſius*. Anno 1446. fratres Ord. Praedicatorum capitulum celebrarunt. *Ioannes Capiſtranus* Auguſtae commoratur. Proceſſiones inſtituuntur. S. *Sebaſtiani* ſacellum extruitur. Anno 1460. Abbatia Eluacenſis in Canonicorum ſecularium praepoſituram transmutatur. S. *Annae* Coenobium e cinere reſuſcitatur. Anno 1461. Elchingenſe monaſterium reformatur. Abbas Vrsbergenſis Epiſcopi Auguſtani ſuffraganeus fuit conſecratus. Campanae fuerunt fuſae. Epiſcopus *Petrus* Legatus a latere a *Paulo II.* renunciatur. Anno 1469. iſte aeternitatem adiit.

Anno 1421. Ciuibus conuerſatio cum clero interdicitur. Ad *Sigismundi Iani* et Huſſitarum ſaeuitiam reprimendam milites quoque Auguſtani miſſi ſunt. A Ciuitatibus foederatis anno 1422. arces Hohenzollerenſis et Graisbacenſis expugnantur.

Anno

Anno 1423. leges nuptiales renouatae, munuſcula puerperii occaſione dari ſolita. ıbrogata, et conſtitutio de cenſu, et decretum de proſcriptionibus fuere promulgata.

Anno 1424. fiamma plures conſumſit domos. *Petro* de *Schamburg* Epiſcopo adıeniente, ſchiſma fuit ſublatum. Conſul *Ilſungus* occiditur. Telonium Biberbacenſe Caeıris priuilegio abrogatur.

Anno 1425. noua moneta cuditur. Omnis annona vili emitur pretio. Arcubaliſtaum ludus inſtituitur. *Oxnerus*, aliis *Oethingerus* aurifabros Auguſtenſes deſpoliauit. Equites a Bauaris fuerunt capti, et a ſenatu redemti.

Anno 1426. Auguſtenſes praefectos et praetores eligendi priuilegium impetrarunt. 'ributum ab emigrantibus ſoluendum fuit conſtitutum. Latrocinia perpetrantur, et mulıntur.

Anno 1427. frumentaria taberna extruitur. Auxiliares copiae Caeſari contra Huſſtas fuerunt miſſae.

Anno 1428. haſtiludia fuerunt habita. Cenſus caeſareo edicto fuit conſtitutus. Muimenta ob Huſſitarum incurſiones extruuntur. *Petrus* ab *Hala* viuus ab commiſſum ſturum defoſſus eſt. Weinbergenſis Baro cum ſuis plures deſpoliauit mercatores.

Anno 1429. ad Vendam balueum fuit extructum. Macellum et ſaltatoria domus edificantur. Monetaria officina transfertur. Plures publico fuere ſupplicio multati. Monetarum probatio eſt facta. Zollerenſis arcis reſtauratio a foederatis impediebatur.

Anno 1430. Incendio plures domus deſtructae ſunt. Vrbs nouis munitionibus cinitur. Ciues ſclopetis ludere incipiunt. Peſtis graſſabatur. Conſtitutio de publicis autionibus fuit facta. *Haupto* Mareſchallus a *Pappenheim* praefecti munere potitus eſt.

Anno 1431. in *Margaritae* auſtriae duciſſae honorem ſolenniores ludi habebantur. Cibus domorum, hortorumque donatio Clero facienda interdicitur. Caeſari contra Bohe-ıos auxiliares copiae conceduntur. *Sigiſmundus* Imperator Auguſtam veniens munerius honoratur. Eidem praefecturas Memhingenſem et Ottenburanam oppignorauit, ac riuilegium de rebus coenalibus tributum petendi conceſſit. Idem cauit, ne Epiſcopus iuibus moleſtus ſit, nec vrbis praetori impedimento eſſet. Nobilis Hungarus Sueuum d certamen prouocauit. Caeſar Italiam petens cenſum a Iudaeis ſoluendum oppignoıuit. Mediolani ferrea corona redimitus, et ſequenti anno Romae coronatus fuit.

Anno 1432. Annonae caritas prouinciam noſtram haud parum premebat. Mulieres egotiantes pro tribunali ſtare, ſtatutum eſt. Arcubaliſtarum ludi celebrantur. Turbine ecta deiecta fuere. Caeſar ex Italia redux Auguſtae diuertit. *Petri Egen* filium de aptiſmatis fonte leuauit. Huſſitae clade deleti ſunt.

Anno 1433. Auguſta a vicinis monaſteriis frumentum comparauit. Quidam ciuium t San-Vlricani Miniſtri in iudicium Weſtphalicum vocantur; ſed a Caeſare abſoluti ınt. Auguſta iterum ad exterum iudicium trahitur. Priuilegia confirmantur. Conſtitutio de architectis fuit facta. *Barbara* Brandenburgenſis Auguſtam permeans, debita nunera accepit. Statutum de iudaeis peregrinis Auguſtae defunctis conficitur.

Anno 1434. Caeſar aeneatores habendi priuilegium conceſſit. Annonae caritas coninuat. Signa diſtinctionis chriſtianos inter et Iudaeos a ſenatu decreta ſunt. Mercatoriıus ne exteris textoribus arboream lanam venderent, mandatum. *Ludouicus* Bauariae lux in Caeſaris gratiam rediit.

Anno 1435. Auguſtenſes frumenti penuriam patiebantur. Decretum de curatoribus et tutoribus conditur. Hoſtes fugantur.

Anno 1436. *Leonardus* a *Gruenenbach* vrbis praetor renuntiatur. Mulier ob parricidium viua defoſſa eſt. Bauariae duces pacem ſubito fractam reſtaurant. *Agnes Bernauerinn* in danubio ſubmerſa periit. *Beſlius Laber* cum ſociis ob hoſtiles inuaſiones capite plectitur.

Anno 1437. Meretriculis matronalis cultus prohibitus eſt. Annonae penuria vrbs laborabat, quam ſua liberalitate *Sigismundus* Hoimair ſubleuabat. *Sigismundus* obiit, Waradini tumultus. Weſtphalici iudicii conſcii capiuntur.

Anno 1438. *Albertus II.* Imperator proclamatus, priuilegia Auguſtanis confirmauit, ac Iudaeos vrbe expellendi poteſtatem conceſſit. Nouum ſigillum conficitur. Diebus bachanalibus inter Epiſcopi palatium et cathedralem eccleſiam lapis terminalis proſtratus, reluctantibus Epiſcopo et Canonicis erectus eſt. Peſtis tempore multi vrbem reliquerunt, et ſenatores munia alternatim obibant. Vlmae ciuitatum conuentus a Caeſare conuocabatur. Commeatus ex Auſtria ab Auguſtenſibus arceſſitur. Rutheni Auguſtam tranſeunt.

Anno 1439. *Fidleri* auaritia proprio damno punita eſt. Carnem vendendi libertas omnibus conceditur. Peſtis etiam graſſabatur. Bauariae duces inter ſe bellum geſſerunt. Imperator defunctus eſt, apud albam regalem ſepultus.

Anno 1440. *Fridericus III.* Auſtriae dux Imperator eligitur. Auguſtae haſtiludia celebrata fuere. Iudaei vrbe expelluntur. Lex, ne quis conciuem ſuum ad exterum iudicium vocaret, ſub mortis poena lata eſt. *Eugenius IV.* annum a natiuitatis Domini feſto incipere iuſſit.

Anno 1441. noua moneta cudebatur. *Georgius* a Riethaim capite plectitur. Milites conducuntur. S. *Catharinae* moniales arctiorem obtinent clauſuram. Lex de veſtimentis fuit condita. Hyems ita horrida erat, vt Auguſtae copioſa glacies molendinorum vſum inhiberet.

Anno 1442. haſtiludia in *Alberti* Marchionis Brandenburgenſis gratiam celebrabantur. Molae truſatiles ob nimiam congelationem fabricantur. Piſtores ob fraudes puniuntur. Imperator Auguſtam venit. Françofurti comitia celebrat. Decanus eccleſiae cathedralis presbyterum comprehendi iuſſit.

Anno 1443. Porta verſus Geggingen reficitur. In turri San-Vlricana horologium ponitur. Vectigalia noua de linteis etc. expetuntur.

Anno 1444. Vrbs propugnaculo munitur. Arx Hirnhaimenſis a foederatis expugnatur. Auguſtae arcubaliſtarum ludi aperiuntur. Militares copiae Argentinam contra Gallos mittuntur. *Beſingerus* creditoribus ſatisfacere coactus eſt.

Anno 1445. Quamdiu quilibet publico officio fungatur, fuit ſtatutum. *Eliſabetha* Bauariae duciſſa Auguſtae pernoctat. Noua porta extruitur. *Ludouicus* Bauariae dux Burghuſam captiuus ducitur. Conſtitutio contra debitores adparuit. Foedus Bauaros inter et imperiales ciuitates componitur. *Ladislaus* Hungariae et Poloniae Rex armis deuincitur.

Anno 1446. Decretum in debitores emanauit. *Vlricus Langenmantel* praetoris munere honoratus eſt. Iudaei baptiſmatis fonte lauantur. Haſtiludia habebantur. Solum alcae luſus fuit conceſſus. Laniorum tyberna renouatur. Foederatae ciuitates de viarum ſecuritate omnem adhibent cautionem. Priuilegium de capitalibus iudicibus obtinetur.

Anno 1447. primum ſeparatum capitale iudicium fuit habitum. *Petrus* de *Argona* arbiter inter Heluetios et Tigurinos fuit electus. Moenia Auguſtae reficiuntur, et muniuntur. Lites ciues inter et Canonicos oriuntur. Longiores gladii prohibentur. Blumbeum

eum ſarcophagum inter rubram, et Gegginge nſem potam fuit repertum. *Petrus* de *Argona* cudendae pecuniae, publicaeque ſtaterae adminiſtrationem ab Epiſcopo redemit. Decretum de operariorum mercede fuit conditum. Diuerſi ludi habebantur.

Anno 1448. Annona vili comparatur pretio. Ratisbonae comitia celebrantur. Grando menſe Septembri multa intulit damna. Decretum de omnibus criminoſis infamibusque puniendis emanauit. Eleemoſinas annuas *Conradus Voegelin* fundauit. *Ioanni Mihaelis* lingua et digiti abſcinduntur.

Anno 1449. Curia amplſatur, et adornatur. Molendinum prope Vindam aedificatur. Sutores domum ſibi comparant. Norimbergenſibus auxiliares copias ciuitates foederatae contra eorum hoſtes mittunt. Eaedem Nordlingae conuentum conuocarunt, et Marchionem hoſtem declarant, eiusque ditiones inuaſerunt. Auguſtenſes Helfenſteinenſis ditionem depraedati ſunt. Bauari duces pacem fruſtra componere ſtuduerunt. Tributum Auguſtae frumento imponitur. *Eberhardus Thotus* ob ſuam infidelitatem ſuſpenditur. Bellum ciuitates inter et Comitem Wirtenbergenſem continuat, in quo Auguſtenſes multa paſſi ſunt.

Anno 1450. iubilaei tempore quidem Auguſtenſes Romam profecti ſunt. Bellum prorogatur. Pax denique reſtauratur. Canonici hoſtibus fauiſſe dicuntur. Lites Auguſtenſes inter et *Petrum* de *Argona* oriuntur. Durante lite Viennae moritur, quin illa huius morte ſopita eſſet.

Anno 1451. Lex de ciuitate abdicanda et de eadem donanda lata eſt. Caeſari Auguſtenſes miſerunt comites. Iſte Mediolani ferream, Romae vero auream accepit coronam et inunctus eſt. *Henricus Pappenhaim* vrbis praefecturam impetrauit. Controuerſiae inter Epiſcopum et Auguſtenſes, pax reſtaurata, pacisque conditiones recenſentur. Tributum de diuerſi generis pannis requiritur. *Argonii* vxor trecentos aureolos ſenatui obtulit. Huſſitae pro concionibus locum impetrarunt. Nouum granarium extruitur. Saltatoria domus reſtauratur. Vrbs magis munitur.

Anno 1452. Vlmenſes aduerſus Auguſtenſes mercatores, edictum publicarunt. Ciuitates foederatae Rammſteinium et Ruggburgum expugnarunt. Imperator ab Hungaris Bohemis etc. obſidetur.

Anno 1453. Oenopolarum fuere detectae fraudes. Conſtantinopolis a Turcis expugnatur.

Anno 1454. Imperator vrbis priuilegia confirmauit. Lapidei pontes extruuntur, munimentaque fabricantur.

Anno 1455. Lanii ſtrictis enſibus noctu vagantes poenam luunt. *Michael Remus* occiditur. In vigilia paſchae reſurrectionis tempore in eccleſia cathedrali tumultus oriebatur. Nobiles a *Freyberg* merces diripiebant. Sutorum tribus ob conſpirationes ſenatu mouetur.

Anno 1456. Matſieſſenſis et Bamgartenſis arces dirutae ſunt. Diſſidia Epiſcopum inter et ciues componuntur. Tributum de frumento et lineis ſoluendum remittitur. Cometa adparet. Vrbis praetor *Langenmantel* ob debita contracta aufugit, quod et alii fecerunt. Prætoris officium *Erhardus* a *Diebhardskircha* impetrauit. Auguſtenſes aduerſus Turcas expeditionem ſuſcipiunt. Expenſae minuuntur. Auguſtenſes ob Iudaeorum expulſionem a Caeſare multantur.

Anno 1457. plures conſtitutiones conditae ſunt. *Sigismundus Meiſterlin* Monachus San Vlricanus Auguſtanum chronicon ſcripſit, ſenatuique obtulit. *) Diuerſi ludi celebrabantur. Aes alienum contrahitur. *Conradus* ab *Helfenſtein* cum ſuis cladem accepit. Lyci fluenta per transactionem a Bauaris Auguſtenſibus conceſſa. *Sigismundus* Auſtriae dux Auguſtae diuertit. *Georgius Otto* praetoris munere potitus eſt. Tumultus ob adulterinam monetam oritur. Principum conuentus conuocatur. *Alberhoferus* vrbis hoſtis capite plectitur, aliique debitas luunt poenas. *Ladislai* Hungariae et Bohemiae regis legati Auguſtam permeant. Turris iuxta B. M. eccleſiam ſublimata eſt.

Anno 1458. Haſtiludia peracta ſunt. Porta Hauſtettenſis vallo munitur. Decimae de gregum et arborum fructibus poſtulantur, quas tamen ſolui a ſenatu prohibitum eſt. *Gilgus Riederer* carcere elabitur. Tumultus ob monetam adulterinam oboritur, nouam cudi Epiſcopus iuſſit, et Boiaria introducitur. *Welſerus* ſuam neptem ſibi copulauit. Sex reipublicae hoſtes quorum coriphaeus *Klinkhaimerus* fuit, intercipiuntur. Baliſtarii ludi Conſtantiae celebrantur. Auxilia militaria Werdenſibus contra Bauariae ducem miſſa ſunt. Auguſtenſes igitur hoſtilia experti ſunt. Cum Monacenſibus ducibus foedus iniere, quod iniquo tulit animo Landshutanus; poſtea tamen lites cum illis quoque compoſuit. *Albertus* Bauariae dux ſuppetias ab Auguſtenſibus poſtulauit. Portae muniuntur.

Anno 1459. *Albertus* Brandenburgenſis a Caeſare ſuperioris Germaniae protector denominatur. Lites ad Onolzbachii iudicem deuolutae cum Argonenſibus haeredibus dirimuntur. Cauſa *Klinkhaimeri*, remiſſa magna pecuniae ſumma, cum *Ludouico* Bauariae duce compoſita eſt. Annona caro emitur pretio. *Albertus* Auſtriae dux Auguſtam venit, muneribusque honoratur. *Haiuzius Kollerus* et *Ioan. Foederus* capite plexi ſunt. Patritii inter ſe gladiabantur. Ob viliorem monetam perturbationes exiſtunt. Abbatem San-Vlricanum inter et Senatum ob quamdam ponticulam diſſidia oriebantur.

Anno 1640. Annona exiguo venditur pretio. Plurium monetae reiiciuntur. *Beſſarion* Pontificis Legatus Auguſtam venit, ad principes *Ludouicum* Bauarum et *Albertum* Brandeburgicum reconciliandos in Germaniam miſſus. *Henricus Ellebachus*, ad *Ludouici* Bauari partes tranſiit, multisque moleſtiis Auguſtam affecit. Flamma plures domus combuſtae ſunt. Victualibus tributum imponitur. Auxilia *Friderico* Palatino mittuntur.

Anno 1461. Mercatoribus ſacris interdicitur. *Kiſtlerus* per clericum prope Regensburg occiditur. Bellum in ſuperiori Germania conflatur. Sueuiae ciuitates hac occaſione conuentum egerunt. Tributa imponuntur. Frumenti pretium determinatur. A ciuitatibus contra *Ludouicum* Bauarum auxilia Caeſari ſunt promiſſa.

Anno 1462. Bellum inter quosdam duces Bauariae et Auguſtenſes, vtrorumque incurſiones, obſidiones et deuaſtationes pluribus enarrantur. Iſtis ſeſe iunxerunt et aliae imperii ciuitates, et milites Heluetici. Duces Monacenſes fruſtra animos exadcerbatos pacificare ſtuduerunt. Tributum augetur. Euchariſtia a Bohemis prophanatur. Sueuiae oppida, et ciuitates ab hoſtibus multa perpeſſae ſunt damna. Imperator vrbi lici vſum priuilegio conceſſit. Familiae de *Argona* poſſeſſiones a Caeſareis occupantur, et iterum reſtituuntur. Peſtis quoque famesque vrbem oppugnabant. Remorum familia ob telonium pontis Vindae ſibi vindicatum a ſenatoria dignitate excluditur.

Anno 1463. Annona viliori iterum pretio comparatur. Viennenſes a Caeſare proſcripti ſunt. *Sigismundus* de *Argona* a ſenatu citatus non adparuit. Noui hoſtes in vrbem

*) De iſto chronico in Vol. III. pluribus egi.

n inſurgunt. Pax inter bellantes partes reſtituitur. *Henricus Erlbachus* quosdam de
atu in paciſcentium conuentu accuſauit. Peſtis graſſabatur.

Anno 1464. *Vlrico* Comiti de *Helfenſtein* vrbis Capitaneo ſtipendium ſoluitur.
uaeductus fuit refectus. Sacra expeditio in Turcas mouetur. *Vzius* Burggrafius
osdam de Auguſtanis interfecit, de quo facto ſatis facere coactus eſt. Furta puniun-
. Fullonia machina transfertur. Arx Waſſerburgenſis in Auguſtenſium gratiam de-
ui debuit. Diſſidia inter San-Mauritianos et *Henricum Welſium* oriuntur.

Anno 1365. Imperator Auguſtam ab exteris tribunalibus liberauit. Nummi Epiſco-
les et Bauari adprobati ſunt. Carnifex occiditur. Occiſores Romae abſolutionem
aerere debuerunt. Quidam patriae deſertores pannos, aliasque merces interceperunt.
conciliatio inter illos fruſtra tentatur. Itaque Imperatoris mandato eorum arx Waſ-
burgum diruta eſt.

Anno 1466. Epiſcopo ab Imperatore Waſſerburgi euerſio commiſſa eſt. Noerdlingae,
erdeae et Conſtantiae conuentus ad pacem reſtituendam celebrati ſunt. Auguſtenſes
, qui nobiliorum illorum latronum vnum aut alterum vel occiderent vel in ius pro-
herent, praemia propoſuerunt. Diſſidia ob tributum exoriuntur. Conſtitutio de Claſ-
o canendo fuit facta. *Ludouicus* Bauarus Auguſtenſes criminis corruptionis reos
ſtulat. Omnibus ciuibus ſuas ditiones interdixit, ex iisque Auguſtam nihil inferri per-
ſit. Moenia quaedam reficiuntur. *Roemlerus* Biblia impreſſit. Plures leges condi-
ſunt.

Anno 1467. Ludi equeſtres habiti ſunt. *Burtebachus* cum quibusdam ſociis ad flam-
m damnatus eſt, alii vero patibulo ſuſpenſi ſunt. S. *Vdalrici* templum extruitur.
oli cuduntur. Norimbergae comitia celebrabantur. Auguſtenſes apud *Ludouicum* du-
m veneficii rei accuſati ſunt. Omne commercium cum iſtis ſuis interdixit. Ea de
uſa etiam Elector Palatinus ſaluum conductum denegauit. Munimenta fuerunt extru-
. Operarum numerus textoribus praeſcriptus eſt. Mindelheimenſis ditio venditur.

Anno 1468. *Ludouicus* dux Imperatori reconciliatur, inſenſum tamen erga Augu-
nſes nutriens animum. Quidam morte multati ſunt. Imperator pacis negotium Epi-
po Auguſtano et *Sigismundo* Auſtriae duci commiſit. Conuentus tum Friedbergae tum
ndishuti absque effectu agebatur; immo et lici vſus fuit denegatus, vnde lignorum
nuria exorta fuit. Vindae etiam fluenta Bauari ſeptis praecluſerunt.

Anno 1469. Auguſtenſes armati Vindam aperire conati ſunt, licum vero praecluſe-
nt. Ratisbonam partes litigantes a Caeſaris legatis conuocatae ſunt; ſed reconciliatio
n fuit ſubſecuta. Itaque ipſe Imperator pacis negotium in ſe ſuſcipere ſtatuit; aſt
ox conuentus Monachii fuit conuocatus, et denique diuerſis ſub conditionibus lites
mpoſitae, et pax inter utramque partem reſtituta. Langenmantelliana familia Wertin-
m vendidit. Decretum de renunciatione iuris municipalitatis fuit confectum. Muni-
enta extruuntur. Epiſcopus fiſci debitoribus ſolutionem imperat. Lex de nuptiis re-
uratur.

Petrum de *Schaumburg* in epiſcopatu *Ioannes* de *Werdenberg* ſequebatur. Parthe-
onem Holzenſem, Hochenwartenſem, aliaque monaſteria reformauit.. Imperator filii
Maximiliani curam eidem demandauit, Legatusque imperii renuntiatus eſt. Toto cum
apitulo biennio ante obitum Dilingam petiit, ſed poſt vndecim menſes iterum rediit.
n comitiis Francofurti obiit. Enarrantur et aliae ſub iſto Epiſcopo res geſtae.

Anno

Anno 1470. Pax inter Bauaros et Auguſtenſes, paciſque conditiones confirmantur. Epiſcopus nón niſi prius promiſſa reipublicae immunitate et ſecuritate cum ſuo copioſo comitatu vrbem intrare potuit. Priuilegiorum inuiolabilitatem tam Epiſcopus quam ſenatus ſibi inuicem, promiſerunt. Haſtiludia celebrabantur. Imperator. Auguſtenſes a Weſtphalenſi iudicio exemit. Diuerſi ludi magnis ſumtibus habebantur.

Anno 1471. Patibuli polyandrium expurgatur. De éxpoſitis infantibus praecipua geritur cura. *Wolfgangus* Bauariae dux Auguſtam venit. Imperatori comites miſſi ſunt. Metus haud leuis e turris cuiusdam caſu oritur. *Sigismundus* de *Argona* tumultum excitat.

Anno 1472. *Georgius Merzius* Pellionum tribunus fraudulоſe creatus, infamis fuit declaratus. Cometa conſpicitur. Moneta cuditur. *Andreas Frittinger* vir conſularis ob debita Fridbergam fugit, et dein S. *Vlrici* aſylum acquiſiuit. *Henricus Erlbachus* Auguſtanorum hoſtis implacabilis Bauariae ducis iuſſu capite plexus eſt. Bauariae duci militares ſuppetiae mittuntur. Annona vili comparatur pretio. Nouus cenſus imponitur. Plebis tribuni priuilegium ſuos conſortes puniendi a ſenatu obtinuerunt.

Anno 1473. Lites in Auguſtenſes et *Iacobum* de *Arga* componi haud potuerunt. Auguſta comitia Imperator indixit. Iſte et filius eius *Maximilianus* donis honorantur. Fidelitatis iuramentum fuit praeſtitum. Caeſaris cancellaria flamma deuorata eſt. Imperii ciuitates ad libertatem tuendam Francofurti conuentum habuerunt. Oenopolae augentur. Imperator comitia iterum indixit.

Anno 1474. *Chriſtiernus* Daniae rex Auguſtam venit, donaque accepit. Imperator Auguſtam rediens comitia omni ſolemnitate celebrauit. Elector Palatinus *Fridericus* Caeſaris iuſſu proſcriptus eſt. Imperator cum imperii principibus Daniae regem omni honore excepit. Belli flamma inter Caeſarem, imperium et Burgundiae ducem ſuſcitatur. Turbo tecta deiecit, et S. *Vdalrici* baſilicam proſtrauit. Caeſaris Auguſta abitus a creditoribus fuit retardatus, quae iniuria annis quinque elapſis fuit vindicata. *Maximilianus* Dilingae remanſit. Vino tributum imponitur.

Anno 1475. Auguſta Caeſari militares ſuppetias contra Belgas tulit. Bellum componitur, et Burgundi filia *Maximiliano* deſpondetur. Septimanalis penſio ſingulis imponitur. *Georgio* Bauariae duci nuptiale mittitur munus.

Anno 1476. Tribuni patritiis ſuperiores fuere. Heluetii cum aliis contra Burgundum ſe coniunxerunt, et eumdem vicerunt. Ludi bombardici habebantur. Priuilegium de non adpellando fuit impetratum.

Anno 1477. *Vdalricus Schwarz* iam tertio anno ſibi conſulatum vendicauit. Numerus conſiliariorum plebeis augetur. Clericus ob ſtuprum captus a Senatu Dilingam mittitur. Tota communitas ob id factum excommunicatur. Fratres *Vitellos Schwarzius* capite plecti fecit. Ob quam cauſam Senatus Caeſarem offenſum ſibi reddidit. *Frickingerus*, *Schwarzii* odium euaſurus, ad S. *Vdalricum* aſylum quaeſiit. Lanionum tribunus cum pluribus aliis morte multatus eſt. *Maximilianus* dono honoratur. Patritii quidam eum nuptias coelebraturum in Burgundiam comitati ſunt. In comitis Wirtenbergenſis honorem ſpectacula fuerunt celebrata.

Anno 1478. *Vlricus Schwarzius* Conſul multorum ſcelerum reus in carcerem mittitur, et tandem in patibulo debitas illorum poenas dare tenebatur. Noui conſules eliguntur. *Onſorgius* extinctus reperitur. Socii coniurati *Schwarzii* multantur. Auguſtenſes

ſes in iudicium Weſtphalicum vocantur. *Ludouico* Bauaro contra Turcas ſuppetiae feruntur. *Marcus Hoſmairus* e patritiorum albo deletur.

Anno 1479. Patritiorum numerus adaugetur. Decretum eſt, ne tribunus in cauſis criminalibus ſuorum contribulium ſenatu excederet. Imperatori auxilia conceduntur. Quidam ciues ad exterum iudicium fruſtra citantur. Piſcium abundantia reperitur. Nec coelebs, nec viduus tribunus eligi potuit.

Anno 1480. In Haunſtettenſibus ſaltibus riuuli collecti in vrbem deriuati ſunt.

Anno 1481. Moenia noua extruuntur. Falces originem habuere. *Petrus Goeſwinus* vrbis hoſtis mortuus Auguſtam defertur.

Anno 1482. Ludi equeſtres celebrantur. Imperator priuilegia confirmat. *Georgius Mareſchalcus* vrbis praefectus denominatur. Caeſari ſuppetiae miſſae ſunt. Cenſus ſunt redemti. Electionis die ſolus tribunus cum ſuis 12 viris tabernas tribunitias frequentare potuit.

Anno 1483. Horologium in turri San-Cruciana fuit ſuperpoſitum. Quadrageſimae tempore ouorum, caſei etc. eſus interdicitur. Diſſidia cum Argonenſibus ſublata ſunt.

Anno 1484. In *Catharinae* Saxonicae gratiam ſpectacula eduntur. Priuilegium in nepotum gratiam impetratur. Concurſus fit ad quemdam eremitam. Lici inundatio damna multis intulit. Epiſcopus ciuibus ſaluum conductum denegat.

Anno 1485. Inconſueta ſolis eclipſis fuit. Spectra videntur. Nobiles Bauari rebellionem excitant. Imperator Lincii telonium poſuit. Auguſtam venit, eamque nouis priuilegiis ditauit.

Anno 1486. *Georgius Bauariae* dux Burgauienſem marchionatum ab Epiſcopo redemit. *Maximilianus* Romanorum rex eligitur. Sex Bauariae duces Auguſtae conueniunt, intendentes, vt eorum frater epiſcopus crearetur. Suppetiae Caeſari contra Vngaros mittuntur. Caeſarea inhibitio contra Epiſcopi exactiones obtinetur.

Fridericus Comes de *Zollern* contra *Ioannem* Bauarum Epiſcopus eligitur. Lites inter ipſum et ciues oriuntur et ne Auguſtanorum filii in canonicorum numerum reciperentur, conſtituit. Marchionatus Burgauienſis eidem oppignoratur. Granarium extrui curauit. Reſponſorium *Tenebrae* feriis ſextis cantandum fundauit. Multos principum reconciliat. *Ioannes* Praepoſitus Hieroſolymam proficiſcitur, *Ioannes Geilerus* Auguſtae ad populum dixit. Iuramentum prohibetur. Turris eccleſiae ſummae perficitur. S. *Simpertus* Sanctorum albo inſeritur, eiusque corpus transfertur. Anno 1494. S. *Mauritii* et S. *Annae* templa reficiuntur. Thierhauptanum monaſterium reformatur. Abbates ex S. *Vdalrici* aſceterio obtinet. Nouum coemeterium conſtruitur. Recenſentur S. *Stephani* Abbatiſſae, Abbates S. *Vdalrici* et S. *Georgii* et S. Crucis praepoſiti. *Lemlinus* Sacerdos ad S. *Mauritium* interficitur. S. *Vrſulae* monaſterium virginibus adſignatur. Chorus in eccleſia S. *Vdalrici* extruitur. *Matthaeus Langius* Auguſtenſis fit eccleſiae cathedralis praepoſitus. Campidunenſe monaſterium iurisdictioni Epiſcopali ſeſe ſubduxit. S. *Catharinae* Coenobium anno 1503. reſtauratur. Poenitentium ſupplicationes habentur.

Anno 1487 *Alberto* Bauariae duci nuptias celebranti munera mittuntur, ſed non fuerunt acceptata. Lis epiſcopum inter et vrbis praetorem oritur, et per caeſarem fuit diremta. Priuilegium aduerſus debitores obtinetur. Auguſtenſes cum *Georgio* Bauaro reconciliantur. *Vitellii* fratres patris et fratris caedem vindicare diuerſis modis tentarunt.

Anno 1488. Decretum de conſulibus et ſenatoribus prodiit. Vrbi, ingruentibus bellis, ſatis fuit prouiſum. Caeſari ſuppetiae militares feruntur. Clero portarum pate-

factio nocturno tempore fuit denegata. Patritiorum domus e cinere ſuſcitatur. Auguſta Sueuorum ligae ſe coniunxit.

Anno 1489. Lis Epiſcopum inter et Auguſtenſes ob Menchingenſes mouetur. Sueuiae proceres Eslingam conuentum conuocant. *Maximilianus* Caeſar Auguſtam venit. S. *Iacobi* porta et moenia muniuntur. Decretum de nominibus ciuium albo dandis editur. Canonici lites mouent. Lancearii originem ſumunt.

Anno 1490. Contra *Georgium* Bauariae ducem coram Imperatoris commiſſariis actiones fiebant. Ob filiorum Auguſtenſium excluſionem a canonicatibus eccleſiae cathedralis lites perdurant. *Maximilianus* Auguſtam venit. Epiſcopus ciuium ſubditos in ſuis ditionibus ſibi ſubiicere ſtudet. Menchingenſibus contra Epiſcopales copiae mittuntur. Bellum illud componitur. *Georgius Krepſius* militarium ordinum dux creatur. Canonici a Senatu ſaluum conductum poſtularunt.

Anno 1491. Iudicii ciuici ordo mutatur. Hyems horrida haud parum depreſſit pauperes, qui larga eleemoſina ſubleuati ſunt. Alienigenae pauperes expulſi, inquilini vero ſignum in veſtibus gerere iuſſi ſunt. Annonae pretium creſcebat. Igitur piſtoribus certa pondera fuerunt praeſcripta. Inter textores et mercatores ob extraneas merces diſſidia exiſtunt. Caeſar Auguſtae diuertit, et aes alienum ſuſcepit. Comitia Norimbergae celebrantur. Annonae caritas continuat.

Anno 1492. Sueuiae foederati Auguſtae conuentum conuocarunt. Bauariae ditiones inuaduntur. Bauariae duci Auguſtenſes miſerunt ſuppetias. Imperialis cenſura in *Albertum* Monacenſem fertur, eiusque ditiones ab Imperatoris et foederatorum exercitibus inundati ſunt. Auguſtenſes excubias agunt. Ea occaſione Ratisbonenſes ad officium reducti ſunt. *Ioan. Iac.* a *Landoa* interceptos ciues reſtituit. Auguſtenſes contra ipſum foedus ineunt. *Maximiliano* ſuppetiae mittuntur.

Anno 1493. *Albertus* Bauariae dux ciues ſuos reddi poſtulat. Itaque lege cautum eſt, ne extero alicui mancipatus in ciuem adſumeretur. Conuentus foederatorum Auguſtae habitus. *Fridericus* Imperator obiit. *Maximilianus* eidem ſucceſſit. Auguſtenſes arbitri in Abbatis Campidunenſis lite cum ſuis ſubditis fuerunt conſtituti. *Burchardus Engelbergius* Auguſtenſis labentem aedem Vlmae firmauit.

Anno 1494. Schwabecenſis comitatus Auguſtanis fuit oppignoratus. Imperator nuptias celebrauit, qua occaſione Auguſtenſes munera eidem miſere. Nouum coemeterium extruitur. Muris vrbs cincta eſt.

Anno 1495. Gallici morbi origo enarratur. Xenodochium pro hoc morbo laborantibus fuit conſtructum. Comes Wirtenbergiae ducali honore decoratur. *Vetterus* Vlmenſis fit patritius Auguſtanus. Nouus lici alueus foditur.

Anno 1496. *Adleri* familia nec Caeſaris interuentu patritiis adſociari potuit. Muri extra vrbem extruuntur. Imperator eiusque filius Auguſtam veniunt. Spectacula eduntur. Noua veſtimentorum genera adſumuntur. Comitia Lindauiae celebrantur. Camera imperialis originem ſumit.

Anno 1497. Tributum a ciuitatibus Caeſar poſtulauit. Sponſae nouo veſtimentorum genere ſe veſtiunt. *Fuggeri* eccleſiaſtica beneficia obtinent.

Anno 1498. *Ioan. Langenmantel* foederatorum capitaneus nominatur. Comitia Auguſtae habentur.

Anno

Anno 1499. Imperatori contra Heluetios ſuppetiae feruntur. Nouae monetae cu-
ıntur. America detegitur. Scortorum denunciatio abrogatur. Foederati Eslingae con-
entum conuocarunt. Bellum Helueticum componitur.
Anno 1500. Comitia Auguſtae celebrata fuere. *Ioachimus* Brandenburgicus ſeptem-
ratus dignitate a Caeſare honoratur. Teutonici ordinis magiſtrum Caeſari homagium
aeſtare decretum eſt. Ludi eduntur. Tributum Caeſari tribuitur. Annonae pretium
inuitur, et iterum augetur. Lingua vernacula Auguſtae mutationem patitur.
Aono 1501. Numerus aſſeſſorum ciuici iudicii augetur. Foederatorum conuentus
it Auguſtae habitus. Graſſatores certis conditionibus ex San-Vlricano aſylo extra-
ıntur. Priuilegium de non citandis ciuibus ad exterum iudicium confirmatur. Cari-
ae tempore frumentum Ratisbona et Paſſauia Auguſtam delatum eſt. Inundationes mul-
vbique damna intulere. Senatus annonae tempore penuriae frumento in vrbe vndi-
ıe condito ſuccurrit. Bellica tormenta conflantur. Armamentarium extruitur.
Anno 1502. *Neumillerus* tribunatum repudiat. Canonici *Bayrum* Gerſthoua capti-
ım haud ſine prouinciae praefecti praeiudicio abduxere. Tormenta funduntur. Annona
ıgno emitur pretio. Xenodochii Gallici morbo curator primus exiſtit *Andreas Menne-*
. Senatores quaeſtionibus malefactorum intereſſe, decretum fuit. Caeſar Auguſtae
ıertit. ſpectaculis, choreisque intereſſe voluit, iudicio camerae ſuccurrit. In Epiſco-
palatium aqua deriuatur. Naues aromatibus onuſtae e calechutio adueniunt.
Anno 1503. Hyems rigidiſſima, et aeſtas aeſtuoſiſſima fuit. Cruciculae in veſtibus
runtur. Bachantes homines laſciuiae poenas dare coguntur. Imperatori eccleſiae
hedralis aeditui coronam e floribus ſertam offerunt. Agricolarum rebellio ſopitur.
onardus Pfefferlin ſenatoria priuatur dignitate. *Philippus* Hiſpaniae rex Auguſtam ve-
. Panni plumbeo ſigillo ſignantur. Decretum de longioribus telis adparet. Arbitra-
s conuentus pro Bauariae et Palatinatus ducibus a Caeſare Auguſtae conuocatur.
rii pulueris turris extruitur.
Anno 1504. Ludi celebrantur. *Rupertus* Palatinus imperiali cenſura notatur. Ei-
n Caeſar et Bauariae dux bellum intulerunt. Caeſari ſuppetiae mittuntur. Pax Cae-
em inter et Angliae regem publicatur. Sex Auguſtenſes Tiguri ludis interſunt. Co-
atus Kirchbergenſis ad *Fuggeros* deuoluitur.
Anno 1505. Legati ad Caeſarem in cauſa minorennium dilinquentium mittuntur.
locum *Georgii Langenmantel* eius frater ſuffectus eſt. Auguſtenſes cum aliis in Ara-
m nauigant. Domus frumentaria aedificatur. Annona vili pretio comparatur.
Anno 1505. Defuncto *Friderico* Epiſcopo, electus eſt *Henricus* de *Lichtenau*. Plura
lificia abſoluit. Feſtum S. Dionyſii 26. Febr. celebrari iuſſit. Obiit anno 1517.
mnita mulier hypocriſi multos decepit, ſed dolo detecto ſubmerſa eſt. *Ioannes Schrott*
bas San-Vlricanus libere abbatiam reſignauit. *Leonardus Wagner* Monachus San-Vlri-
ıus laudatur. *Matthaeus Langius* Praepoſitus eccleſiae Cathedralis Cardinalitiam di-
tatem et Archiepiſcopalem Salisburgenſem ſedem obtinuit. Recenſentur diuerſi Ab-
es et Praepoſiti. S. *Magdalenae* eccleſia extruitur. Dioeceſis Auguſtanae diſtrictus, Ab-
iae, Praepoſiturae, collegia, decanatus deſcribuntur. Enarrantur haereditaria Epiſco-
munera.
Anno 1506. *Georgius* Epiſcopus Tridentinus in cauſa *Friderici* Palatini et *Alberti*
ıari arbiter nominatur. De locandis teloniis Senatus decretum emanauit. Lex ad-
ſus fidei violatores conditur. Priuilegium de aulicis communibus oneribus non exi-

mendis impetratur. Gablingenſium immunitas armis defenditur. Priuilegium de non adpellando obtinetur. Naues e calechutio onuſtae redeunt. Caeſar Auguſtenſibus tres ceruos capiendi libertatem conceſſit. Auguſtenſes Francofurti ludum arcubaliſtarium concelebrant.

Anno 1507. Sueuiae foederati conuentum Auguſtae habuerunt. Ritus lugubris mutatur. Leges corriguntur. Cardinalis *Langius* Wellenburgum emit. Comites Imperatori mittuntur.

Anno 1508. Conſtitutio de mandatariis conficitur. *Maximilianus* ab Italis Imperator ſalutatur. *Adamus* a *Fraindsberga* praefectura honoratur. Fons e ſectis lapidibus extrucitur. *Langius* aucupandi libertatem omnibus Wellenburgi interdixit. Pactum ſenatus cum Epiſcopo ob ſepulchra iniit. Paliſtris luditur.

Anno 1509. Baliſtarii aliique ludi celebrantur. Porcini fori area ampliatur. Quatuor domus flamma conſumtae ſunt. Graſſator exilio multatur.

Anno 1510. Ferrea fornax emitur. Comitia a Caeſare celebrantur ob Venetorum et Turcarum bellum. Ludi equeſtres praeſentibus Imperatore et imperii proceribus habiti ſunt. Magna piſcium copia venditur. *Schrimpfius* caede abſoluitur. Decretum fuit, ne lites minoris momenti ſcripto coram praetore agerentur.

Anno 1511. Lex contra illegitimos contractus ſancitur. Duae Bauariae duciſſae deſponſatae Auguſtam permearunt. Terraemotus ſentitur, Decretum de inuentariis conſcribendis datur. Ludi arcubaliſtarii Monachii habiti ſunt.

Anno 1512. Priuilegium de non adpellando impetratur. Flamma plures domos deſtruxit. *Langenmantel* ad comitia miſſus eſt. Auguſtae confoederatorum conuentus conuocatur. Arx *Kraeia* expugnatur et deſtruitur. Auguſtenſes ſubſidia praeſtiterunt.

Anno 1513. Sartorum tribunus patibulo perit. Caeſar Auguſtam venit, et priuilegium ciuium colonos e Burgouia Auguſtam captiuos ducendi conceſſit. Textores ſtipendia ob lanae defectum quaerunt. Decretum de ferendis ſententiis conditur.

Anno 1514. *Georgius Otto* vrbis praefectus obiit, cui *Beſtlerus* ſucceſſit. Stuprator decrepitus capite plectitur, aliique morte multantur. De ruſticorum coniuratione metus exoritur. Diſſidiis Senatus et patritiorum animi ſcinduntur. Noua porta gratitudinis ergo erga Imperatorem extruitur. Duae leges feruntur.

Anno 1515. Monetam probatam auehere prohibitum eſt. *Ioan. Maderus* ſeu *Foemiſeca* vir doctrina percelebris claruit. Auguſtenſes inter et eccleſiae cathedralis clerum ob territorii terminum diſſidia oriuntur. Transactio inter Epiſcopum et Senatum ob molendina fit. Inundatio totam Germaniam deuaſtauit.

Anno 1516. Inſignia Boica cis licum poſita clam noctu ablata ſunt. Ciues vt in vrbe verſentur, decretum eſt. Argenti vena in valle Ioachimica reperitur.

Anno 1517. Poena pro alapa vel euaginatione enſis ſoluenda minuitur. Lis cum Bauaris de lici ripa munienda componitur. Annona haud leui pretio comparatur. *Bartholomaeus Remus* cum *Hoechſtettero* negotiationis foedus fecit. Turcae Aegyptum occupant.

Anno 1517. *Chriſtophorus* a *Stadion* Epiſcopatum adiit. *Ioan. Occolampadius* et *Vrbanus Regius* Auguſtae concionauerunt. Iſte, auita religione relicta, *Lutheri* partes ſecutus, vxorem duxit. Ille vero *Zuinglio* adhaeſit. *Ioan. Voegelin* ſcholae Marianae praefuit. Epiſcopus Xenodochium Zuſamhuſae fundaxit, ac S. *Vrſulae* monaſterium dotauit.

Anno 1520. Dilingae Synodum habuit comitiis Wormatienſibus interfuit, legatos ad conuentum

entum Ratisbonenſem mittit, ſeditionem ruſticorum prouide pertulit, anno 1530. ele- :us fuit, vt cum proteſtantibus concordiae rationes iniret. Anno 1537. cum clero rbem reliquit. Fit mediator inter Caeſarem et proteſtantes. Anno 1543. obiit. Quaior monachi ex India Auguſtam veniunt. His temporibus praepoſitus ad S. Crucem *Iathias Gutermannus*, Abbatiſſa ad S. *Stephanum Anna* de *Freiberg* fuere. *Ioan. Speiſerus* imis libere praedicare auſus eſt. *Ioannem Koenlin* Abbatem San-Vlricanum *Simon Gol- us* ſequebatur. *Aegidius Rem* et *Hier. Meittingerus* Epiſcopi Chiemſeenſes. *Ioan. Stabe- rus* Praepoſitus S. *Georgii*, cui *Eberhardus Willſingius* ſucceſſit, huic vero *Georgius Virſungus*.

Anno 1518. *Wilhelmus* a *Waldburg* vrbis praefectus renuntiatus eſt. Sinuoſa flamiea a choreis per Caeſarem proſcribuntur. Priuilegium, quo aulici a patritiorum ſoetate excludebantur, impetratur. Aliud, quo annuus cenſus ab aulicis exigi poterat, aeſar comitia Auguſtae celebrauit. *Vlricus* dux Wirtenbergenſis proſcribitur. *Alber- ıs* Brandenburgicus Moguntiae Archiepiſcopus cardinalitia dignitate honoratur. Caſſiirus Brandenburgenſis nuptias celebrauit. Caeſar baliſtarios ludos dedit. *Lutherus Ca- tanum* Papae legatum Auguſtae conuenit. Moenia muniuntur. *Bernardus* ab *Holzinga* ıpite plectitur.

Anno 1519. Numerus aſſeſſorum in ciuili iudicio augetur. *Maximilianus* Imperator biit. Dux Wirtenbergenſis a foederatis bis e patria pulſus eſt. Iidem Auguſtae coneneruat. *Carolus V.* Imperator eligitur. Aedes Fuggerianae conſtruuntur. Vrbs quaeam aedificia extruit. Auſtriaci legati Auguſtam veniunt.

Anno 1520. Caeſari a foederatis ducatus Wirtenbergenſis traditur. Auguſtanos ad acis ſtudia cohortatus eſt, et veniens in Germaniam capitalis iudicii priuilegium confiriat. Qua de cauſa Senatus deputatos in Brabantiam miſit. Officina fuſoria reſtauraır, duo furni pro pane coquendo extruuntur. Caeſar Aquisgrani inungitur. Augu- :enſes caput tondere et barbam nutrire coeperunt.

Anno 1521. Caeſaris frater *Ferdinandus* Auguſtam venit, omni honore exceptus.)ein Auſtriam Lincii nuptias celebraturus petiit. Imperator Auguſtanorum priuilegia, et tatuta Wormatiae confirmauit, nouisque auxit. Epiſcopus priuilegium aurum et arendum ſignandi impugnauit. Peſtis graſſatur. Peſtilentiae domus extruitur.

Anno 1522. Lis inter Bauaros et Auguſtenſes ob vtrorumque fines oritur. Eleemoſinarii munus exiſtit, et mendicare prohibetur. Monetaria officina Auguſtae erigitur. *Franciſci Cheregatti* Papae legati in Norimbergenſibus comitiis in religionis cauſa geſta enarrantur. *Lutheri* dogmata libere nimis praedicantur.

Anno 1523. Foederati aduerſus Gallos expeditionem parant, pluresque arces ſolo aequant. Caeſareum mandatum de monopoliis affigitur. Legatos imperii ciuitates ad Caeſarem mittunt. Caeſar de Auguſtenſibus, Argentinenſibus et Norimbergenſibus, eoquod *Lutheri* doctrinae nimis addicti eſſent, conqueſtus eſt. Iac. *Griesbeytelius* Sacerdos Auguſtae ſolemnes nuptias celebrauit. *Lutherus* ſibi adhaerentes literis conſolatur. Munimenta extruuntur.

Anno 1424. *Conradus Herwarthus* ad comitia Norimbergam mittitur. Monetae, quas opiliones vocabant, motus pariunt. Quadrageſimae tempore quidam carnes comedere coeperunt. In eccleſia minoritarum *Nuſsfelderus* aquae benedictionem temere impedire auſus eſt; ob quam cauſam exulare compellitur. Seditio ob Schillingum Minoritam de haereſi ſuſpectum, palamque *Lutheri* doctrinam proferentem a Senatu expulſum exori-

 tur.

tur. Senatus igitur illum reuocare promittit. Interim iſte armatos viros ſibi in ſidium adeſſe iuſſit. Monacho non comparente, *Vrbanus Regius* ſermonem in mi tarum eccleſia ſenatus iuſſu ad populum habuit. Varii falſi rumores ſenatum hau rum perturbarunt, atque nemo ſe et ſua ſecura arbitrabatur. *Chriſtophorus Herwa* ſenatum conſolatus eſt. Nouus tumultus ob tormenta in vrbem transuecta ſuſci Adueniente *Schillingo* tumultus ſopitus eſt. Rebelles varie multati ſunt. *Schillingus* ſ Auguſtam reliquit; ei *Michael Cellarius*, qui *Zwinglii* erroribus adhaeſit, in praedic nis munere ſucceſſit.

Anno 1525. *Franciſcus* Galliae rex a Caeſareanis vincitur, et captus ad Impe rem ducitur. Ruſtici arma capiunt, libertatis vendicandae ergo monaſteria, nobil que arces euertunt. Rebellionis Autor *Thomas Münzerus* dicitur. Foederati perp eorum occiderunt. *Lutherus* contra illos principum animos commouet. Senatus A ſtenſis his tumultibus omnem adhibet cautionem. Comitia Auguſtam indicta ob tumultus non fuerunt celebrata. Auguſtae S. Euchariſtia ab *Vrbano Regio* et *Froſchio* ſub vtraque ſpecie fuit diſtributa.

Anno 1526. *Alexander Beſtlerus* vrbis praetor eligitur. Berleia turris altior extr Sacerdos San Mauritianus ob plura delicta captus Dilingam mittitur. In Comitiis renſibus fuit decretum, ne quis alterum religionis cauſa moleſtaret.

Anno 1527. Pars moenium corruit. *Ferdinandus* Auſtriacus Bohemorum rex gitur. Roma *Caroli* Burboniae ducis armis expugnatur. Huic expugnationi Augu ſes interfuere. Bauariae dux *Wilhelmus* ſuis Auguſtae ingreſſum prohibet, et Ledere arcem ob *Michaelem Cellarium* Eccleſiaſten apud minoritas expugnat. *Ferdinandus* I gariae coronam quoque obtinuit. Anabaptiſtae Auguſtae in vincula coniiciuntur. I illos fuit *Hetzerus*, qui primus prophethas ex hebraico in Germanicum idioma tra lit. Conſtantiae capite plexus eſt. Ceteri etiam multati ſunt.

Anno 1528. *Caſpar Huberinus* ad Bernenſem diſputationem, a *Zwinglio* et *Oeco padio* contra catholicorum doctrinam inſtitutam ablegatur. *Langenmantel* Anabaptiſt curi percutitur. *Daſchſerus* et *Salmingerus* iſtam ſectam relinquentes *Luthero* adhaeſe *Henricus* Brunsuicenſis Auguſtam permeauit. Tres ſolis halones adparent. Subſec eſt ingens grando vndique omnia deuaſtans. Foederati Auguſtae conuentum habuer *Scharpfenſteinius* in quatuor partes diſſectus, et *Mendeleria* ancilla ob homicidium defoſſa eſt. Octo Oberhuſani ob coedem exulantur. Lignum magno pretio emitur.

Anno 1529. Annonae caritas ſeptem annis Germaniam ſuperiorem oppreſſit. natus panibus ſuccurrit pauperibus. Spirae in religionis cauſa comitia fuerunt cele ta. Rerum venalium fora Auguſtae transferuntur. Senatus decreto feriae minuun Prope S. *Georgii* monaſterium recens platea extructa eſt. Auſtria a Turcis inuadi ac Vienna oppugnatur. Auguſta ad hoc bellum ſuppetias miſit. *Stephanus Agricola* ſynodum Mardburgenſem ablegatur, in qua Haſſiae Landgraffius *Zwinglium* et *Luthe* conciliare tentauit. Anglicus morbus pluribns hominibus Auguſtae vitam abſtulit. *I mundus Fuggerus* captiuum ex *Chemii* cuſtodia ereptum Senatus iuſſu reſtituere tene *Ambroſius Hoechſtetterus* ob aes alienum contractum cum ſuo filio in carcerem conie miſere periit.

Anno 1530. *Carolus V.* Longobardorum rex Mediolani, et Bononiae a Papa Im rator coronatus eſt. Ob religionis concordiam Auguſtam comitia indixit. Intere Se tus pro publica tranquillitate et ſecuritate curam geſſit. Caeſar cum *Ferdinando* fr

ſu

io et Papae Legato *Campegio* Auguſtam venit omni honore exceptus. In feſto Corporis Chri-
i, recuſantibus proteſtanticis principibus, proceſſionem comitabatur. Vtriusque partis
raedicatoribus ſilentium imperauit. Ideo Senatus eos dimiſit. Annona caro pretio venitur.
In curia articuli deliberandi proponuntur. Confeſſio Auguſtana diu ab vtraque
arte diſputata et ventilata Caeſari exhibetur. Autor eamdem *Chriſtianiſmi ſummam* iuxta
ia principia nominat. Auguſtenſes Caeſari homagium praeſtant. *Fabritius Capito* et
Zwinglius ſua dogmata Caeſari tradiderunt. Idem quibusdam principibus feuda contulit.
iusdem frater omni ſolemnitate prope Wellenburgum Archidux Auſtriae inueſtitus eſt.
i comitiis in fide catholica aberrantes articuli damnati ſunt, contra quod tamen decre-
im Saxoniae elector cum ſuis aſſeclis proteſtatus eſt. Principes cum ciuitatum depu-
tis, finitis comitiis, domum ſe receperunt; Imperator vero cum fratre ſuo inferiorem
ermaniam petiit. Proteſtantes principes coloniam ad regis romani electionem vocati,
chmalkaldiae conuenerunt, et foedus inter ſe, quod *Schmalkaldicum* dictum, iniere.
Magellanus incognitas terras reperit.

Anno 1531. *Ferdinandus* Romanorum rex Coloniae ſed non ſine Schmalkaldiae foe-
eratorum contradictione creatur. Praedicatores *Lutheri* ſectae addictos Auguſtenſes con-
tuunt. *Dietrichus* a *Knoeringa* comitatum Schwabeuelſem redemit. Iſte ciuibus aucu-
a et venationes interdixit. Patibulum reficitur. Cometa adparet. Auguſtenſes
llum inter Heluetios componere fruſtra tentarunt. In tertio eorum prelio *Zwing-
us* cum ſuis occiſus eſt. Iudaeorum caemeterium munitur.

Anno 1532. Sueuiae foederati Auguſtam conuocarunt conuentum. Sodomitae mul-
ntur. Libellus famoſus reperitur, in cuius Autorem fuit inquiſitum. *Solimannus* Pan-
niam inuaſit. Ratisbonae habebantur comitia, in qnibus, ne quis ob religionem mo-
ſtia afficeretur, fuit ſancitum. Germaniae principes ſuppetias Auſtriae archiduci
iſerunt. *Scherlinus* Auguſtenſium capitaneus Turcas coedebat, quo facto aurato
ngulo fuit decoratus. Cometa conſpicitur. Defuncto *Georgio* de *Argona* vltimo
ius familiae ſurculo Xenodochii S. *Antonii* tutelam Senatus in ſe ſuſcepit. Cancella-
i extruitur.

Anno 1533. Grando haud leue intulit damnum. Pro pauperibus panes pinſitabantur
nte S. *Petri* eccleſiam pro inſtitoribus tabernae conſtruebantur. *Ehemius* parochiae S.
Mauritii curator aſcenſionem domini refragrante *Fuggero*, celebrare prohibuit, et non
ie piorum ſuccenſione impedire tentauit. Senatus ad pacem inter vtramque partem
nſeruandam laudabiles fecit ordinationes. Foederatorum conuentus fuit habitus. Wir-
nbergenſis ducis filius patriam repetiit. Sueuorum foedus fuit diſſolutum. Auguſten-
s cum Norimbergenſibus et Vlmenſibus ad nouatorum religionis conſeruationem foedus
ierunt.

Anno 1534. Cariſtiae tempore ſenatus pauperes ſubleuare ſtuduit. Communem quo-
ie inſtituit trutinam, qua molitores farinam erga frumenti pondus ciuibus adpenderent.
natus conſtituit, vt vna et concors religio in vrbe exiſteret. Poſtulat a canonicis col-
quium cum Lutheranis doctoribus. Illis renuentibus, catholicis praedicatoribus ſilen-
im impoſitum, minora ſacella occluſa, miſſa abrogata, ſolum in eccleſiis ad Epiſco-
m ſpectantibus celebratur. Theſaurus itaque eccleſiarum Dillingam fuit transportatus.
aedicantes pro omnibus eccleſiis fuere conducti. *Vlricus* dux Wirtenbergenſis, victo
latino, ducatum ſuum iterum obtinuit. Coemeterium ſuperius fuit conditum. Pla-
natoria

natoria officina comparatur. Licus et Vinda noſtram inundarunt regionem. Lis inter Neoburgenſem ducem et Abbatem Kayſheimenſem Auguſtae per arbitros componitur.

Anno 1535. Triumuiratus ad partes de debitis vel contractibus litigantes reconciliandas fuit introductus. Exploſione tormentorum ex improuiſo plures occiſi ſunt. Caeſar in Africam parat expeditionem. Decretum eſt, ſolum ciues, et qui ciuium onera ſubirent, in vrbe habitare poſſe. Schola Annanaea in ordinem redigitur. Monaſterium Weſtphaliae expugnatur. *Bucerus* Auguſtam venit, ſermonesque ad populum habuit. Senatus *Vrbanum Regium* praeconem repetiit; aſt iſto miniſterium repudiante, *Forſterus* verbi diuini miniſter aduocatus eſt. Peſtis eo tempore graſſabatur. Annonae cariſtia imminuta eſt. Conſul *Imhoffius* ſua dignitate priuatus, et a publicis officiis excluſus eſt. Proteſtantes contra carmerae Spirenſis inſolentiam queſti ſunt.

Anno 1536. Quatuor viri, ſilentiarii conſiliarii ad religionis et belli negotia tractanda eliguntur. Auguſta Schmalkaldico foederi ſe adiunxit. Theologi ad conuentum Eiſenachi et Wirtenbergae habitum mittuntur. Proteſtantium cenuentus Francofordienſis legatos pacis gratia ad Caeſarem in Italiam mittit. Inter illos erat *Claudius Peutingerus*. Sanctimoniales ad auitam religionem, vitamque religioſam relinquendam a ſenatu admonitae ſunt. Iſtae ſe regis Romani tutelae dedere voluere, aſt a Senatu ab hoc impeditae ſunt. Bellum inter Caeſarem et Gallos oritur.

Anno 1537. Clero, aut miſſas abrogaret, et altaria deſtrueret, aut vt vrbem intra octiduum relinqueret, ſignificatum eſt. Clerus vltimum elegit. Ea de re legati ad Imperatorem, regem Romanum, et Bauariae duces a Senatu miſſi ſunt. Plures etiam ciues vrbem reliquerunt. Itaque omnibus deuaſtatis *Lutheri* ſectatores templa occuparunt, praedicatoresque conſtituerunt. Dies feſtiui, praeter feſta domini, fuerunt abrogati. Biblia latine fuit in eccleſiis expoſita. *Ludouicus Spinerus* praetoris muneri potitus eſt. *Ekardus* Rainenſis Auguſtam venire promiſit, cleri eiectionem conta iuſtam oſtenſurus; aſt promiſſis haud ſtetit. Proteſtantes Schmalkaldiae conuentum habuerunt. *Mathias Heldus* Imperatoris orator mutatam religionem Auguſtanis exprobraui et a foedere abducere conatus fuit: ad fruſtra. Immo articulos a Schmalkaldico conuentu comportatos adprobarunt. Moniales ad S. *Nicolaum* ad S. *Vrſulam* transferuntur. Earum monaſterium fuit deſtructum. Quinque morum cenſores creantur. Pro cauſis matrimonialibus conſiſtorium inſtituitur. Sex adparitores conſtituuntur.

Anno 1538. Patritiorum numerum augeri in ſenatu decretum, candidatorumque requiſita determinata fuere. His decretis plures ſeſe oppoſuere. Proteſtantium conuentus Brunſuicenſis foedus Schmalkaldicum in ſex annos prorogauit. Vrbs munimentis firmatur. S. *Martini* monaſterium deſtruitur. Sacellum Vlrichianum fit pyrii pulueris reconditorium. S. Spiritus templum extra vrbem proſternitur. Pro obaeratis carcer extruitur. Salientis aquae fontes aedificantur. *Ioachimus Gaboldus* monachus San-Vlricanus, ducta vxore, ab Haunſtettenſibus obedientiae iuramentum poſtulauit; aſt a *Wilhelmo* Bauariae duce armata manu ad Abbatis obedientiam redire coacti ſunt ſubditi. *Fuggeri* a Rechbergenſibus Babenhuſam emerunt. Patritiatus dignitate iuxta praeſcriptas leges vndequadraginta familiae condecorari cupiebant, atque ſub quibusdam conditionibus condecoratae ſunt. Earum nomina recenſentur.

Anno 1539. Lex in textorum vtilitatem fuit condita. *Ludouicus Spinnerus* vrbis ſubpraeſectus ob prodigam iactantiam impunitus aegre dimittitur. Propugnaculum al

ſoluitur.

uitur. *Ambroſius Blauerus* Conſtantia vocatus in S. *Mauritii* eccleſia concionauit. Li-
s et Vinda omnia inundarunt. Pueri et puellae in Scholis ſegregantur.

Annno 1540. Hoſpitalis villa extra vrbem diruta, ad S. *Margarethae* coenobium
nslata eſt. S. *Leonardi* turris deſtruitur. Ad Schmalkaldicum conuentum *Ioach. Lan-*
ımantel, et *Marcus Miller* mittuntur. Iudaeis domos locare fuit prohibitum. *Ferdi-*
ndus Rex et principes conuentum Hagenoae habuere. Colloquium Wormatiae inter catho-
os et proteſtantes fuit celebratum. Ad vtrumque Auguſtani legatos miſerunt. Con-
:utio de excubiis nocturnis a ciuibus agendis fuit facta. Vehemens aeſtus haud exi-
a attulit damna. *Ackemanni* vxor fibrum enixa eſt.

Anno 1541. Ad comitia Ratisbonenſia Auguſtenſes ſuos mittunt legatos, qui etiam
ılta in Abbatem San-Vlricanum et *Gaboldum* monaſterii poſſeſſorem transegerunt.
ıtinuerunt priuilegium contra noua telonia, illud quoque de non appellando. Fran-
canorum coenobium in publicum Gerontocomeion mutatur. *Hunoldi* legatum, pro
ncionatore deſtinatum pro quatuor ſtudioſis fuit impenſum. Lex contra prodigos et
ores fertur. *Ferdinando contra* Turcas ſuppetiae mittuntur. Buda ab iſtis fuit obſeſſa.

Anno 1542. Auguſta fortioribus munimentis firmatur. Eccleſia S. *Leonardi* cum
dibus contiguis Epiſcopo proteſtante deſtruitur. Comitia Spirae ob Turcarum bellum
bita fuere. Auguſtenſes auxiliares copias mittunt. Nouum propugnaculum extruitur.
ılli. Antorpium in Brabantia expugnant. Comitia Norimbergam indicta ſunt. Nouum
opugnaculum ad partem orientalem fuit aedificatum. Decretum, vt arbores extra vr-
m iuxta moenia exſcinderentur, adparet. Vrbis foſſae ampliantur.

Anno 1543. Ad comitia Norimbergam mittuntur legati. Silentiarii abrogantur.
S. *Seruatii* et *Wolfgangi* templa deſtruuntur. Scholarcharum numerus ob omnis ge-
ris examina augetur. Pro ſcholis ſtatuta conduntur. Burgauienſis marchionatus vſu-
ıpio Epiſcopo prorogatur. Lis inter Oenipontanum regimen et Auguſtenſes ob Burga-
ae fines exiſtit, Mercatores tribus ſuae ſocietatem aliis denegant. Propugnaculum et
ırta extruuntur. Quatuor ob vilioris monetae ſignaturam multantur. *Wolfius Reh-*
ıgerus municipali iuri renuntiat, et Argentinam ſe contulit.

Eodem anno defuncto *Chriſtophoro*, *Otto* de *Waldburg* Epiſcopus electus eſt, anno
144. Cardinalis creatus. Bello Schmalkaldico multa perpeſſus eſt. A Caeſare in ſua
ra et bona fuit reſtitutus. Auguſtam rediens, templa reconciliat. Diſſidia inter ipſum
Auguſtanos de reformanda religione oriuntur. Anno 1548. Hiſpani milites omnem
rorem in Euangelicos exercent. Miniſtri, eoquod religionis formulam *Interim* vocatam
n obſeruarunt, Caeſaris iuſſu proſcribuntur. Anno 1552 exploſo *Interim* religio euan-
lica fuit reſtituta. Epiſcopus praepoſituram Eluacenſem inuadit. Lutheri ſectae infen-
s academiam Dillingae ad ſtabiliendam catholicam religionem fundauit. Iudaeis pri-
legia concedit. Canonicis aere alieno adgrauatus ſuae dioeceſis adminiſtrationem ſub
ıibusdam conditionibus conceſſit. Marchionatus Burgauienſis ab ipſo redimitur. Miſ-
le imprimi curauit. Electioni *Pauli IV.* intereſt. Anno 1563. in Hiſpaniam cum Au-
riae ducibus ſe contulit. Dillingam redit. Chartas ad eccleſiarum valuas de obſeruan-
s catholicae religionis ceremoniis affigit. Reliqua, quae de Epiſcopo noſtro, abbati-
ıs, Praepoſitis etc. ſcripſit, ob frequentes oblitterationes, correctionesque recenſere haud
ıſſibile eſt.

Anno 1544. Eclipſis ſolis obſeruabatur. Statuta matrimonialia conduntur. Augu-
enſes ab *Ottone Henrico* Palatino tormenta emunt. Spiram ad comitia Legati mit-

 tuntur.

tuntur. Galli Imperatoris exercitum proſternunt. Plures Senatus mandato mercatorum albo adſcribuntur. Caeſareo reſcripto quidam ex vinculis dimiſſi ſunt. Imperatori aduerſus Gallos ſuppetiae feruntur.

Anno 1545. Senatus ſex pauperes ſtudioſos fratribus Xenodochii S. *Antonii* addidit. *Andreas Schulzius* acu pingendi arte multos Auguſtae decepit. Vallum ad rubram portam conſtruitur. Wormatiae religionis celebrabantur comitia, Lutheri ſectatoribus parum fauorabilia. Copiae Auguſtanae luſtrantur, pedites ter mille quingenti, et nonaginta ſex, atque quadringenti ſeptuaginta equites cum aliquot cataphractis recenſiti ſunt. Bibliotheca vetuſtiſſimorum librorum manu exoratorum a *Antonio Eparcho* Epiſcopo Corcyenſi emitur. In ſcholis quaedam diſpoſitiones fuerunt factae. *Henricus* Brunuicenſis dux cum filio ſuo capitur. Propugnacula quaedam Auguſtae corruerunt. Itaque ſex munimentorum curatores ſunt electi.

Anno 1546. Proteſtantes de pactis prorogandis, et recuſando Concilio Tridentino Francofurti, et eadem cauſa Palatinus Elector et Haſſiae Landgrauius conuentum habuere. Auguſtenſes de bellicis in proteſtantes apparatibus certiores eosdem fecere. Auguſtae firmiora munimenta conſtruuntur. Ratisbonae inter catholicos et proteſtantes colloquium fuit habitum. *Lutherus* Islebii naturae debitum ſoluit. Decretum emanauit, vt ſolum ii, qui ciuium liberis nuberent, ciuitate donandi eſſent. Ratisbonam pacis cauſa comitia indicta ſunt. Bellum aduerſus Lutheri ſectatores decernitur. Auguſtenſes iſtis adhaerent: ſuppetiasque mittunt. Norimbergenſes Auguſtenſibus ſtipulatas opes denegant. Canonici Dillingae commorantes excuſationem effingunt. Auguſtenſes *Schertlino* duce quaedam Epiſcopi et *Ferdinandi* regis oppida capiunt. *Schertlinus* confoederatis ſeſe adiunxit. Quaedam familiae vrbem relinquunt. *Neithardus* Comiti Beurenſi pecuniam mutuo dedit, qui ſuo exercitu Caeſari animum ad victoriam addidit. Auguſtae excubiae vndique fuerunt expoſitae. Campanae ad preces ſoluendas pulſantur. *Wilhelmus* a *Schachtena* victoriam foederatis eripuit. Imperator vbique vicit. Auguſtenſes inuaſionem, et expugnationem a Caeſareis haud ſine timore expectant. Foederati redierunt. Cenſus inſolitus a ciuibus exigitur.

Anno 1547. *Fuggerus* patriae interitum timens pacem ſuadet. Pax *Schertlino* reluctante quaeritur, et a *Fuggero*, ſed difficulter admodum, ſub his conditionibus fuit impetrata: 1. Auguſta Caeſaris arbitrio ſe tradat: 2. Omnia foedera reſcindantur: 3. Milites cum ſuis Capitaneis dimittantur, copiaeque Caeſareae ſuſcipiantur: 4. Caeſaris iudicio pareant, cameraeque ſumtus adminiſtrarent: 5. Regi *Ferdinando* et Epiſcopo ſatisfiat. His itaque conditionibus cum Imperatore Auguſtenſes fuerunt reconciliati. Multa quoque 150000 aureorum ſoluere coacti ſunt. Praeſidium Caeſareum Auguſtam occupat. Victoria a Caeſare exploſis tormentis Auguſtae fuit celebrata. Imperator triumphans cum nepote ſuo, qui muneribus fuit honoratus, vrbem intrat. Clerus redit. Saxoniae elector Auguſtam captiuus ducitur. Rex etiam huc venit. Seditio inter milites ob ſtipendia non ſoluta oritur. Eiusdem capita multantur. Auguſtae comitia celebrantur. Auguſtenſes pecuniarum mulctam regi *Ferdinando*, Bauariae duci, et Epiſcopo ſoluere coacti ſunt. Bello iſto vrbs aere alieno nimis adgrauata fuit. Rebelles quidam prope curiam vltimo ſupplicio affecti ſunt. Inſuperhabita ſeueritate, tamen proteſtantium ſecta non potuit eradicari.

Anno 1548. Conſules petunt dimiſſionem. Ingens aduenarum frequentia, praeter Imperatorem et Romanorum regem, Auguſtae erat. *Schwendius* plures ad ſupplicium

plicium rapiebat. *Mauritius* electoratum Saxoniae a Caeſare obtinuit. Auguſtenſes Imperatoris Legatis fidelitatis iuramentum praeſtant. Ant. *Brunus* vrbis praetor nominatur. Sphaeriſterium in Atrebatenſis Epiſcopi gratiam fabricatur. Tributum vino imponitur, et augetur. Concilium Bononia Tridentum reuocari Caeſar cum principibus autumabat. Vt autem, cum concilium finiretur, imperio et religioni eſſet prouiſum, Caeſar religionis formulam, *Interim* dictam, tum a catholicis tum a *Ioan. Agricola* confici et contenta in eodem obſeruari iuſſit. Auguſtenſes huic ſeſe ſubiecere. Eidem ſe oppoſuerunt *Caſpar Adlerus*, quidam Galliae epiſcopus, et ordinis Praedicatorum Generalis. Imperator Senatum, omnesque vrbis officiales conuocat, reipublicae regiminisque formam mutat, ſenatum et officiales dimittit, omnique autoritate priuat, atque nouos propria autoritate conſtituit. Tribus, ipſarumque tribunos abrogat. Noua haec regiminis forma per vrbis compita a praetore fuit promulgata. Antiqua priuilegia conſeruantur. Vulgi conuentus et contubernia prohibentur. Ciuilium munerum adminiſtratores permutantur. Templa catholicis reſtituuntur. Imperator in Belgium abit. *Oterbratus* expenſarum rationem reddere cogitur. Tribuum bona fiſco adſcribuntur. Conſtantienſes ſeſe ſubiiciunt.

Anno 1549. Praeſidiarii milites ſunt dimiſſi. Magnus Senatus, 300 ciuibus conſtans, conſcribitur. Hic ſemel in anno conuocari ſolet. Tributum cereuiſiae et vino impoſitum confirmatur. Artificiorum duces eliguntur. *Henricus Rehlingerus* duumuir a Caeſare nominatur.

Anno 1550. *Georgius Bruyus* vrbis praetor conſtituitur. Auguſtam comitia indicuntur, ad quae Imperator et rex Romanorum veniebant. Caeſar puncta deliberanda proponit. Hiſpani contra Euangelicos motus excitarunt. Nouus magiſtratus a Caeſareis commiſſariis confirmatur. Auguſtenſes cum duce Brunsuicenſi auro reconciliantur. Magdeburgenſes et Bremenſes ob *Lutheri* ſectam, cui nimium adhaerebant, armis impugnati ſunt. Foeminae petulantia multatur. *Ilſungus* Sueuiae praefecturam obtinuit. Alicuius foeminae fraudes deteguntur.

Anno 1551. Comitia diſſoluuntur. Imperator filio quosdam ducatus in feudam contulit. Liberam Auguſtenſibus omnium rerum ſubuectionem Imperator conceſſit. Idem edictum de moneta cudenda edidit. Praedicantes a Caeſareis conuocantur, et tandem proſcribuntur, ſermones habere eis interdicitur. Omnes ferme ad Heluetios confugerunt. Scholae ad interimiſticam normam, eiectis paedagogis, reformantur. Munimenta exruuntur. Imperator cum Saxone captiuo Oenipontum abiit. *Henricus Haſius* Argentinenſis Sueuiae oppidorum ſtatum mutat. Interimiſtici doctores et concionatores Auguſtae iuxta Caeſaris praeſcriptum populum inſtruunt.

Anno 1552. Auguſtenſes contra nouos motus milites conſcribunt. Contributio generalis exigitur. Princepes proteſtantes, bellum contra interimiſticos meditantes, motiua ſcripto manifeſtarunt. Iidem ad ſuas partes et Auguſtenſes vrbi iam appropinquantes trahere ſtuduerunt. Habita prius conſultatione cum vniuerſo populo, hoſti maxime fauente, ſaluis priuilegiis *Mauritio* Saxoni, foederatisque ſe dederunt. Ea de re ad Imperatorem excuſationis literas miſerunt. Magiſtratus ab Imperatore conſtitutus abrogatur, tribunitiumque regimen reuocatur. Catholicorum eccleſiae clauduntur, diuinaque officia prohibentur. Leges quaedam in ſenatu promulgantur. Vlma forti, conſtantique animo hoſtium oppugnationem infregit. Norimbergenſes cum *Alberto* Brandenburgenſi reconciliantur.

ciliantu r. Praedicantes a Caeſare proſcripti reuocantur. Erenbergenſe caſtellum a foederatis obſidetur. Caeſar Auguſtenſes ad fidelitatem hortatur, iſti reſpondent. Imperatorem inter et foederatos bellum pax Paſſauienſis componit. Paſſauienſi transactioni ſolus *Albertus* Brandenburgenſis ſe opponens, epiſcopos ad Rhenum et in Franconia debellauit. Ciuitatum imperii haud parum fuit habita ratio. Imperator magiſtratus inſtituendi ius ſibi vendicauit. *Herbrathus* reſtitutionem tribunitii regiminis fruſtra poſtulat. Auguſtenſes literas ad Imperatorem dedere, promittentes, ſe prioribus promiſſis ſtare velle. Iidem legatos ad illum pro oranda venia mittunt, eiusque gratiam impetrarunt. Caeſarem Auguſtam inuitant orantes, vt ciues a milite liberaret. Auxiliares copiae aduerſus Turcas mittuntur. Eccleſiae iterum aperiuntur, diuinumque officium publice peragitur. Caeſar Auguſtam venit, prioremque reipublicae, et regiminis formam reſtituit, praedicantibus publicos facere ſermones concedit. Quosdam in eum rebelles proſcripſit. Omnes tribus, caeſaris iuſſu, per iuramentum ſe magiſtratu abdicant. Mercatores a ſenatu dependeant. Caeſar ad ſtabiliendas ſuas conſtitutiones praeſidiarios reliquit. *Hebrati* hortus fuit deuaſtatus. Aduerſus *Albertum* Brandenburgenſem copiae Vlmam petunt. Imperator Gallos debellaturus Metim proficiſcitur. Auguſta et aere, et pyrio puluere eidem ſucurrebat. Imperatorem Hiſpani et Itali ſequebantur. Annonae pretium augetur. Noui miniſtri Wirtenberga vocati aduenere. Auditoria pro Euangelicis extruuntur.

Anno 1553. Vrbis praefectus *Eberhardus* a *Freiberg* fuit nominatus. Sex cuilibet opificio praeficiuntur. Aduerſus pacis turbatores Sueuiae ſtatus Imperatoris iuſſu Memmingam conuocantur. Huic foederi ſe Wirtenbergenſes oppoſuerunt. Mutationes in magiſtratu fiebant. *Betuleio* defuncto, *Mathias Schenkius* Conſtantia vocatus ſcholae Annanaeae praeficitur. Noua turris et campana Auditorio San-Vlricano ſuperimponitur. Leges nuptiales renouantur. Epiſcopus Hohenſchwangauiam cum ſuis fruſtra impugnauit.

Anno 1554 Praeſens annus Auguſtanis non fauebat. Studioſi ex S. *Antonii* xenodochio ad S. *Martini* ſcholam ſunt translati. In magiſtratu nulla facta fuit mutatio. *Sebaſtianus Scitzius* ex errore occiſus fuit. *Ferdinandus* rex Auguſtam venit.

Anno 1555. Auguſtae in comitiis transactio Paſſauienſis fuit ratificata. Quidam catholicorum, praecipue Papa ratificationis decreto ſe oppoſuerunt. Cardinalis *Moronus* Germaniam ad eccleſiae catholicae gremium reducere fruſtra conatus eſt. Ludimagiſtris a Scholarchis pro pueris et puellis honeſtiores ludi praeſcribuntur. Imperator quamdam regiminis mutationem admittit. Tres conſules et vnus cenſuum magiſter e plebe eliguntur. Agenda, ingruentibus diuerſis haereſibus, conſcripta, typis euulgata eſt.

Anno 1556. Cometa adparet. Milites Auguſtae conſcribuntur, qui caſtra in roſarum inſula habuerunt; aſt dum belli rumor decreſcebat. quidam fuerunt dimiſſi. Landsbergae foedus inter quosdam Epiſcopos et Bauariae ducem icitur, ad quod et Auguſtenſes et Norimbergenſes acceſſerunt. Fit magiſtratus electio. S. *Ioannis* eccleſia prope S. *Georgii* deſtructa, et noua reclamante S. *Georgii* Praepoſito, conſtructa eſt. *Hier. Wolfius* Scholae Annanaeae rector euocatur. Simon *Scheibenhardus* S. *Mauritii* Canonicus fidei elenchum non ſine Euangelicorum miniſtrorum diffamatione edidit. Granarium aedificatur. *Ioannes Fuggerus* Romanorum regi contra Turcas militauit.

Anno 1557. Ratisbonae comitia celebrata fuere. Patritiorum domus reficitur. Theologorum conuentus Francofurti inſtituitur. Vinaria cella extruitur. Aquae tubili augentur. Duo monſtra Auguſtae exhibentur, vir et foemina.

Anno

Anno 1558. Euangelia dominicalia in Schola Annanaea graece et latine explicantur. mitia Francofurti celebrantur. *Carolus* ſe imperio abdicauit. Rex *Ferdinandus* Imrator proclamatur. Libri a Minoritis obtenti ad monaſterium ord. Praedic. transfertur. Magiſtratus noua fit electio. Salientes aquae ciuibus diſtribuuntur. Lis ob ſtiadiorum ab *Imhofio* fundatorum diſtributionem inter vtriusque religionis partes exori-. Caeſar Auguſtam veniens omni ſolemnitate excipitur.

Anoo 1559. Caeſar ſolitis muneribus honoratur, homagiumque fuit praeſtitum. *Cai* Imperatoris exequiae omni, qua potuit, ſolemnitate fuerunt celebratae. Comitia bentur. Priuilegia confirmantur. Hiſpani Lutheranis infenſi tumultum excitant. Detum de pauperibus ciuitatem adeuntibus emanat. Nouus mos apud nuptias introduur. Caeſaris iuſſu, horae quadrantes campanarum ſonitu ſignificatae ſunt. Comitia. Auguſti abſoluta ſunt. Electionis dies ob comitia fuit dilata. Catechiſmum in eccle- Lutheranorum ſingulis mercurii diebus exponi fuit ſancitum. Incendio San-Vlricana mus ruſtica fuit conſumta. Homicidia perpetrantur.

Anno 1560. Mercatores pecuniam Gallorum regibus mutuo datam fruſtra petierunt. natus panes coqui curauit Ancilla Iudaeis puerum vendidit. *Antonius Fuggerus* ducte morbo pro recuperanda ſalute et etiam poſt ſuam mortem largas eleemoſinas dibui iuſſit. Pauperibus ſcholaribus Annanaeis, Marianis, Moritianis, Vlricanis, diebus neris et ſolis cantando ſtipem quaerere permiſſum eſt. *Schertlinus Seilerum* medicum nis inuadit. Coelum ardere videtur. Noua moneta cuditur. Fabrorum officinae ad bis moenia conſtruuntur. Saliens aqua ciuibus venditur. Latrocinia perpetrantur.

Anno 1561. *Ioan.* a *Rechberga* vrbis praefecturam obtinet. Latrones puniuntur. x foeminae principes ſolatii gratia Auguſtam veniunt. Vehemens turbo 20. Octobris rebat. Auguſtani a Bauariae duce lici fluenta ac ripam citeriorem comparant, munentis firmant, Bauariaeque inſignia prope telonium diruunt. S. *Othmari* ſacellum ficitur et ampliatur. Libellus famoſus contra vtriusque iuris et medicinae doctores paruit.

Anno 1562. Foedus Landsbergenſe prorogatur. *Ioann. Adamus Tochtermann* ob Hoitalis defraudationem praeter pecuniariam mulctam ad perpetuos carceres damnatur. bliotheca publica aedificatur. Homicidia perpetrantur. *Vlrici Fuggeri* bona ſub puica haſta vendita ſunt. Ingens pauperum copia ali debuit. Multis eorum labore victum natus comparauit. Anabaptiſtae tum ſectam abiurant, tum vrbem relinquunt. Electio agiſtratus peragitur. Plures mercatorum aere alieno grauati ſoluendo erant impares. ntani ad rubram portam conſtructi ſunt. Sagae poenae formidine a ſua conſuetudine ceſſerunt. Zetha et ſecretus tranſitus extruitur. Romanorum-rex *Maximilianus* cum a familia Auguſtam venit, omni honore excipitur, muneribusque donatur. A Canocis etiam vino et piſcibus fuit honoratus. Eius filii munera a ſenatu accipiunt. Rena per vrbem traha vehitur.

Anno 1563. *Maximilianus* Viennam redit. Lex de matrimonio emanat. Nouum emeterium conſtruitur. Senatus ob graſſantem peſtem ordinationes diuerſas conſt. *Roſtmanna* a diabolo obſeſſa creditur. *Ioan. Iac. Fuggerus* ab aere alieno ſe liberat. eges contra adulterinam monetam conduntur. *Conradus Foelinus* Conſul ciuitatis iuri enuntiat. Patritiorum domus reficitur. Peſtis tempore dimidia Senatorum pars negotia urat. *Gaſſarus* medicus eodem tempore a ſenatu conducitur. Eidem pharmacopaeus et

 chy-

chyrurgus additi ſunt. Noſocomii cura eidem committitur. Herbipolis nundinarum tempore fuit expoliata. Senatus myropolia mundari curauit. Quidam morte multantur. Vlmae Sueuorum conuentus aduerſus publicae pacis turbatores habetur. Aper per canalem in vrbem venit, et occiditur. Fabrorum officinae ad vrbis maenia conſtruuntur.

Anno 1564. *Grumbachus* cum ſuis complicibus proſcribitur. Decretum de carnis abſtinentia quadrageſimae tempore, et diebus veneris ac ſaturni editur. Lites de finibus Auguſtanis et Burgouienſibus componuntur. Carnis pretium augetur. Falſi monetarii multantur. Falſus rumor de quodam venefico ſpargitur. Decretum de obaeratis conditur. *Ferdinandus* Imperator obiit, eique mox filius eius *Maximilianus* ſucceſſit. Electio ſenatus fuit 3. Auguſti celebrata. Magna niuis copia terram noſtram texit, intollerabileque frigus attulit. Auguſtae 5543. homines fuerunt mortui, 1872 vero baptiſmatis fonte abluti.

Anno 1565. Vilior moneta prohibetur. Immane frigus rigebat. *Georgius Baumgartnerus* aere alieno nimis adgrauatus, ad creditorum inſtantiam captiuus detinetur. *Chriſtophorus* Wirtenbergae dux a mercatoribus Auguſtanis retenta reddidit. Transactio de tutelari iure coenobio Zwifaltenſi inter Auſtriae et Wirtenbergae duces fuit facta. Scrutarium forum in Vlricana area mutatur. Magiſtratus electio 6. Auguſti fuit peracta. Melita ab obſidione liberatur. In S. *Annae* templo prima funebris oratio fuit dicta. Schola Annanaea ſex claſſibus conſtabat. Caro pretio emitur annona. Neoburgenſis et Bauariae duces vectigalia augebant. *Hier. Welſerus* aes alienum contraxit.

Anno 1566. Imperator *Maximilianus II.* Auguſtam ſe contulit, omni ſolemnitate exceptus, muneribusque ſolitis cum Imperatrice honoratus fuit. Sex fures Caeſaris iuſſu ad remos ſunt condemnati. Comitia, quae ludi equeſtres antecedebant, Auguſtae celebrantur. In iſtis quatuor electores inueſtiti fuere, *Georgius Hundus* Teutonicorum militum magiſter Boruſſiam in beneficium accepit. Equeſtres ludi a principibus fuerunt celebrati. Auguſtenſes obſequii iuramentum Caeſari praeſtiterunt. Academia Argentoratenſis fundatur. Adparitor qui Iudaeum fuga lapſum gladio confodit, vix capitis periculum euaſit. Imperator cum ſuis Viennam redit. Eidem pro bello contra Turcas auxilia tribuuntur. Tempeſtas haud exigua intulit damna. Singulis hebdomadis pro felici belli exitu proceſſiones non ſine lutheranorum indignatione inſtitutae ſunt. Electionis dies quinta Auguſti fuit. In Euangelicorum templis aduerſus Turcas exhortationes coeperunt. Expeditio aduerſus Turcas parum proſpere ſucceſſit. Epiſcopus a ſuis tributum poſtulauit. Senatus ciuibus illud tribuere prohibuit. *Alphonſus* ferrariae dux a bello redux Auguſtam permeat. *) *Carolus Welſerus* Burgouienſis Marchionatus praefectura ab Auſtriae duce *Ferdinando* fuit decoratus. *Franzius Welſerus* Baronis titulo fuit honoratus. Motus religionis ergo Antorfii in Brabantia oriuntur. Iſtis tandem vehemens belli flamma fuit excitata. Magna pauperum copia Auguſtae reperitur.

Anno 1567. Ad Sueuiae conuentum Vlmam *Hier. Imhof*, *Ad. Remus*, et *Georg. Tradel* fuerunt miſſi. Legati ad *Ferdinandum* Auſtriae Archiducem, Oenipontum ablegati ſunt. Contra textores decretum emanauit. Deputati ad conuentum Noerdlingenſem mittuntur. Funebris oratio a M. *Georg. Mekordo* ad d. *Vlricum* fuit habita. Annonae caritas inualuit. Senatus panes coqui curauit, et viliori pretio vendidit. Ratisbonae

*) Quae hucusque fuerunt recenſita, ipſius Autoris manu ſunt ſcripta; quae vero adhuc ſequuntur, aliena deſcripſit.

bonae indicta ſunt comitia, ad quae etiam vrbis legati ſe contulerunt. Caeſaris mandatum contra *Grumbachium* eiusque complices curiae valuis fuit adfixum. *Ambroſ. Hagkus* ſpoliationes factas ſuſpendio luit. Caeſar, ne Hiſpanae copiae in ſuo itinere retardarentur, imperauit. *Ferdinandus* Auſtriae Archidux ob liberiores ciuium venationes literis ad ſenatum datis conqueſtus eſt. Dux Palatinus liberum frumenti tranſitum Auguſtanis denegat. *Albertus* Bauariae dux oppiparo conuiuio, ad quod argentea vtenſilia fuerunt comparata, eſt honoratus. Transactio inter Bauariae et Wirtenbergiae duces ob haereditatem fuit tentata. Praedicatoriae domui ad d. *Vlricum* horologium fuit impoſitum. Campanarum pulſus contra Turcas finitur. Sacerdos Mauritianus inter graſſatores fuit repertus. Grando ingens et tectis et feneſtris damnum intulit. Moneta deterior fuit edicto prohibita. Lex contra ſpermologos eſt condita. Ludus arcubaliſtarius in Bauariae ducis honorem fuit inſtitutus. Senatus ab ipſo Fridbergae coena efficiebatur. Artificibus immunitates amiſſae reſtituuntur. *Ioan. Achilles Ilſungus* et Timoth. *Iungius* Imperatori a conſiliis fuerunt, pluribusque legationibus functi. Sartor texorem interfecit.

Anno 1568. IV. die Ianuarii agricolae aratro proſcindebant terram. Senatus ad Bauariae ducis nuptias inuitatus, legatos cum muneribus miſit. Treuiris principum conuentus fuit celebratus. Epiſcopus Auguſtam venit, a ſenatu principum munere honoratus. Ieſuitarum exorciſmus multis, cauillabundisque verbis in catholicae religionis odium deſcribitur. Pro Auguſtanae Confeſſionis ſtudioſis pia legata fuerunt facta. Legati ad Imperatorem ob Fuggerorum diffidia mittuntur. Noua ergaſtula pro diſcola iuuentute et prodigis ciuibus conſtruuntur. Tertia Auguſti electio magiſtratus fuit habita. Dilapidatoribus, et decoctoribus rerum edicto omnis eleemoſinae ſpes adimitur. Ludi ſclopetarii ab *Hier. Fuggero* fuerunt inſtituti. Venandi ius contra Epiſcopum vindicatur. Ligna caro comparantur pretio. Famoſi libelli Autor indagatur.

Anno 1569. Partus deformis editur. Bauari et Auguſtenſes epula inſtituerunt. Bauariae dux et Lotharingiae duciſſa Auguſtanos Friedbergae lauto conuiuio exceperunt. Oenopolae ob defraudationes puniuntur. Ad conuentum Vlmenſem legati mittuntur. *Catharina Gutlebia* a diabolo obſeſſa creditur, exorciſmoque liberatur. Foedus Landsbergenſe renouatur. Formula concordiae ab *Andrea Schmidlino* fuit compoſita, ſed a prudentioribus repudiata. *Ferdinandus* Auſtriae Archidux marchionatum Burgouienſem viſitat. Iudaeis in vrbis perniciem Pferſae domicilium concedit. Via regia ampliatur. Granarium extruitur. Oenopolis, ne clericis vltra duas vini menſuras *credito* darent, mandatum eſt. Incendio tres domus conſumtae ſunt. Vidua *Georgii Fuggeri* ex Italicis ſacris peregrinationibus cum ſuis rediit. Baliſtarii ludi inſtituuntur. *Iac. Halderus* ob matrimonium cum conſanguinea initum exilio multatur. Annonae pretium creſcit, ideo ob pauperum multitudinem ſenatus panes coqui curauit. Ad conueutum Monacenſem legati mittuntur. Alii in cauſa *Iac. Fuggeri* ad Imperatorem ablegantur. *Fuggerus* ad auertendum Caeſaris reſcriptum transactionem cum aduerſariis fecit.

Anno 1570. *Antonius Preuſſus* vrbis praetor conſtituitur. Gerſthofenſes a iuramento ſibi praeſtando a capitulo cathedrali inhibiti ſunt. Puella Oettingae a diabolo liberatur. *Lainzelius* Conſul quadrantem Goeggingae erexit. *Mathiam Flauium* Illiricum inter et praedicantes controuerſia oritur. Annona caro emitur pretio. Senatus eam viliori pretio diſtribuit, pauperesque largis eleemoſinis fouit. *Daniel Kellerus* medicus ſua alchymiae arte fuit illuſus. Auguſtus Saxonum Elector librum apologeticum academiarum

Lipſi-

Lipſienſis et Wirtenbergenſis, ac literas contra *Flauium* ad Auguſtenſes mittit. Ad comitia Spirenſia deputati ablegantur. Caeſari auxilia pecuniaria aduerſus Turcas tribuuntur. *Carolus* Calabriae et Lotharingiae dux Auguſtam permeat. III. Auguſti magiſtratus electio fuit peracta. Frumentorum euectionem Bauariae dux Auguſtenſibus conceſſit. Fluuiorum inundatio vias intercluſit. Sal caro venditur pretio. Atrox frigus.

Anno 1571. Annonae pretium non fuit diminutum. Famoſus libellus contra magiſtratum, et A. C. miniſtros adparuit. Deteriores monetae prohibitae ſunt. Signati argenti euectio mercatoribus fuit prohibita. Senatus a Lignizii duce in baptiſmatis ipſius filiae teſtimonium fuit adhibitus. Frumentum e longinquis oris Auguſtenſes aduehunt. *Vitus Mairus* ob peculatum capite plectitur. Omnia alimenta caro pretio venduntur. Fures diuerſimode puniuntur. Lites inter *Fuggeros* oriuntur. Peregrini pauperes, et vagabundi in vrbem non admittuntur. Lites Epiſcopum inter et ciues Ratisbonenſes componuntur. Copioſum frumentum terra progenuit; annona tamen creſcebat. Epiſcopi officiales capti. Libertatem iterum obtinent. Boiariae duciſſa *Carolo* Auſtriaco nupſit. Propugnaculum reficitur. In comitis Eslingenſibus vilioris monetae inquiſitio et confiſcatio decreta eſt. *Voglerus* Auguſtae impreſſoria machina monetas ſignare coepit. Precibus matutinis in Minoritarum eccleſia abrogatis, conciones diebus Martis, iouis et Veneris inſtitutae ſunt. Victoriam a Turcis reportatam Auguſtenſes quoque adgratulati ſunt. Cantus in Papae odium publice peractus abrogatur. Boii et Auguſtenſes mutuis conuiuiis ſe recrearunt.

Anno 1572. Terrae motus Auguſtae ſentitur. Ignota auis conſpicitur. Ad Vlmenſem, et foederatorum Landsbergenſium conuentum legati miſſi ſunt.

Vexillo emtionis frumenti tempus indicatur. Boiarii duces et Auguſtenſes inuicem conuiuio ſe honorarunt. Frumentum in turcicis quoque regionibus ab Auguſtenſibus emtum fuit. Controuerſia de Chriſti deſcenſu ad inferos ſilentio inter A. C. addictos fuit ſopita. Nebulones iuuenes ad opera ſunt damnati. Transactio inter *Schertlinum* et *Staimum* de venationis terminis fruſtra fuit tentata. *Lucas Rehlingerus* ob plura ſcelera perpetuo carcere multatur. Hofenſis nuptiae cum *Iuliana Peutingera* celebrantur. De ſtellionatu aduerſus *Ant. Nuſſhartum* ab *Egenio* actio intentata eſt. Naues ſub Belgici tumultus initia Auguſtenſibus interceptae ſunt. Annonae pretium deceſcit. Latrones ab Auguſtenſibus capti, Ingolſtadii interemti ſunt. Pariſiis reformatae religionis addicti in ipſis regalibus nuptiis regis conſenſu iugulate ſunt. Iſtam caedam difficile admodum Auguſtanorum filii effugerunt. Auguſta a ſordibus gliſcente peſte mundatur. Ad conuentum Spirenſem, Ratisbonenſem, et Landsbergenſem legati mittuntur. *Turcus* Italus medicus peſte interemtus eſt. Orphanotropium peſtis et famis tempore conditur. Stella inſolita conſpicitur. *Laſſerus* ſine damno turre decidit. *Neuthardus* ob diuerſas cauſas in cuſtodiam trahitur. Legati Gallici Auguſtam tranſeunt. *Neumairus* dilapidator ob aes alienum auffugit.

Anno 1573 Fluuii omnia inundant. Comitatus Meringenſis *Fuggeris* oppignoratur. Vallum ad rubram portam reficitur. Principes a thermis reduces Goeppingae apud Fuggeros diuertunt. A circulis Sueuico, Franconico et Boiario carnis eſus fuit prohibitus; Auguſtenſis moneta ab iisdem probatiſſima fuit inuenta. Annona ingraueſcit. Auguſtenſes ſub *Albano* ſtipendia merentur. Salis ac frumenti transportationem Bauariae dux concedit. Ruſticus a diabolo fuit abreptus *Conradus Rhodius* Saccarum coquere Auguſtae coepit. Lites cum Bauaro duce de commeatu componuntur.

Anno

Anno 1573. *Ottoni* Cardinali et Epiſcopo ſucceſſit *Ioan. Eglophus* de *Knoeringen*. Sub hoc Auguſtam *Bartholomaeus* de *Portia* Papae Legatus venit, de Ieſuitarum introductione deliberaturus. Epiſcopus ſecundo electionis anno nunquam conſecratus obiit.

Anno 1574. Bauariae dux et Auguſtenſes ad conuiuandum conuenere. Marchio de *Boe* Auguſtam permeauit. *Legatus* Papae muneribus honoratur. *Hannibal* ab *alta Emſa* cum aliis e Gallia fuit fugatus. Caeſar omnes imperii circulos ad bellum accinctos eſſe iuſſit. *Manlichius* aere alieno adgrauatus fuga ſibi conſulit. Fures multantur. *Ioan. Fortenbachius* Norimbergenſis e cuſtodia dimittitur. Bouina caro 8. nummis venditur. Magiſtratus electio 3. Auguſti fuit habita. Litzelburgi, eiecto paſtore Lutherano, parochus Catholicus inſtituitur. Fulgura et Grando multa intulerunt damna. Annona ingraueſcit. Bollides conſpiciuntur. Auguſtenſes Neoburgenſi duci nuptialia mittunt munera. Obaerati plures fugerunt. Bauariae dux Auguſtae lites inter Epiſcopos Bambergenſem et Herbipolenſem compoſuit. Plures ob furta et ſcortationes puniti ſunt. Deteriores aurei proſcribuntur. Iudaei Oberhuſa expulſi ſunt.

Anno 1575. Ceruus inter portam Geggingenſem et rubram hominem interfecit. Quidam ex Fuggerorum familia Iubilaei tempore Romam profecti ſunt. Ad conuentum Vlmenſem propter Gamundienſes indictum nemo fuit ablegatus. Annona ingraueſcit. Diſſidium inter Clerum et ſenatum ob decretum contra foeneratores ab Epiſcopo conditum exiſtit. Plures obaerati Auguſtae reperti ſunt. Ad conuentum Norimbergenſem legati miſſi ſunt. Meſſis tempore publica granaria aperta fuere. Tertia Auguſti magiſtratus electio fuit celebrata. Auguſtenſes a Bauaro duce Fridbergae conuiuio recreabantur. *Arcularius* e carcere dimittitur. Chaſma adparet. *Rudolphus Maximiliani filius* Romanorum rex eligitur et coronatur. *Wilhelmus* Bauariae dux Auguſtam tranſit. Peſtis graſſabatur.

Anno 1575. *Marquardus* a Berga Præpoſitus Epiſcopus fuit electus, et anno 1576. Dillingae conſecratus.

Anno 1576. Secunda Auguſti annua magiſtratus electio fuit habita.

Hoc anno Autor operi ſuo ſequentibus verbis finem impoſuit: *Chriſtus opt. max. totum magiſtratum ſemper et vbique clementiſſime gubernet, nosque ſimul omnes in pace cuſtodiat. Amen.*

Haec itaque eſt huius codicis facies, haec etiam eiusdem contenta. Codex praeſens, vt iam Cl. *Iac. Bruckerus* *) ante me obſeruauit, omnium primus, maximeque originalis Autoris eſt. Accedentibus nouis monumentis, ſaepius *Gaſſarus*, vt laborem perpoliret, manum admouit, pluribus emendatis, multis additis, et auctis, plures quoque codices, noſtro completiores, ac locupletiores propria manu conſcriptos, tum quibusdam ſuorum amicorum, tum Auguſtano ſenatui inſcripſit. Inter iſtos codex, a *Menkenio* ſuis rerum Germanicarum ſcriptoribus inſertus numerandus venit, quem noſtro in multis locupletiorem, aſt ſimul pluribus conuitiis in catholicam religionem refertum reperiebam.

Annales iſti vſque ad ſeculi decimi tertii finem parum admodum de Auguſtana hiſtoria comprehendunt: ab iſto vero vſque ad operis finem tam politici quam eccleſiaſtici

*) V. Miſcellanea hiſtoria philoſoph. literar. Critic. obſeruat. IX. p. 431.

ſtici Auguſtani ſtatus fata fuſiori ſtilo deſcribit. *Lutheri* ſectae nimium addictus, catholicae vero religioni nimium infenſus, in iſtius odium, in ſummorum Pontificum, Epiſcoporum, ſacerdotum contemtum ſingulas ferme paginas conuiciis amarulentiis, ſcommatibusque repleuit, ita vt ſenatus etiam Auguſtanus *falſitatibus* et *infamia* graue *) opus, prelo iam Francofurti ſubditum, ſupprimi, impreſſaque e medio tolli ſtuduerit. Itaque in ſacris, ac eccleſiaſticis raro admodum, ſaepius vero in politicis et ciuilibus conſuli meretur.

Qui de *Gaſſari* vita, fatis eiusque ſcriptis plura ſcire deſiderat, *Bruckeri Miſcellanea* ſupra laudata, et cl. *Veithii Bibl. Auguſt.* Alphab. VIII. p. 108. et ſeqq. adire poteſt.

In praeſenti codice reperiuntur *Wolfii* annotationes in *Gaſſari* annales vna tantum plagula octies complicata extantes, ſub titulo: *Momus lupinus Annalium Augſtburgenſium aeacidae plateani Philygronapaei Aſclepiadae*, quarum ſpecimen *Bruckerus* l. cit. p. 432. refert.

II.

Chronicon Auguſtanum. Accedit breuis rerum anno 1632. Auguſtae geſtarum enarratio, in lingua vulgari. in fol.

Praeſens chronicon vnacum additamentis 457. foliis conſtat. Vna eademque manu luculentis ac venuſtis characteribus ad finem ſeculi XVI. exaratum, et inſignibus vrbis, patritiorum, epiſcoporum, legatorum, principum etc. pulchre depictis decoratum conſpicitur. Initium ſumit a fabuloſa vrbis Auguſtae originis enarratione, et vſque ad annum Chriſti 1564. progreditur.

Tituli loco ſequentia in chronici fronte leguntur: *Anfang vnnd Beſchreibung der khüniglichen Stat Augſpurg, wie ſie herkhumen ſei, auch von etlichen handlungen ſo alda geſchechen ſeint, wie hernach geſchrieben ſtehet.* Opus ipſum ſequentibus incipit: *Als nach dem Sindtfluß vnnd des Turns zu Babylona Erbauung, vnnd auch der Sprach veränderung, da wurden ſich die Geſchlechter thaillen, und thailten ſich in drey theill der Landt etc.* Cum priores Autoris enarrationes fabellis ſint refertae, titulos ſolum noſſe ſatis erit. I. Agitur de huius vrbis origine, II. *Amazones* vrbem Vindelicam impugnant. III. De deae *Ziſae* origine. IV. Quamdiu vrbs exſtiterit. V. Sueui Romam impugnant. VI. Romani Vindelicam adgrediuntur. VII. Auguſtus Caeſar eamdem adoritur. VIII. *Tiberius* eam iterum nouis viribus impugnat. IX. De Auguſtae origine. X. S. *Lucius* Angliae Rex Auguſtam venit. XI. S. *Narciſſus* Gerundae Epiſcopus S. *Afram* cum tota familia ad fidem chriſtianam perduxit. XII. Chriſtiani Auguſtae martyrium ſubeunt. XIII. S. *Dionyſius* primus Epiſcopus Auguſtanus.

Ab anno 344. vſque ad annum 618. hiſtoria interrupta reperitur; ab iſto vero Epiſcoporum ſeriem paucis texere pergit autor. Iſti ſequenti ordine ſibi inuicem ſuccedunt: *Berwolfus* anno 639. *Tegebertus* 647. *Magno* 665. *Wicho* 686. *Bricho* Comes Brigantinus 706. *Zeyſo* 728. Marcmannus 750. Wicterpus 782.

Sub

*) In literis ad Senatum Francofordienſem et fiſci Caeſarei miniſtrum datis.

Sub iſto S. *Bonifacius* in Germaniam venit, concilium celebrauit, in Boiaria quatuor epiſcopatus erexit. *Wicterpus* monaſterinm Fuitenbacenſe, campidunenſe, et Benedictoburanum conſecrauit. *Toſſo* electus anno 799. S. *Simpertus* 813.

Sub iſto Epiſcopatus Auguſtanus a *Carolo* Magno cum quodam Boiariae diſtrictu fuit auctus. *Hanto* electus 829. *Nidegarius* 838. *Vdalmannus* 845. *Wigerius* 853. *Lanto* 865. *Adalbero* 870. *Hildinus* 903. Enarrantur quaedam miracula ſub iſto facta, ac bellum contra Hungaros. S. *Vdalrico* anno 953. ſucceſſit *Henricus*. Hoc tempore Auguſtenſes a Comite Palatino *Arnoldo* vrbe expulſi ſunt. Iſtum ſequebantur anno 955. *Vdalgerus*, 982. *Eutichus*. Sub iſto eccleſia Cathedralis aedificata eſt *Ludaltus electus eſt* 991. Sub iſto S. *Vdalricus* primus cum ſolemnitate a Papa Sanctorum numero adſcitus eſt. Anno 996. electus erat *Baltherus*, cui an. 1006. ſucceſſit *Gebhardus*. Eo tempore *Othonis III.* Imperatoris inteſtina Auguſtae in eccleſia cathedrali ſepulta fuere. Anno 1012. in canonicorum S. *Afrae* locum ſubſtituti ſunt Benedictini. *Bruno* electus dicitur, ſed falſe anno 1019. Iſte S. *Mauritii* eccleſiam Henrici Caeſaris iuſſu, ſed non ita ſplendide, vt hic voluit, aedificauit. *Eberhardus* electus 1029. Hic Epiſcopus Lici pontem, et quidquid inter idem flumen et molarem fluuium vſque ad pagum Haunſtettenſem ſitum erat, S. *Vdalrico* obtulit. Iſti ſucceſſit anno 1033. *Henricus II.* Iſte cathedralis eccleſiae portam fieri curauit. S. *Afrae* corpus fuit repertum. Eleemoſinam ad S. *Afrae* eccleſiae extructionem oblatam Epiſcopus abſtulit, et a Papa ad eius reſtitutionem cohortatus eſt. Caeſaris indignationem incurrit.

Embrico anno 1041. Epiſcopali mitra decoratus eſt. Qui S. *Stephani*, S. *Martini*, et S. *Georgii* eccleſias extruxit; S. *Mariae* vero et S. *Afrae* conſecrauit. Fuit Imperatrici *Agneti* non ſine principum offenſione ab intimis conſiliis. *Henricus* Caeſar eligitur. S. *Petri* eccleſia collegiata fundatur. Imperator Auguſtam venit, et comitia celebrauit. *Embriconi* ſubrogatus eſt *Sigisfridus*. Huic a *Gregorio VII.* quidam *Wigoldus* oppoſitus dicitur.

Agit idem de differentiis inter Epiſcopum, Canonicos et Auguſtanum Senatum ab anno 1078. vſque 1546. Anno 1084. Imperator Auguſtam oppugnauit.

Hartwicus electus 1091. rexit epiſcopatum 33. annis. *Eginoni* San-Vlricano Abbati erat infenſus, qua ex cauſa fuit excommunicatus. Abbas Roma redux Piſis moritur. *) Anno 1103. Auguſtae magna hominum copia morte perierit. Viri anno 1107. comam nutrierunt.

Hermannus Comes Witelsbacenſis ab Henrico V. Epiſcopatum obtinuit. Huic anno 1134. *Waltherus* Comes Tubingenſis ſucceſſit. S. *Georgii* fundationem confirmauit. Steingadenſe monaſterium fundatur. Canonici S. Crucis Hamelberga Auguſtam translati ſunt.

Anno 1154. *Conradus* Comes *Litzelſtein* Epiſcopus electus eſt; elapſis duodecim annis abdicato epiſcopatu monachum ad S. *Vdalricum* profeſſus eſt. Iſti ſucceſſit anno 1176. *Vdalſcalcus*. Monaſterium San-Vlricanum 1193. flamma conſumtum eſt. Miraculoſum ſacramentum 1199. ad S. Crucis eccleſiam translatum fuit. *Hartwicus II.* S. Vdalrici monachus anno 1199. Epiſcopus eligitur. Auguſtae *Philippus* Caeſar comitia celebrauit.

Anno 1203. *Sigisfridus* de Rechberg Epiſcopus fuit electus. 1210. Auguſtae comitia fuerunt habita. *Sigisfrido* ſucceſſit anno 1216. *Sibotho*, qui abdicato epiſcopatu,

F 2 mona-

*) Haec falſe de hoc Epiſcopo narrantur; cum ſub *Hermanno* facta fuiſſe, domeſtici autores enarrant.

monachus Kayſheimenſis factus fuit. *Hermannus II.* Comes Dillingenſis Epiſcopus an. 1239. eligitur. Suas poſſeſſiones eccleſiae ſuae donauit. 1276. iura Epiſcopi et vrbis Auguſtanae fuerunt confirmata. Imperator cum quibusdam principibus Auguſtam venit.

Anno 1286. *Sigisfridus IV.* Epiſcopus nominatus eſt. Huic anno 1288. *Wolfardus* de *Rott* ſucceſſit. Cum iſto Auguſtani transactionem fecerunt. Anno 1290. curia Auguſtana combuſta eſt. Iudaei balneum et ſaltatoriam domum impetrarunt. Conceſſionis literae in adpendiu N. I. reperiuntur. Epiſcopum inter et Senatum ob praedia dotalia et vectigal pactum fuit initum. Inſtrumentum in adpendice N. II. legi poterit.

Degenhardo de *Hellenſtein* Epiſcopatus cura anno 1301. demandata eſt. Foſſis et muris vrbs munita eſt. Anno 1307. *Fridericus Spet* Epiſcopus adoptatus eſt. Fultenbacenſe monaſterium fouebat. Auguſtenſes *Ludouico* Caeſari ſuppetias ferunt. Chorus in eccleſia cathedrali reficitur. *Portnerus* aere alieno fuit grauatus. 1328. San-Vlricanum monaſterium flamma deuoratum eſt. 1329. *Vdalricus II.* de *Randeck* Epiſcopus eligigitur, et 1335. Romae confirmatus. Iſti ſucceſſit *Henricus* de *Randeck.* Quia *Ludouico* Caeſari adhaerebat, a Papa Epiſcopatu priuatus fuit. Monaſterium S. *Margarethae* cum pluribus domibus igne fuit deuaſtatum. Tiguri tribunitium regimen anno 1335. fuit introductum, et a Caeſare Auguſtae confirmatum. Claſſica campana an. 1340. fuit fuſa. Caſtrum Mittelburgenſe ab Auguſtanis fuit deſtructum. Iudaei combuſti ſunt. Anno 1350. *Marquardus* de *Randeck* Epiſcopus eligitur. Locum Tenens Caeſaris in Italia, Patriarcha Aquileienſis nominatus eſt. Villenbacum ab Auguſtanis oppugnatur. *Vlricus Ilſung* miſſas fundauit. Cathedralis eccleſiae chorus extruitur. Anno 1360. Auguſtenſes Zwingenburgum cum aliis occupant. Anno 1362. Epiſcopus electus eſt *Waltherus* de *Hohenſchlitz*, Mindelhemii interfectus. *Suburbia* anno 1364. Auguſtae deſtruuntur. Salinaria transfertur.

Anno 1368. Tribunitium regimen Auguſtae introducitur. Autor tribuum transactionem publico inſtrumento conceptam inſeruit, et in adpendice N. III. ame relatum reperitur.

Anno 1370. *Ioan. Schadlang* Ord. S. Dom. Epiſcopus nominatus eſt. Belli flamma inter Bauaros et Auguſtenſes orta vtrinque non parua pariebat damna. *Hagenoer* capite multatur. Iudaeis iuramenti forma — in adpendice N. IV. relata — praeſcibitur. Anno 1374. Legatus S. P. Auguſtam venit. Tributum vino imponitur. Regi *Wencesiao* fidelitatis iuramentum praeſtatur. Priuilegia a Caeſare confirmantur. Foſſa ante portam diſcalceatorum obducta eſt. Conſules ad Imperatorem miſſi ſunt. Wirtenbergenſem inter et imperii ciuitates transactio facta eſt. Foedus 84. ciuitates inter ſe iniere. Foederati Comitem Wirtenbergenſem aliosque debellarunt. Bellum Imperator Norimbergae compoſuit. Iudaei capti pecunia multati ſunt. Auguſtenſes Epiſcopi et Canonicorum aedificia anno 1380. deſtruxerunt. Clerus ſteuras ſoluere a Senatu cogitur. Peſtis graſſabatur. Bauaros inter et Auguſtenſes bellum anno 1380. exoritur. Anno 1381. foederati in Franconia nobiles debellarunt.

Anno 1382. *Burchardus* Epiſcopus nominatus eſt. 1384. Noerdlingenſes aliaeque ciuitates Iudaeos occidere, vel multo aere puniere. Foederati Vlmae ob Iudaeos conuentum habuerunt. Morbus contagioſus graſſabatur. Auguſtani a Caeſare anno 1388. proſcripti ſunt. Iidem cum foederatis Wirtenbergenſem comitem armis inuaſerunt. Ratisbonenſes Bauaros armis occiderunt: Bauari Auguſtenſibus infenſos ſe exhibuerunt; iſti eorum poſſeſſiones inuaſerunt. Epiſcopus Auguſtenſibus vinum et merces intercepit.

Illi

vero eius et canonicorum aedes deuaſtarunt. Noerdlingenſes Sulzbacum, Dux Heibergenſis Weiſenbacum, Bauari Auguſtanorum ditiones inuaſerunt. Anno 1389. *nceslaus* Imp. bellum inter ciuitates et nobiles compoſuit. Auguſtenſes Ingolſtadii n Bauaris pactum iniere. Textores domum ſibi compararunt. 1390. Auguſtae haeci combuſti ſunt. Laniorum taberna extruitur. Auguſtanorum merces intercipiun. Inter *Onſorgium*, et Auguſtenſes diſſidia oriuntur. 1396. dotalitium clericorum Autae abrogatur. Saltatoria domus extruitur. Ob vectigal tumultus oritur. Duo archii proſcribuntur. 1398. peſtis graſſabatur. Caeſaris palatium cum domibus igne deatum eſt.

Anno 1400. Caſtrum Biberbacenſe combuſtum eſt. Vrbs foſſis munitur. Dominii capitulum Auguſtae habuerunt. 1401. *Rupertus* Imperator cum magna hominum la Auguſtam venit. 1402. Bauari duces ducatum inter ſe diuiſerunt, et per arbii diſſidia exorta compoſita ſunt. S. *Leonardi* capella extra vrbem 1403. extructa Auguſtae moneta cuditur.

1404. *Eberhardus* Comes *Kirchbergenſis* Epiſcopus electus eſt. Ab Auguſtenſibus neribus honoratur. Horologium quamlibet horam ſignificans in curia ponitur. Plura ificia an. 1406. extruuntur. Diſſidia inter *Anſelmum Nenninger* et Auguſtanos oriun. Canonicis ſaluus conductus denegatur. Badenſi ſuppetiae mittuntur. *Burchardus Schellenberg* nuptias celebraturus Auguſtam ſe conferens Vſterbaci a Bauaris occidi. 1409. Quatuor ſacerdotes haereſis rei morte multati ſunt. 1409. ſingulare certan fuit habitum. Ciuitates mercibus priuatae ſunt. S. *Antonii* xenodochium 1410. datur. Epiſcopus cum Auguſtanis foedus fecit. 1412. Labra conficere Auguſtani perunt.

1412. *Anſelmus Nenninger* Epiſcopus eligitur, cui a Caeſare oppoſitus eſt *Fridericus Graffenegg*. Auguſtenſes, reiecto *Anſelmo*, iſtum vt ſuum Epiſcopum venerantur. *nningeri* fautores excommunicantur; et vrbem relinquunt. Caeſar cum Epiſcopo *Frico* Auguſtam venit, et fidelitatis iuramentum ſuſcepit. Bauari *Nenningerum* fouent, ı ex cauſa diſſidia inter iſtos et Auguſtenſes orta ſunt. Concilium Conſtantiae 1415. ebrabatur. 1416. Plateae lapidibus ſterni coeptae ſunt. Forum frumentarium ad S. *uritium* anno 1417. extruitur. *Nenningerus* a Papa confirmatur. Caeſar *Graffeneg-um* Auguſtanis commendat. Illius fautores an. 1418. vrbem relinquunt. Auguſtenexcommunicantur. Caeſar Auguſtam venit. Bauari liberam omnium rerum vectun foederatorum interuentu tam aqua, quam terra transactione concedunt. Augui 1419. ab excommunicatione abſoluuntur. Clerus Auguſtam reuertitur. Eccleſiae onciliantur. Legati ad Caeſarem et Papam mittuntur. Praepoſitus S. *Georgii* dute lite vicarius a Papa denominatur. Inter Canonicos lites oriebantur. *Nenningerus* idauiae eodem anno Epiſcopus conſecratur. Auguſtanos Herbipolim citat; iſti vero pam adeunt. Vrbs diuinis interdicta fuit. 1421. *Nenningerus* a Papa Epiſcopatu priuus eſt. Quidam de *Ehrenfels* Epiſcopus nominatur, Iſto renuente, *Petrus* de *Schaumg* praeficitur; et ita lites compoſitae ſunt.

Auguſtenſes 1421. aduerſus Huſſitas praeliabantur. Duciſſa Auſtriae Auguſtae ditit. Auguſtenſes Ehrenbergam inuadunt. Vrbs munitur. Diſſidia inter Epiſcopum Auguſtenſes exorta componuntur. 1426. peſtis graſſabatur. Sequebatur fertilis an. Balneum extruitur. Lanio proles ſuas veneno occidit. Plures morte multati ſunt. natus validam monetam ſignari iuſſit. Sclopetis primum Auguſtae luſum eſt. 1431.

 Augu-

Foſſis pars vrbis munita eſt. Imperator Auguſtam in ſuo Romam itinere pertranſit. Auguſtenſes 1431. aduerſus Huſſitas copias mittunt. Foederati arcem Hohenzollerenſem 1432. impugnant, et deſtruunt. Monaſterium Hornbrugg et *Goſſenbroti* domus, aliasque octo flamma deuorauit. 1434. Vinum et frumentum vili admodum pretio emuntur. Conſul Ilſung 1435. interficitur. Foemina ab homicidium viua defoditur. Ludus iaculatorius habebatur. Noui chori aedificatio coepta eſt. S. *Stephani* parochus occiditur. *Vlricus Arzt* vir potens et diues vrbem et ciuitatem deſerit. Saltatoria domus 1437. reaedificatur, pluraque alia aedificia publica extructa ſunt. Cigari Auguſtam veniunt. Ob Huſſitarum bellum tributum imponitur. Suppetiae mittuntur. Caeſar 1441. Auguſtam venit, muneribusque honoratur. Confirmat tributum. Grando haud exiguum intulit damnum. Duciſſa Auſtriae ducis Saxoniae ſponſa Auguſtam permeat, qua occaſione haſtiludia celebrabantur. 1442. Ludi iaculatorii habiti ſunt. Marchionis Brandenburgenſis filia omni honore excipitur. Quidam ob aes alienum captus e cuſtodia labitur. *Fridericus* Imperator 1444. Auguſtam venit. Panni xilini inuectio, et lanae exportatio prohibetur. *Agnes Bernauerinn* Straubingae Bauariae ducis iuſſu danubio ſubmergitur. *Georgius Onſorg* interfectus in platea reperitur. Quidam interficiuntur. Panni caro pretio emuntur. *Petrus* de *Argau* Conſul Auguſtanus bellum Heluetios inter et Tiguros componit. *Bartholomaeus Sulzer* ſuffocatione punitur. 1448. Annona ingraueſcit. Iudaei vrbe expelluntur, ob quam cauſam Auguſtani a Caeſare pecunia multati ſunt. Peſtis graſſabatur. Vrbis inſigne iuxta Epiſcopi curiam deſtructum erigitur. Patritiorum domus flamma deſtructa extruitur. 1449. Senatus decreto exteris lanionibus carnem vendere conceſſum eſt.

Anno 1450. Arcubaliſtarius ludus celebrabatur. S. *Catharinae* monaſterium arctiorem clauſuram obtinet. Praeſentibus duobus Cardinalibus proceſſio generalis ad S. *Vdalricum* inſtituitur. Epiſcopus cardinalitia dignitate decoratur. Plura iura in vrbis damnum ſibi vindicare parat. Nobilis de *Riedhaim* capite plectitur. 1452. Haſtiludia praeſente Brandenburgenſi Marchione habita ſunt. Auſtriae Dux *Fridericus* Auguſtam venit. Hiems auſtera, nimiaque glacies molarum vſum inhibuit, atque copioſa nix vias intercluſit; vnde magna rerum penuria oriebatur. Senatus pauperibus ſuccurrit. *Beſſinger* monetarius aere alieno grauatur. Bauariae duciſſa Auguſtam pertranſit. 1457. Moneta transfertur. Duciſſa Bauariae ciuitate donatur. Imperaror contra Bauaros ſuppetias a foederatis ciuitatibus aegre admodum obtinuit. Fuſiori ſtilo vtriusque partis diffidia et deuaſtationes enarrantur. Hisce turbinibus praecipue ducatus Neoburgicus trans danubium, Haidemhemium, oppida prope licum, Wertinga, Bocksbergium, Vlma etc. multa patiebantur damna. Auguſta quoque tam in hominibus, quam in bonis haud leue fecit detrimentum. Annona etiam valde creuit. Norimbergam principum conuentus ad belli flammas ponendas a Caeſare conuocatus eſt. Cum nulla pars alteri cedere voluit, induciae ad annum decretae ſunt. Pace iam pronuntiata, pugnae inter Auguſtenſes et Bauaros extitere. Bohemi Auguſtenſes armis inuadere parabant. Wertingenſes bello iam compoſito, a *Ludouico* Bauariae Duce fruges metere et colligere prohibiti ſunt.

Eodem anno Auguſtae Vlrico *Denderich* aedili ob aerarii deſraudationem domo ſua exire interdictum eſt. Nobilis de *Argau* bona caeſareo fiſco adiudicata ſunt.

Anno 1459. Grando haud leue intulit damnum. Curia fuit concamerata, turribusque decorata. *Erhardus ImBart* ob aerarium defraudatum ſuſpenditur. Bauari monetas cudunt.

lunt. *Hagenoer* et *Vittell* interfecti ſunt. *Nicolaus Cuſa* Epiſcopus Brixinenſis a Ba-
ro Duce capitur. Iſto mortuo Brixinenſes Epiſcopum a Papa nominatum agnoſcere
uerunt. Epiſcopus Auguſtanus an. 1461. indulgentias a Papa obtinuit. *Petrus Egen*
n nomen, quam inſignia familiae mutauit. Saepius diſſidiis cum Senatu implicatus,
idem renuntiauit ciuitati, et vrbem reliquit. Durantibus iisdem Viennae moritur,
iguſtae ſepultus: neque eo mortuo, compoſita fuere. 1462. Vlmenſes Auguſtanis
ercatoribus et emtionem et venditionem prohibuere. Viennenſes a Caeſare deſciſcen-
a Bohemis domati ſunt. Moguntia a *Ludouico Nigro* oppugnatur, ciues exulati
it. *Ioan. Capiſtranus* ſermones Auguſtae ad populum dixit. Sutorum tribus 1465
ſenatu excluditur. Vectigal minuitur. 1466. Ioan. de *Hay* mercatoris aere alieno gra-
ti res ſub haſta venditae ſunt. *Michael Rehm* interficitur. Vrbis praetor ob defrau-
tionem vrbem relinquit. 1467. Peſtis graſſabatur, qua vndecim hominum millia Au-
ſtae confecti ſunt. Tres nobiles Auguſtenſibus haud exiguum intulerunt damnum.
i vrbi a tabulis erat, crimina in Senatum, et quosdam nobiles in Vlmenſi conuentu
ebat. Turris aquaeductuum igne deſtructa, reaedificatur. 1467. Auguſtenſes apud
douicum Bauariae ducem, quod Neoburgum, ac Rheinam occupare, ac cumburere
creuerint, a tribus praedonibus accuſati ſunt; quam tamen calumniam ſinguli ante
rtem publice reuocarunt. Eodem anno S. *Vdalrici* eccleſia fuit deſtructa et aedifi-
ri coepit. Huius ſtructurae inſpectores monaſterii Prior et quatuor ciues denomi-
ti ſunt. Turris lente omnium admiratione concidit. Primum ſtructurae lapidem *Petrus*
iſcopus poſuit. *Fridericus* Palatinatus Rheni Comes Auguſtenſibus ſaluum conductum
negauit, ſuisque ſocietatem cum iſtis per literas, quae in adpendice N. V. relatae ſunt,
erdixit. Campana S. *Vdalrici* fuſa eſt. Auguſtenſes veneficii rei apud *Ludouicum*
icem accuſati ſunt. Iſte Auguſtenſibus in ſuis ditionibus ignem et aquam; ſuis autem
inem cum his negotiationem interdixit. 1468. Populus ad S. expeditionem contra
ircas ſermonibus a S. P. Legatis animatur, et pro felici eiusdem ſucceſſu hebdomada-
proceſſio inſtituitur. Curia reficitur. Moneta cuſa eſt. Oettingenſium moneta pro-
bita fuit. Bauari monetas ſignant. Auguſtenſibus ob decimam denegatam acceſſus
confeſſionale interdictus eſt. Auguſtenſes ſex hoſtium Ingolſtadii capiebant. *Ioannes*
iuariae dux praepoſituram Auguſtae impetrat. S. *Sebaſtiani* capella extruitur. Augu-
enſes foedus cum duce Monacenſi inierunt. Incendii reos Auguſtanos mulier Waſſen-
irgi accuſauit. Anno 1469. Leges apud nuptias obſeruandae feruntur, et mox ab
ſis Legislatoribus violantur. *Petrus* Cardinalis et Epiſcopus moritur, et Auguſtae
nni ſolemnitate ſepelitur.

Anno 1469. *Ioannes* Comes de *Werdenberg* in *Petri* locum ſufficitur. 1470. Domi-
ca poſt Pentecoſten comitantibus Bauariae ducibus, aliisque nobilibus omni pompa
uguſtam venit, omnique honore a Senatu et clero excipitur, atque muneribus hono-
r. Die Lunae in curia Epiſcopus et ſenatus inuiolabilitatem iurium, et conſuetudi-
m ſibi inuicem promiſerunt. Haſtiludia celebrantur. Feuda tribuit. Burgauienſis
archionatus eidem oppignoratur. Arcubaliſtarius, aliique ludos inſtituunt, quibus multi
incipes et nobiles aderant. Fuſius iidem deſcribuntur. Tribunus ob defraudationem
pite plectitur. Annona vili pretio emitur. 1471. S. *Wolfgangi* capella extruitur. S.
peditio contra Turcas praedicatur. Inter pelliones ob tribuni electionem diſſenſiones
ſcuntur. *Fridericus* Imperator 1473. cum filio *Maximiliano*, pluribusque imperii prin-
pibus Auguſtam venit, omni ſolemnitate excipitur, muneribusque honoratur. Feuda
diſtri-

diſtribuit, et quosdam equeſtri ordine exornauit. Aeſtas pluuia carens erat, et ita perferuida, vt plures ſyluae comburerentur. Plures nuptiae celebrantur. In Bambergenſi principatu plura oppida flamma deuorata ſunt. Auguſtae comitia celebrantur, *Fridericus* Comes Palatinus proſcribitur.

1474. Daniae rex Auguſtam venit, muneribusque honoratur. S. *Vdalrici* eccleſia turbine proſternitur, et 33. homines occiduntur. Recenſentur duumuiri Auguſtani ab anno 1324.—1565. Imperator Auguſtae ob bellum Turcicum comitia habuit. 1476. Turris prope S. Crucem reficitur. Moenia altius efferuntur. S. expeditio contra Turcas e cathedris commendatur. Dux Burgundiae Heluetios armis inuadit.

1477. *Ioan.* et *Leonardus Vittel*, maxime ex *Vlrici Schwarz* Conſulis odio, capite plectuntur. Sequitur carmen in duos *Vitellios* compoſitum, de quo vnam aut alteram ſtropham ob lectorum oculos ponam.

1.

Nhun wellen wirs aber heben an
Ein newes Liedl zu ſingen
Was zu Augſpurg geſcechen iſt
Ich hoff es ſoll mir gelingen
Virttell Burgermaiſter iſt er genant
Vor jm Kayſer iſt er gelegen
Vm ein ſach das ſag ich euch für wahr.

2.

Er kam gehn Augſpurg eingerithen
Woll in die werdte Statt
Wann er thett nach ſeinen Sytten
Woll auf das Rathauſs tretten
Auf dem Rathaus ſolt er geſchworen han
Das wolt er nit thon
Er wolts vor dem Kayſſer auſſtragen ſchon.

6.

Fürſten vnd Herrn thetten bitten
Herzog Alhrecht Hochgeboren
Dem Biſchoff war ſein Bith verzigen
Dem Abbt. von ſant Vlrich auſſerkhoren
Die von Sant Vlrich alſo frey
Vnnd annder Thumbherrn darbey
Sechshundert Frewlin wolt man nit geweren.

9

O Schwartz du biſt ein rechter Dieb
Vmb Vnſchuld wilt vnns tödten
Wir haben dir nie khain Laidt gethan
Vnnd ſtanden in groſſer Nöten
Vmb Vnſchuldt mueſſen ſterben
So hilff vnns Maria du Raine Maidl
Das vnns dein Kindt gnadt erwerbe.

Anno

Anno 1478. 18. Aprilis *Vlricus Schwarz* Conſul patibulo ſua ſcelera ſoluere debuit. um illo et alii quatuor tribuni capti, et eodem fato periere. *Schwarzii* bona mobia et immobilia deſcibuntur. Sequitur iudicialis eius confeſſio, quam carmen nimis rolixum in eundem excipit. Iſtud ita incipit:

Nhun merkhet all zue dieſer Zeit
Was diſe Redt vnſs bedeüth
Warumb vnnd wie es ſey ergangen
Vlrich Schwartz vnd Joſs Taglangen
Der Schwartz waſs ain lüſtig Man
Mit zueſlückhen khundt er umbgahn &c.

Lignum metiri coepit. *Georgius* de *Schnaitenbach* capitur et patibulo affigitur. Rem exportatio Auguſtam a Bauaris fuit prohibita. Diſſidia cum iſtis; 1480. componunır. Sutor ob ſuperſtitionem multatur *Langenmantell* Wertingam vendit. Moenia extantur. Transactio de lico cum duce *Ludouico* fuit facta. Via quaedam lapide ſtrata t. *Sebaſtianus Ilſung* in S. *Petri* eccleſia *Salue* cantari inſtituit. *Sigmundus* de *Argau* atrem ſuum occidere voluit. 1482. Peſtis graſſabatur. Moneta cuditur. 1484. Rex ungariae *Mathias* Viennam iterum occupauit. *Chriſtophorus* Bauariae dux fratrem ſuum cit. Aqua ſuburbium inundauit. Vinum vili comparatur pretio.

1486. *Fridericus* Comes de *Hohenzollern* Epiſcopus electus eſt. Vectigal a Menchinnſibus, qui Auguſtani ſubditi erant, poſtulauit, eo denegato, eos armis inuadit. Auiſtenſes iis ſuccurrunt. Ruſtici ſeditionem conflarunt. *Albertus* Bauariae dux 1487. *iderici* Imp. filiam vxorem duxit. *Maximilianus* Rex Bruggae in Flandria capitur. ırris eccleſiae cathedralis anno 1489. extruitur. *Maximilianus* Rex Auſtriae ducatum tinuit. Foederati Sueui 1491. Bauariae ducem impugnarunt. Ratisbona libertatem ıpetrat. Moniales S. *Nicolai* belli tempore in vrbem fugiunt. Norimbergae comitia choarunt. Licus per nouum Canalem 1495. in vrbem ducitur. 1496. comitia Wortiae habita ſunt. *Eberhardus* Wirtenbergiae Comes 1496. ſuas occupat ditiones; 98. vero iisdem iterum priuatur. Succeſſit et *Vlricus* comes. Eodem anno Augum conuentus principum conuocatur. Sueuorum foedus 1499. renouatur.

Anno 1500. *Matthaeus Langius* Caeſaris Conſiliarius, praepoſituram Auguſtanam, ıſtra contradicentibus Canonicis impetrauit: dein nominatus eſt Gurcenſis Epiſcopus. ıguſtae principum conuentus habitus eſt. 1501. Inter textores diſſidia excitantur. ıuiorum inundatio magnam vndique vaſtationem effecit. *Georgius Goſſenbrot* tam ıſtriae duci, quam Romanorum Regi peracceptus in caſtro Erenbergenſi ex veneno iit apud S. Magnum Füſſae ſepultus. Ad Comitiſſae Palatinae exequias Heidelbergam putati miſſi ſunt. 1503. Panni plumbo ſignantur. *Maximilianus* caſtrum Kuffſteinen occupat. Idem comitatum Kirchbergenſem Fuggeris oppignorauit. Iſti copioſam fecet mercaturam. Textor cum ſua vxore ab carnis eſum quadrageſimae tempore cuſtoe traditur.

Anno 1505. *Henricus* de *Lichtenau* Epiſcopus conſecratus eſt. *Ioan. Langenmantel* it, in eccleſia cathedrali ſepultus. Duae foeminae ob homicidium viuae fuerunt deſae et puer lapite plexus. *Matthaeus Lang* 1507. *Woellenburgum* emit, et ibidem ;upari prohibuit. Primum labrum e ſaxo conficitur. Transactio inter Epiſcopum et ıatum ob fundatas miſſas et ſepulchra fuit facta. *Maximilianus* cum Papa et Galliae Rege

Rege contra Venetos foedus iniit. Idem ſtatuam e ſaxo formatam, quae eumdem equo ſedentem repraeſentat, ad S. *Vdalricum* 1509. poni iuſſit. *Ferdinandus* Hiſpanniae Rex Auguſtae omni honore excipitur, muneribusque honoratur. Coemeterium prope eccleſiam cathedralem extruitur. Imperator Wormatiae principum conuentum ad ſuppetias aduerſus Venetos impetrandas conuocari iuſſit; principes auxilium eidem denegarunt. Ludi iaculatorii Auguſtae celebrantur. 1510. et 1511. Auguſtae comitia in Venetorum cauſa habentur, vbi principes Caeſari ſuppetias promittunt. Mulier hipocriſis rea exilio multatur. Duciſſae Bauariae Auguſtam tranſeunt. Treuiris in Italorum cauſa 1512. comitia celebrantur. Fuggerorum capella a S. *Annam* extruitur. Plures domus igne conſumtae ſunt. Arx *Kreia* a foederatis comburitur. 1514. Wirtenbergenſes aduerſus ſuum ducem ſeditionem conflant. Georgius Saxoniae dux vrbem Tham in Flandria impugnauit. 1516. Ratisbonae Iudaei expelluntur, eorum Synagoga templum in honorem B. V. *Mariae* conſecratur. In eo multa patrantur miracula.

1517. Defuncto *Henrico*, *Chriſtophorus* de *Stadion* epiſcopus electus eſt. *Ioannes Tezelius* ord. Praed. Alumnus indulgentias praedicauit. Auguſtae comitia celebrantur. Archiepiſcopus Moguntinus Cardinalitia decoratur dignitate. Marchio *Caſimirus* nuptias omni pompa habuit. Papa contra Turcas ſuppetias poſtulat. 1518. *Martinus Lutherus* in comitiis coram S. P. Legato ſuas ſententias defendit. Vrbs munitur, et granarium extruitur. *Vlricus* Wirtenbergenſis dux ſuis ditionibus a foederatis priuatur. Peſtis 1520. graſſabatur. *Carolus* Imperator Wormatiam principum conuentum conuocauit. Fuſoria domus ad bellica tormenta conflanda, extruitur. 1521. Multi homines peſte interiere. Norimbergae 1522. comitia habita ſunt. Moneta transfertur. Senatus decreto 1523. omnia ſcripta, colloquia, et cantilenae in religionis, eccleſiarum, monaſteriorum etc. odium prohibentur. *Franciſcus* de *Sickingen* Treuirenſis Electoris ditiones inuadit. *Ferdinandus* Rex Auguſtam venit. Quatuor domus igne deuaſtatae ſunt. Quidam ciuium praedicatorem expulſum 1524. repetunt. Seditio ob eumdem conflatur. 1525. *Franciſcus* Galliae Rex a Caeſareanis victus cum aliis in Hiſpaniam ducitur. Ruſtici 1525. ſeditiones excitarunt a foederatis denuo Sopitas. Mendicare prohibetur, et pauperibus hebdomadalibus eleemoſinis ſuccurritur. S. Petri turris 1526 reaedificatur. Hungariae Rex a Turcis victus occubuit, totumque regnum fuit ab ipſis occupatum. Imperii principes legatos in Hiſpaniam religionis libertatem a Caeſare petituros miſerunt. Anabaptiſtarum conuenticula ſenatus decreto prohibentur. Plures illorum capti et diuerſimode multati ſunt. 1527. Moenia corruunt. Grando 1528. haud leue fecit damnum. Vir capite plectitur, et mulier viua defoditur. Octo viri proſcribuntur. 1529. Annona creſcit. Spirae comitia celebrantur. Bellum cum Venetis componitur. Galliae Rex cum ſuis libertatem, et Caeſaris ſororem vxorem impetrauit. Marpurgi diſputatio Zwinglianos inter et Lutheranos habita fuit. Auſtria a Turcis deuaſtatur, et Vienna obſidetur. *Ehem* in eccleſia S. *Mauritii* aſcenſionis domini feſto tumultum excitauit.

Anno 1530. Auguſtae comitia in cauſa religionis celebrata fuere. Imperator omni pompa Auguſtam venit, atque exceptus eſt. Cardinalis *Cambegius* ad comitia a Papa miſſus eſt. Imperator cum catholicis principibus in feſto Corporis Chriſti proceſſionem comitatus eſt. Praedicatoribus Lutheranis ſilentium imponitur. Auguſtenſes fidelitatis iuramentum Caeſari praeſtitere; iſte eorum priuilegia confirmauit. Auguſtana confeſſio latino, et germanico idiomate ſcripta Caeſari traditur. Ciuitatibus eorum inobedientiam

iſte

:e exprobat. Haſſiae Landgrafius Auguſtam, relictis ſuis legatis, clam non ſine Caeris indignatione relinquit. Praedia quibusdam conceduntur. Haſtiludia celebrantur. aeſar reprobata Auguſtana confeſſione, catholicam religionem inuiolatam ab omnibus ruari et bona eccleſiaſtica reſtitui iuſſit. Ad finem ſeptembris Auguſtam reliquit. Ca- pretio comitiorum tempore annona emebatur. Vrbs nouis munimentis firmatur.

1531. Auguſtenſes *Ferdinando* Regi Werdeae ſuam exhibuere deuotionem. Anno- valde creſcebat. Heluetii bellum ſibi inuicem intulerunt; Tigurini victi ſunt, et *vinglius* interfectus. Burggraffius Auguſtenſis Memingae capite plexus eſt. 1532. To- Germania expeditionem contra Turcas parauit. Foederati conuentum Auguſtae ha- ierunt, Sodomitae puniti ſunt. 533. Literae in Senatum contumelioſae reperiuntur. nnona ingraueſcit. Plura aedificia extructa ſunt. Mulier grauida virum ſuum occidit, ısque carnem comedit. *Ioannes* Leidenſis Monaſterii ſe regem Iſrael fingens, multos ſuas partes traxit, et miſere cum iisdem periit, 1534. Nouum coemeterium extra bram portam extruitur. Dux Wirtenbergenſis *Vlricus* opitulante Haſſiae Landgraffio ıs occupauit ditiones. Aeſtas perferuida detrimenta haud leuia intulit. Licus et Vin- omnia inundarunt. Grando agros vndique 1535. deuaſtauit. Tres Senatores, vt ſidia per Transactionem componerent, electi ſunt. Peſte quam plurimi periere. 1536. *iilippus* Comes Palatinus in Italiam ad Caeſarem ſe contulit.

1537. Senatus Clerum, aut miſſas abrogare, et fidelitatis iuramentum praeſtare, aut be excedere iuſſit. Clerus vltimum elegit. Presbyter Bauarus hac de re Senatum in- iae inſimulauit. S. *Nicolai* monaſterium deſtruitur. Labra extruuntur. 1538. Turres iciuntur. Decreto ſub concionibus otioſas circumuagationes prohibuit. Patritiorum merus augetur. Lignum et vinum caro emuntur pretio. *Hieronymus Fugger* plura llia florenorum poſt mortem diſtribui iuſſit. Nobiles choreas agunt. *Füllingeri* nuptiae uerſis ludis celebratae ſunt. Licus et Vinda noſtram regionem, et ſuburbium inunda- ıt. S. Spiritus eccleſia extra vrbem deſtruitur. 1540. S. *Leonardi* turris deſtruitur. ſcalceatorum monaſterium in xenodochium 1541. mutatur. Omnes ludi et recreationes temporum miſerias interdicuntur. Vectigal ob Turcarum bellum omnibus imponitur. xoniae Elector Brunsuicenſem ducem, Haſſiae Landgrauium, alioſque impugnauit. ıguſtenſes ſuppetias miſerunt. 1542. Imperator haſtiludia inſtituit. Ad *Mauritii* Sa- niae ducis nuptiarum ſolemnitatem Auguſtenſes Legatos cum muneribus miſerunt.

Anno 1543. *Otho Truchſeſius* Epiſcopus conſecratus, et 1544. Cardinalis creatus eſt. ns extra Goeggingenſem portam extruitur. 1545. Ciues luſtrati ſunt. 1546. Impe- tor imperii ciuitates literis animat, vt ad pacem reſtaurandam, et hoſtes domandos auxilium ferrent. Literae memoratae in Adpendice N. VI. legi poſſunt. Proteſtan- m exercitus aduerſus Caeſareanos bellare incepit. *Schertlinius* cum Auguſtanis vrbem ſſenſem et caſtrum Ehrenbergam occupauit. Dein foederati Dillingam et Werdeam ſident. Ingolſtadii Proteſtantes a Caeſareanis Clade proſtrati ſunt. Ditiores ciues vr- n relinquunt. Hiſpani aqua ſubmerſi ſunt. 1547. Senatus legatos, reconcilliationis itiam a Caeſare petituros, Vlmam miſit, eamque certis pactionibus impetrauit. *Ioan. idericus* Saxoniae Elector, profligatis ſuis copiis captus eſt. Caeſareum praeſidium in em introducitur. Imperator cum copioſo comitatu, Epiſcopo comite, Auguſtam venit. ſuam occupauit eccleſiam, diuinumque officium fuit celebratum. Saxoniae Elector tus Auguſtam ducitur, Imperator Electoribus comitantibus ad eccleſiam cathedralem

ſe contulit, ac diuino interfuit officio. Romanorum Rex vrbem ingreditur. Milites ſeditionem mouent; eius auctores morte multantur. Qui Electori Saxoniae fuit a ſclopetis, vitae Caeſaris inſidiator accuſatus, crudeli morte punitur. Imperatoris Soror Auguſtam venit.

1548. Sibimetipſi quidam linguam abſcindere coactus eſt. Haſſiae Landgrauia Auguſtam ſe contulit. Caeſareo mandato ad omnes imperii ſtatus miſſo, ſub poena confiſcationis, proſcriptionis etc. aut belli motus, et ſeditiones excitare, aut aduerſus imperium ſiue exteris ſiue imperii membris ſeruire prohibitum fuit. Mandatum iſtud in adpendice N. VII. reperitur. *Sebaſtianus Vogelsberger* cum duobus aliis, rebellionis, et Caeſarei mandati transgreſſionis reus, Caeſaris iuſſu Weiſſenburgi captus, capite plexus, et omnium bonorum priuatione punitus eſt. Ante mortis executionem ſermonem in *Caſſarum Schwendi* dixit. Sequitur huius ſermonis *Schwendi* refutatio nimis prolixa, quae etiam prelo vulgata eſt. Imperator imperii feuda et priuilegia *Mauritio* Saxoniae Electori confirmauit. Imperator cum principibus in eccleſiam cathedralem 25. Febr. ſe contulit. Eius Soror Belgium petiit. Epiſcopus in cathedrali eccleſia in die Paraſceues ſplendidum Saluatori praeparari curauit ſepulchrum: Caeſar in Dominicanorum et Moniaiium S. *Catharinae* noua extrui iuſſit. In coena domini idem in iſta eccleſia tredecim pauperibus pedes lauit, ac munera contulit. Proceſſio poenitentiariorum fuit inſtituta. Dominica poſt paſcha Elector Colonienſis praeſentibus Caeſare et principibus in eccleſia cathedrali Epiſcopus conſecratus eſt. Sphaeriſterium corruit. Exequiae pro Poloniae rege peraguntur. In feſto corporis Criſti Imperator cum imperii principibus proceſſionem comitatus eſt. Conſtantienſis Epiſcopi exequiae peractae ſunt. Vltima die Maii comitiorum receſſus praeſentibus principibus praelectus eſt. Regimen tribunitium a Caeſare abrogatur. Motiua huius abrogationis memorantur. Nouus Senatus ab eodem conſtitutus, et Officia inter Senatores diſtributa recenſentur. Tribus ſua documenta, priuilegia, opes, cenſus, argentea vaſa etc. duumuiris et ſeptemuiris tradere debuerunt. Significatur, quae tribuum domus venditae, et quaenam illae de ſupra memoratis Senatui dederunt. Summa, ſexaginta millia florenorum ſuperauit.

Anno 1549. 24. Ian. vniuerſalis Senatus trecentis perſonis conſtans ex omni ciuium genere electus eſt. Perſonae ſingulae nominantur. Hic Senatus in electionis die menſis Auguſti initio conuocatur. Quaenam hac ſolemnitate obſeruata, recenſentur. Potus tributum ſenatus decreto prorogatum eſt. *Philippus* Imperatoris filius Auguſtam venit. In eccleſia cathedrali diuinis interfuit. Franciſcanus ſermonem in hiſpanico idiomate dixit. In Belgium 28. Maii abiit.

Anno 1550. Imperator cum filio ſuo, quem poſt ſuam mortem imperatorem eligi volebat, ad comitia Auguſtam venit. Ad iſta principes proteſtantes ſuos legatos miſerunt. Actum eſt de concilio conuocando, et de religionis diſſidiis componendis. In eccleſia A. C. ad S. *Vdalricum* Hiſpani tumultum excitant. Dominus de *Granuella* moritur, et in Burgundiam ducitur.

Philippus Caeſaris filius 1551. comite *Maximiliano* principe Hiſpaniam petit. A. C. praedicatores coram Caeſareis Commiſſariis comparent, et vrbem relinquere, et nullos ſermones in Germanico imperio dicere iuſſi ſunt.

1552. Scholae aperiuntur. Proteſtantes exercitum propius vrbi admouent, et principum quidam eam ingreſſi ſunt. Principes literis, in adpendice N. VIII. relatis, vt vros ſe dedat, poſtulant: His lectis, Senatus tribus conuocat, principumque animum mani-

aniſeſtat, vt in his rerum circumſtantiis quid agendum, declarent. Deputati ad prin-peš mittuntur, vrbsque iſtis tradita eſt. Iſti mox eamdam occuparunt. Senatus ab nperatore introductus abrogatur, nouusque conſtituitur. Tribus tribunos eligunt. Tri-ınitiumque regimen reſuſcitatur. Recenſentur e patritiatu, et tribubus electi. Catholicis ligionis exercitium interdicitur, et eccleſiae clauduntur. Ad foederatos principes le-ıti Vlmam et Norimbergam mittuntur. Caeſaris mandatum, vt ordo introductus in-lumis ſeruaretur, ante vrbis occupationem, publicatum fuit.

1552. Auguſtani Vlmam ad Caeſarem Legatos veniam et reconcilliationis gratiam tituros miſerunt; quam et obtinuerunt. *Otto Henricus* Comes Palatinus Rheni praedi-ntes A. C. introduxit. *Mauritius* Saxoniae elector Auguſtam venit. Caeſaris Legatus uguſtanis Caeſaris aduentum ſignificauit. Eccleſiae Epiſcopi iuſſu adperiuntur. Caeſar uenit. Tribunitium regimen iterum abrogatur. Tres praedicantes cum quibusdam ci-ım exulantur. Tribus, excepta textoria, omnes ad Caeſarem conuocate ſunt, iisque rogationis tribuum cauſa manifeſtata eſt. *Herbroti* hortus a militibus deuaſtatur. Cae-: vrbem relinquit. Illa foſſis et moenibus munitur. Filia *Antonii Fuggeri* Comiti de *ontfort* nupſit.

1553. Cuilibet tribui Senatus decreto duodecim praepoſiti fuere. 1554. *Sebaſtianus iz* interficitur. Romanorum Rex Auguſtam, conuentum principum conuocaturus venit. 55. Comitia, ad quae pauci principum venerunt, initium ſumſerunt. Pro Regis matre equiae peraguntur. Senatus iuxta Caeſaris decretum eligitur. Nominantur perſonae natus. Praeſidio vrbs munitur; dux eius *Sebaſt. Schertlinius* nominabatur. Ad ius ſuſtentationem Clerus opes tulit. Milites, luſtratione facta, iuramentum praeſti-:unt, et extra vrbem caſtrametati ſunt. Leges feruntur. Duae cohortes dimittun-r. 1556. *Georg Günzburger* centurio capite plectitur. Sequitur iſtius iudicalis con-ſio, et ſententia. Milites conducti dimittuntur. Recenſentur articuli, quos iſti adiu-re debuerunt. Domus praedicatoria ad S. *Georgium* deſtructa, reaedificatur. Monſtrum nſpicitur. Foemina ſine brachiis Auguſtam venit.

1558 Auguſtae comitia publicata ſunt. Pro *Carolo* Imperrtore exequiae peraguntur. *rdinandus* Imperator aduenit, omnique ſolemnitate et pompa exceptus eſt. 1559. nnera ſolita eidem delata, et fidelitatis iuramentum praeſtitum eſt. Iuramenti formula erta habetur. Priuilegia confirmantur. Caeſar aprorum venationi interfuit. Suis mis eſum in quadrageſima prohibuit. Gurcenſis Epiſcopus Caeſaris concionator auli-s. Exeqniae pro *Carolo* Imp. et Hungariae regina omni pompa celebrantur. Tertia ırtii comitia inchoarunt. Plura homicidia hoc anno perpetrata narrantur. Mo-lis e monaſterio egreſſa, redire cogitur. Horologium quadrantem ſonans Curiae im-nitur. 19. Auguſti comitia finita ſunt. Domus villici ad d. *Vdalricum* flamma con-nitur.

1560. Deputati ad Galliae Regem debitorum ſolutionem requirentes mittuntur. ıcilla puerum Iudaeis vendere voluit. *Antonius Fugger* ante mortem in egenos nu-ıroſam diſtribuit eleemoſinam. Auguſtae obiit, Babenhuſae ſepultus. *Schertlinius* do-ırem *Gedeon* aggreſſus eſt. *Antonius Rudolfus* quondam Conſul moritur. Praedica-ia domus ad S. Crucem extruitur. Serariorum habitationes prope piſcinam foſſam lificantur. Homicidia plura facta ſunt.

1561. *Dauid Manlich* ſui aggreſſorem interemit. Sciatheria in S. Petri turri confecta ıt. *Marcus Pfiſter* intimus Conſiliarius apoplexia tactus obiit. Idem fatum Conſuli

 Schel-

Schellenberger in curia vitam ademit. *Marcus Vlſtett* conſulatum recuſauit. Turbo haud exiguum intulit damnum.

Anno 1562. Hoſpitalis magiſter cuſtodiae traditns eſt. Plures morte multati ſunt; Anabaptiſtae in carcerem miſſi ſunt. *Maximilianus* II. Auguſtae ſolemni pompa exceptus, muneribusqus honoratus eſt. Rex cum ſuis ac pluribus principibus traha vehitur.

Anno 1563. Salispolitanus Archiepiſcopus Auguſtam petiit. Rex Viennam profectus eſt. Igne plures domus Groſſaitingae deuoratae ſunt. Senatus decreto egenorum matrimonia ſub proſcriptionis poena prohibentnr. Foemina doemonio obſeſſa eſt. Peſtis graſſabatur. Doctor *Scheibenhart* obſeſſam foeminam a doemone liberauit. Diuerſae choreae interdicuntur. Ad peſtem auertendam proceſſio inſtituta eſt. Tertia Auguſti ſenatus electio celebrata eſt. Plures monetae abrogantur. *Conradus Voehlin* ciuitati renuntiauit. *Vlſtett* ciuitatem iterum poſtulat et impetrat. Homines in nouo coemeterio ſepeliuntur. *Petrus Caniſius* Prioriſſae ad S. *Catharinam*, vt omnem Laicorum aditum praecluderet, colloquia, immo omnem ſocietatem cum exteris monialibus muro ſolueret, perſuadere conatus eſt. Pro peſtis auerſione campanae ſigno quotidie ad preces fundendas Chriſtiani admonentur Monetae abrogantur. Pro Bambergenſibus ſuppetiae iam paratae erant. Ciuium domus reaedificatur. Bibliotheca extruitur. Trecenti milites dimiſſi ſunt. Aper ad rubram portam in riuo repertus eſt. Recenſentur nuptiae, nati et mortui huius anni, et ab anno 1540—1560. Plures 1564 a Caeſare proſcribuntur. Ab imperii ſtatibus carnis eſus die veneris et Sabbato, ac per totam quadrageſimam interdictus eſt. *Herbrott* miſere interiit. Plures morte multati ſunt, homicidia plura perpetrata.

His itaque finem praeſens ſumit chronicon, cui mox quaedam additamenta ad idem ab ipſo Autore collecta ſubiunguntur; vt ex ipſa ſequenti inſcrptione patet: *Anzaignng etlicher alten Geſchlchter ſo ich zuuor in meiner Chronica nit gehabt:* et ſunt ſequentia.

Octauianus Auguſtam romano imperio adſociauit. Anno 576. Rex *Tiburtinus* magnum pecuniae theſaurum reperit. 952. Comes de *Graiſsbach* fratrem ſuam interfecit. 971. Annonae tempore Moguntinus Archiepiſcopus magnam hominum pauperum copiam igne aeternitati transmiſiſſe dicitur. *Kunigundis* Imperatrix ſuam innocentiam igne probauit. 1041. Prima contra Sarracenos expeditio excitatur. 1050. *Leo* papa Auguſtam venit. 1657. *Henricus* Rex ad impudicitiam tentare voluit. 1159. Norimberga ab *Henrico* V. deuaſtatur. 1165. Dux Bauariae *Wolfgangus* Comitem Palatinum Tubingenſam proſtrauit. 1180. *Henricus* Bauariae Dux ducatu priuatur. Mirabile Sacramentum 1199. Auguſtae in cuiusdam ciuis domo inuenitur et ad S. Crucis eccleſiam transfertur. Carmelitae et Templarii Auguſtam veniunt. Papa fuit a Comite de *Lüzelburg* 1308. deceptus. 1352. Auguſtenſes aere alieno grauati dotalitium vendu t. 1365. Stipendium militibus ſoluendum determinatur. 1367. Auguſtenſes Comiti Wirtenbergenſi ſuppetias contra Eberſteinium ferunt. 1368. Mercatores literas tribunitias confecerunt. Tribunitio regimine introducto, plures familiae ciuitati renuntiarunt. Recenſentur iſtae cum aliis, quae in literis Autor inuenit. Ciues iterum, mercaturam, quin tribum quamdam profiterentur, fecerunt. Quando praedicatum, *Dominus*, quidam obtinuerint? 1370. Ob defraudationem *Sighardus Schreiber* cum tota familia exulatur. 1374. *Carolus* Imp. regimen tribunitium confirmauit. Iudaei capiuntur. *Iacobus Bitterich* 1376. plures interemit. Foſſis ſuburbium

um' ab vrbe ſeparatur. Pro peſtis auerſione 1379. ſolemnis iuſtituebatur proceſſio. 1387. enodochium extruitur. 1388. Caſtrum et oppidum Mehringenſe ab Auguſtanis igne deructa ſunt. 1393. Haeretici concremati. Sequuntur eorum errores.

Fridericus dei et apoſtolice ſedis gratia electus confirmatus eccleſie conſtancienſis epiſcopus vniuerſis ſecularium et regularium eccleſiarum prelatis rectoribus plebanis vice plebanis canonicis capellanis preſbiteris et clericis per ciuitatem et dioeceſin Conſtantienſem vbilibet conſtitutis preſentibus et futuris ſalutem in domino ſempiternam deus deorum ex quo moderamine cuncta diſponens ab eterno legis eſſe voluit conditores vt ſe homines eſſe cognoſcerent et interius propulſatis inſolenciis roboraretur iuſtitia vigeret equitas et candor magis innoteſceret honeſtatis ideo enim lex traditur vt appetitus noxius ſub iuris regula limitetur per quam genus humanum vt honeſte viuat alterum non ledat ius ſuum vnicuique tribuat informetur Horum itaque conſideracione inducti diuerſas conſtituciones ſynodales bone memorie Rudolffi Hainrici Burckardi Marquardi Ottonis et aliorum predeceſſorum noſtrorum in diuerſis diſperſas codicibus quarum alique propter ſuam prolixitatem confuſionem inducere videbantur alique vero in obliuionem quodamodo tranſierunt ita quod an vim conſtitutionum obtinerent frequenter dubitabatur ad communem cleri noſtri vtilitatem in vnam compilacionem quibusdam interdum mutatis ac poenis adiectis et reſecatis ſuperfluis conpendioſius redigimus adicientes aliqua noua que a iure fundantur equitati deſeruiunt et continent honeſtatem que cum prioribus ſancte noſtra ordinaria mandamus per inuiolabiliter obſeruari Volentes vt vniuerſi nobis ſubiecti hoc tantum libello pro conſtitutionibus noſtris ſinodalibus in futuris vtantur quem quem ſub ſigillo noſtro quilibet decanus ſubditus noſter habere teneatur per ipſum ſeu alium vicem eius gerentem confratribus ſui decanatus ſingulis annis qualibet excuſatione ceſſante bis publicandum.

Tituli

*) In chronologia Conſtantienſi p. 320.

Tituli ſtatutorum ſunt ſequentes. I. *De ſumma trinitate et fide catholica ex ſtatutis Ottonis Epiſcopi Conſtancienſis.* II. De *reſcriptis.* III. De *officio decani rubrica ex proceſſu octo articulorum domini Burckardi.* IV. *Ex eodem proceſſu cum addicionibus Friderici.* V. *Ex eodem proceſſu.* VI. *Ex ſtatutis Marquardi Epiſcopi cum addicionibus Friderici.* VII. *Ex ſtatuto Ottonis Epiſcopi cum limitacione Friderici.* VIII. *De renunciatione ex ſtatutis Ottonis cum alteracione pene Friderici.* IX. *De temporibus ordinacionum ex ſtatutis Ottonis cum alteracione Friderici.* X. *De filiis preſbiterorum Fridericus.* XI. *De clericis peregrinis Marquardi cum alteracione Friderici.* XII. *De maioritate et obediencia Marquardus cum limitacione Friderici.* XIII. *Idem cum commutacione.* XIV. *De predicatoribus Fridericus.* XV. *De Iudiciis Burckardi in proceſſu octo articulorum cum limitacione penarum Friderici.* XVI. *De foro competenti Burckardi cum pene commutacione Friderici.* XVII. *De probacionibus Burckardi in proceſſu octo articulorum.* XVIII. *De patrinis Fridericus.* XIX. *De ſentencia et iudicio Marquardi cum modificacione Friderici* XX. *De vita et honeſtate Marquardus.* XXI. De eadem materia *Fridericus.* XXII. *Decretum concilii Baſileenſis.* XXIII. *De clericis non reſidentibus Burckardus in proceſſu octo articulorum.* XXIV. *De prebendis Marquardus.* XXV. *De inſtitucionibus Burckardus in proceſſu cum mutacione pene.* XXVI. *De pluritate beneficiorum.* XXVII. *De regularibus Marquardus.* XXVIII. *De cuſtodia Eukariſtie ac reuerencia ſacrorum Marquardus.* XXIX. *De ſponſalibus et matrimoniis Otto cum penarum moderacione Friderici.* XXX. *De Iudeis Marquardus.* XXXI. *De Adulteriis Marquardus.* XXXII. *De raptoribus Otto.* XXXIII. *De vſuris Marquardus.* XXXIV. *De penis ex proceſſu Hainrici Epiſcopi.* XXXV. *De cenſuris ex ſynodo Baſil.* XXXVI. *De interdicto* ex eadem. XXXVII. *De remiſſione et penitenciis ex ſtatutis Marquardi.* XXXVIII. *De peccatis manifeſtis puniendis Otto. Caſus reſeruati.* ab *Ottone.* XXXIX. *De excommunicatione ex proceſſu Burkardi.* XL. *Proceſſus ſynodalis Hainricus.*

Huius ſynodi meminit *Bucelinus* loc. cit. In *Ioſ. Harzhemii* collectione vero fruſtra requiritur.

Sexto: tractatus de *poenitentia* ita incipit: *Ecce nunc tempus acceptabile* 2. *Cor. Septimum* opuſculum, nimirum *Nic.* de *Dinkelſpiel* tractatus de paſſione domini ſic inchoat: *Quamuis deuocionis criſtiane principalis cauſa ſit omnipotens deus* &c.

XXIX.

Capitula regularia. II. Diuerſorum patrum regulae etc. in fol. Codex cartheaceus Sec. XVI.

Capitulis regularibus ſequentia tituli loco ſunt praemiſſa: *Anno incarnationis domini noſtri Iheſu xpi d ccc XVII. Imperii vero glorioſiſſimi principis Hludouici quarti. VI. ydus Iulii etc. Cum in domo aquisgrani palatii que Lateranis dicitur Abbates cum quam pluribus vna ſuis reſediſſent monachis. Hec que ſequuntur capitula communi conſilio ac pari voluntate inuiolabiliter a regularibus conſeruari decreuerunt.*

II. Regulae ſequentes continentur: *Columbani*, *Pauli*; *Stephani*, *Purcarii*, *Pynuſii*, *Coenobialis fratrum Hibernenſium*, SS. Patrum *Serapionis*, *Macarii*, *Paphnutii*, alterius *Macarii*, aliorumque triginta patrum Aegyptiorum.

III. S. *Ioan. Chryſoſtomi* contra vituperatores monaſticae vitae libri III.

In fine ſequentia rubro colore ſcripta leguntur: *Anno incarnationis dominice* 1512. *profeſto Sancti Pauli primi heremite per fratrem Sigismundum Lang conuentualem Sancti Vdalrici tunc augia maiore cauſa reformationis degentem.* (*)

XXX.

Abubecher Libri X. de diuerſis aegritudinibus. in 4to. Codex cartheaceus Sec. XV.

In fronte operis rubro colore ſcriptum legitur: *Verba Abubeti raſis filii cacharie liber incipit translatus a mag. G. cremonenſi in tolledo de arabico in latinum qui ab eo manſorius vocatus eſt eoquod regis manſorii Yſaac filii praecepto editus eſt.* Huius Antoris opera medica iam 1497. Venetiis typis fuerunt vulgata.

Iſtis alii adhuc medici tractatus ſunt ſubnexi.

XXXI.

Alani doctrinale parabolarum. II. Gaufridi Angli ars dicendi. in 4. Codex Cartheaceus Sec. XV.

Vtrumque opus pedeſtri ſcriptum eſt ſermone. Primi initium ita ſonat:

A phebo phebe lumen capit a ſapiente
Inſipiens ſenſum quo quaſi luce micat.

Saepius hoc opuſculum iam primis typographiae annis prelo ſubmiſſum eſt. Autor *Alanus* ab *Inſulis*, natione Flander, et ord. Ciſterc. Alumnus celebratur.

Secundum ab inſcriptione ad *Innocentium* Papam ſic incipit:

Papa

*) *Sigismundus Lang* Monachus San Vlricanus ad introducendam et conſeruandam regularem reformationem plures annos in monaſterio Augienſi commorabatur. Eo itaque tempore plures codices, qui antiquiſſimi ſemper ibidem extabant, tum deſcribendos Auguſtam, vti ex ſequente ad eum epiſtola patet, miſit.

20. die Nouembris 1510.

„Salutem cum ſincero mentis affectu. Dilecte confrater, ſciatis gratiſſimum tam mihi quam ceteris profeſſis in librorum relegatione preſtitiſſe obſequium: quapropter vos exoratum velim „regulas patrum a vobis reſcriptas (excepta ſolitariorum, quam plene integreque habemus) „ocius dirigere. De ceteris vero creditis nobis libris certiorem vos reddo, omni ſine dilatione, „poſtquam reſcripti fuerint, vobis remittere, tantam veſtram diligentiam maxime ſciatis de„laudatam. Valeatis feliciter, ceteros ſalutandos confratres.

F. Sigismundus Zimmermann
Prior.

Papa ſtupor mundi ſi dyoeo papa nocenti
Acephalum tribuam nomen tibi ſi caput addam
Hoſtis erit meti nomen tibi vult ſimulari
Nec nomen meto, nec vult tua maxima virtus

tor eſt *Gaufredus* de *Vino ſaluo*, natione Anglus, qui ſeculo decimo tertio floruit.

XXXII.

aeſarii Arelatenſis homiliae X. II. Sermones de S. Spiritu. III. Tractatus de Corpore Chriſti. IV. Sermo de coena Domini. V. Clementis Papae VI. Orationes in 4to. Codex carthea-ceus Sec. XV.

iuerſis characteribus huius codicis contenta ſcripta ſunt. In fine ſermonis quarti *Clementis* legitur: *per me Caſparum Wagner*. 1448.

XXXIII.

an. Capiſtrani Sermo de paſſione domini. II. Nicolai de Lyra Expoſitio paſſionis domini. III. Autoritates librorum Ariſtotelis. IV. Expoſitio paſſionis Domini. in fol. Codex Sec. XV.

variis praeſentia conſcripta ſunt. *Ioan.* Capiſtrani Sermo ita incipit: *Quo abiit dilectus tuus o pulcherrima mulierem* etc. In fine ſequens habetur notitia: *Explicit ſio venerabilis patris Iohannis de Capiſtrano fratris ordinis minorum et conſodalis ſancti rnhardini quam predicauit in Vratiſlauia anno domini M CCCC LIII.* In fronte ſeadi operis legitur: *Nycolaus de Lyra. Egreſſus Ieſus transtorrenten cedron vbi hic init ewangeliſta deſcribere chriſti paſſionem* etc. In fronte tertii: *Auctoritates librorum ariſtelis que ſunt excerpte ex libris* 112. *breuiter hic ſubſcripſiſſe inueniuntur.* Quintum ita inat: *In nomine domini. Incipit paſſio domini expoſita compendioſe. Baiulans ſibi crucem uit* etc. In fine 1436.

XXXIV.

S. Catharinae Senenſis vita. in fol. Codex Sec. XV.

raeſens codex minuſculis parum elegantibus characteribus fuit ſcriptus. Rubricae et initiales literae rubrae ſunt. In fronte operis legitur rubro colore ſcriptum: *Incipit enda ſancte ac admirabilis necnon et venerabilis virginis Katharine de ſenis ſororis de peencia beati dominici fundatoris ordinis fratrum predicatorum.* Opus in tres diuiſum eſt partes.

partes, in prima per duodecim capita tractatur de *eius progenie, et de his quae contigerunt erga ipſam, antequam in publicum exiret:* in ſecunda per vndecim capita de eius *conuerſatione cum hominibus, et qualiter oſtenſa ſunt mundo dona, quae acceperat in ſecreta clauſura:* in tertia *recitatur obitus ſacrae huius virginis et miracula poſt facta.* Primum partis primae caput ita incipit: *fuit vir vnus in ciuitate Senenſi regionis tuſcie nomine Iacobus cuius pater vocatus eſt more illius patrie volgariter benenchaſa.* Vltima operis ita ſonant: *Ex quibus vltimate colligitur hanc ſacram virginem eſſe ſanctorum kathalogo annotandam per militantem eccleſiam quod eterna bonitas meritis et precibus eius michi ceteris filiis ac filiabus ipſius dignaretur concedere Qui vna in trinitate ac trina in vnitateviuit et regnat in ſecula ſeculorum Amen.*

Et ſic eſt finis. Deo gracias.

S. *Catharinae* Senenſis praeſentem vitam conſcripſit *Raymundus* de *Vinea* Capuanus, qui Virgini a confeſſionibus fuit, pluribusque annis cum ea conuerſatus eſt. Primum typis Coloniae anno 1553. euulgata eſt. Reperitur etiam in Actis Sanctorum menſis Aprilis tomo tertio inſerta.

XXXV.

S. Catharinae Senenſis vita in lingua theodiſca. in 4to. Codex Sec. XV.

Praeſens hiſtoria iuxta numero praecedente recenſitam germanice reddita eſt. Scripta eſt charactere luculento. Initiales literae et capitulorum tituli rubro exarati ſunt colore. In operis fronte legitur: *Das puch hayſſet ain gaiſtlicher roſen garten vnd iſt von der hayligen Iunckfrawen Sancta Katterina de ſenis Die geweſen iſt ain himliſcher menſch vnd ain irdiſcher engel, vnd das buch hat gemacht vnd geſchriben der wirdig General prediger Ordens Maiſter Regimund der da tod iſt vnd begraben ligt ze nürnberg in der prediger Cloſter.* Vita ita incipit: *Es was ain man in der ſtatt Senenſy in dem land toſſis Der hieſſ Iacobus.*

XXXVI.

S. Ioan. Chryſoſtomi Tractatus, quod nemo poſſit laedi ab alio, niſi a ſemetipſo. II. Deuotio animae chriſtianae. III. M. Henrici Ord. Min. in Pforzheim dicta contra concubinarios. IV. Sermo de dignitate ſacerdotii. V. Alberti M. tractatus de veris virtutibus. VI. Libri de imitatione Chriſti. VII. Aliquot Canones in 4to. Codex Sec. XV.

Vix non eodem charactere huius codicis contenta ſunt ſcripta. Tractatus S. *Chryſoſtomi* ita incipit: *Scio quod craſſioribus quibusque et preſentis vite illecebris inhiantibus* etc. Secundi opuſculi initium: *Omnipotens deus et miſericors pater et bone domine* etc.

In

In fronte tertii legitur: *Dicta M. Hainrici de minorum in Pforzheym publice predicata contra ſacerdotes concubinarios. Alberti* M. tractatus ſic inchoat: *Sunt quaedam vicia que frequenter ſpeciem virtutum pretendunt.* In fine librorum de imitatione Chriſti habetur anni indicium: 1446. Canones in fine poſiti ſacerdotium reſpiciunt.

XXXVII.

S. Pauli Eremitae vita. II. Ioan. Gerſonis quaedam opuſcula. III. S. Hieronymi Epiſtolae II. IV. Tractatus iuridicus. V. S. Baſilii epiſtola ad Gregorium Naz. de vita ſolitaria in 4to. Codex Sec. XV.

In fronte primi opuſculi legitur: *Vitae beati Pauli incipit prologus. Inter multos ſepe dubitatum eſt. a quo potiſſimum monachorum heremus habitari cepta ſit* etc. Vita haec a S. *Hieronymo* fuit ſcripta; eſtque omnino eadem, quae in actis ſanctorum a *Bollando* editis tom. I. p. 406. et ſeqq. inſerta reperitur.

Ioannis Gerſonis ſequentia opuſcula occurrunt. I. *Tractatus de Simplificatione, ſtabilitione, ſeu mundificatione cordis.* II. *De directione ſeu rectitudine cordis.* III. *De paſſionibus animae.* IV. *De ſolicitudine eccleſiaſticorum ad fratres Coeleſtinos.* V. *De oratione, et ſuo valore, continuatione et intentione.* VI. *De facto puellae Aurelianenſis in depulſione obſidionis Anglicanae.* VII. *Theologia myſtica* et de *duodecim eiusdem induſtriis.* VIII. *De perfectione cordis.* IX. *De probatione ſpirituum,* X. *De pollutione nocturna,* XI. *Trigilogium aſtrologiae theologiſatae.* XII. *De ſuperſtitioſa dierum obſeruatione.*

S. *Hieronymi* duae epiſtolae, vna ad *Ruſticum* altera ad *Pamachium.*

In tractatu iuridico plures examinantur quaeſtiones. Iſtum ſequuntur, duae orationes: S. *Auguſtini* prologus in librum de *charitate.* Denique S. *Baſilii* epiſtola ad *Gregorium* Naziazenum de *vita ſolitaria* per *Ambroſium* monachum Florentinum latine reddita eſt.

Haec huius codicis contenta diuerſis characteribus ſunt ſcripta, et cuncta typis iam euulgata.

XXXVIII.

S. Bonauenturae Itinerarium. II. Eiusdem Breuiloquium. III. Boethius de conſolatione philoſophica cum comment. IV. Ioan. Gerſon de conſolatione theologica. in 4to. Codex Sec. XV.

Diuerſis memorata contenta characteribus ſunt exarata, notisque a variis exornata, atque ſaepius iam prelo ſubiecta habentur; vnde fuſius recenſere iure ſubſedere poſſum.

XXXIX.

Biblia pauperum. II. Continuationes Bibliorum et quatuor librorum ſententiarum. III. Ioan. Gerſonis quaedam opuſcula. IV. Hugonis de S. Victore tractatus de oratione. V. Compendium humanae ſaluationis etc. in 4to. Codex. Sec. XV.

Elegante huius codicis contenta charactere ſcripta ſunt. Rubricae et initiales literae rubro colore ſunt exaratae. Folia arabicis notata numeris.

Bibliis pauperum praemittitur *ordo librorum ſacrorum* et autoris prologus ſatis prolixus, qui ita incipit: *Hec omnia liber vite ecc.* 24. *Qui liber continens ſacram ſcripturam) licet, in multos libros partiales diuidatur, ſub vno tamen libro continetur, qui nomine generali biblia dicitur.* Iſto finito, legitur rubrica: *Biblia pauperum*, cuius initium:

Aſtra creans deus et terram mare replet. Adam fit.
Bis duo flumina currunt. Nam ade coſta fit eua.
Cum peccant excuſant pellis veſtit et ambos.

In margine adnotationes adiectae ſunt. In fine apocalipſis legitur:

Qui memor eſſe cupit librorum bibliothece.
Diſcat opus preſens ſi retinere velit.
Maxima de minimis ex partibus accipe totum.
Inuenies quod amas ſi ſtudioſus eris.

Sequens notitia rubro ſcripta legitur adiecta:

Biblia pauperum (per quemdam fratrem religioſum nomine Maurum. et monachum ordinis ſancti Benedicti. profeſſum monaſterii Weichenſteuen) ex diuerſis collecta. et in hunc nouum modum redacta. ad laudem dei et legencium vtilitatem finit feliciter anno domini M. quadringenteſimo ſeptuageſimo nono.

Continuationes Bibliorum nil aliud comprehendunt, quam cuiuslibet capitis breuem ſynopticam expoſitionem. Prologi initium ita ſonat: *Premiſſis diuiſionibus librorum veteris et noui teſtamenti ſupra in principio in generali poſitis* etc. In fine eorum ſequentia habentur: *Continuaciones Librorum legalium. Hyſtorialium. Sapiencialium prophecialium tam Noui quam veteris teſtamenti finiunt feliciter. Anno domini M CCCC* 80. *in die ſancti Franciſci confeſſoris.*

Dein legitur: *Continuaciones librorum ſentenciarum incipiunt feliciter.* In hoc opuſculo etiam breuis diſtinctionum expoſitio ab Autore ordinatur.

Ioan. Gerſonis haec opuſcula in hoc codice reperiuntur: I. Tractatus de *oratione*. II. Quaeſtiones. III. Tractatus de *ſollicitudine eccleſiaſticorum.* IV. Iſta excipit *Hugonis* de S. *Victore* tractatus de *oratione.* Hunc *compendium humanae ſaluationis*, cuius initium:

Lucifer elatus mox eſt ad tartara ſtratus.
Donis ingratus fert perpetuos cruciatus.

In fine adiecta habetur *oris confeſſio. et ordo miraculorum Chriſti.*

XL.

XL.

an Gerſonis expoſitio Cantici B. M. Virginis Magnificat, in fol. Codex Sec. XVI.

odex iſte in duabus columnis maiuſculis et luculentis literis eſt ſcriptus. Tituli loco haec in prima pagina leguntur: *Incipit opus magnum et mirificum valde et ande ſuper Cantico Marie Magnificat anima mea dominum.* Operi praemittuntur titu- um index, proemium, et carmen. In fine operis haec habentur: *Explicit opus ſuper ignificat M. Iohannis Gerſon Cancellarii pariſienſis.*

XLI.

an. Gerſonis opera. II. Tractatus de conſolatione. III. S. Bernardi tractatus de contemtu mundi. IV. S. Auguſtini liber Supputationum. V. Hugonis de S. Victore tractatus de oratione. in fol. Codex Sec. XV.

annis Gerſonis opera ſequentia in hoc codice continentur: I. Tractatus de *conſolatione theologiae.* II. Tractatus de *oratione.* III. Dialogus de *perfectione cordis.* IV. De *myſtica ologia.* V. Opuſculum de *modo viuendi.* VI. De *meditatione cordis.* VII. De *Simplifi- ione cordis.* VIII. De *directione* ſeu *rectitudine cordis.* IX. Tractatus ſuper *cantica can- rum.* X. De *indulgentiis*, *ſuffragiis*, *Symonia*, *detractione*, *confeſſione.*

Secundum opus, quod Autor *Conſolationem Theologiae* adpellat, ita incipit: *Quo- m ſecundum apoſtolum quecunque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt vt per ſolacionem ſcripturarum ſpem habeamus* etc. In fine legitur: *Explicit anno XLV.*

Tertium opus incipit abſque titulo; *Dies hominis ſunt ſicut vmbra ſuper terram* etc. artum ita inchoat: *Incipit liber ſupputacionum Beati Auguſtini epiſcopi de diuinis ſcri- ris collectus* etc. Quinti in fronte: *Incipit tractatus Celeberrimi Hugonis de oracione.*

XLII.

Ioan. Gerſonis diuerſa opuſcula. in 8. Sec. XVI.

rimum eſt tractatus de *laude ſcriptorum.* II. De *examinatione doctrinarum.* III. Quinque epiſtolae. IV. Conſiderationes pro *ſerenatione conſcientiae.* V. *Declaratio veri- um de neceſſitate ſalutis credendarum.*

XLIII.

Ioan. Gerſonis informationes ſpirituales. in 12. Sec. XVI.

Informationes iſtae eleganti ſcriptae ſunt charactere. Accedunt *Henrici* de *Haſſia* informatio de *intentione*: tractatulus de *contemplatione*, et alius de *quatuor exercitiis Petri* Cameracenſis.

XLIV.

Guilielmi Pariſienſis Summa virtutum. in fol. Codex Sec. XV.

Praeſens codex nitide ſcriptus, absque titulo ab Autoris praefatione ita incipit: *Poſt quam iam claruit ex ordine ipſe rerum doctrinalium et ſcienciarum ſapiencialium ſcienciam de virtutibus et moribus de viciis et peccatis necnon de meritis et retribucionibus* etc. In fine tantum haec habentur: *Et ſic eſt finis tercie partis ſummi Wilhelmi epiſcopi Pariſienſis.*

XLV.

Guilielmi Pariſienſis Summa vitiorum. in fol. Codex Sec. XV.

Operi praemittuntur rerum index, et capitulorum ſummaria. Scriptum eſt in duabus columnis minuſculo charactere. Initiales literae rubro colore ſunt exoratae Primus tractatus ſic incipit: *Dicturi de ſingulis viciis prout opportunitas ſe offert* etc. In fine legitur: *Explicit ſumma viciorum per Iodocum.*

XLVI.

Guilielmi Pariſienſis tractatus de Sacramentis. in fol. Codex Sec. XV.

Tractatus praeſens in duabus columnis eleganter ſcriptus absque inſcriptione ſic inchoat: *Cum inter ſapienciales ſpiritualesque ſciencias que diuine ſeu diuinales vocantur ſciencia de vera religione et fide* etc. Finis eiusdem ita ſonat: *Gracias tamen largitori omnium bonorum deo agimus ſi vel modicam occaſionem vt ſapienciores fiant ſapientibus damus. Deo gracias Amen.*

Opera *Guilielmi* Pariſienſis recenſita ſaepius et iam primis typographiae annis typis euulgata.

XLVII.

XLVII.

B. Haymonis expoſitio in Apocalipſin. II. B. Bedae explanatio epiſtolarum canonicarum. III. S. Gregorii M. expoſitio ſuper Cantica Canticorum. in fol. M. Codex XV.

Huius codicis contenta maiuſculo et elegante Charactere in duabus columnis ſcripta ſunt. Tituli et initiales literae rubro colore ſunt exaratae. In fronte primi legitur *Incipit expoſitio Heymonis in Apokalipſim. Legimus in eccleſiaſtica hyſtoria beatum Iohannem a Domiciano impiiſſimo ceſare in pathinos inſulam relegatum* etc.

Primum folium B. *Bedae* expoſitionis in epiſtolas canonicas deſideratur. In S. *Gregorii* expoſitionis fronte legitur: *Incipit expoſicio beati Gregorii papae ſuper cantica canticorum.*

XLVIII.

S. Hieronymi Epiſtola. in fol. M. Codex Sec. XV.

Codex praeſens maiuſculis et nitidis admodum literis in duabus columnis ſcriptus eſt. Charta eſt magna, firma, et alba. Initiales literae et tituli rubro colore ſunt exarati. In prima pagina haec in laudem Sancti doctoris ex S. *Auguſtino* excerpta leguntur: *Qualis quatusue ſanctus Ieronimus fuerit ſolius magni Auguſtini teſtimonio valet cognoſci. Nam in libro primo quem contra errorem Iuliani manichei deſcripſerat. ---- ita intulit. Nec ieronimum qui preſbiter fuit contemnendum putes! qui greco et hebraico inſuper et latino eruditus eloquio. ex occidentali ad orientalem tranſiens eccleſiam. in locis ſanctis atque in literis ſacris vſque ad decrepitam etatem vixit! cuius nobis eloquium ab oriente vſque in occidentem vt ſolis lampas reſplenduit. Omnes namque qui ante illum aliquid ex vtraque parte orbis de doctrina eccleſiaſtica ſcripſerant legit. nec alia de hac re quam predixi. tenuit. prompſit. ſentenciam.*

Haec excipiunt epiſtolarum, quarum 134. numerantur, capitula. In fronte illarum legitur: *Incipit liber Epiſtolarum ſancti Ieronimi preſbiteri.* In fine vero haec habentur: *Finitus eſt liber iſte per iohannem Knüſslin anno domini M. CCCC. LXIIII. In vigilia ſancti Bartholomei apoſtoli. Sit laus deo.* Itaque praeſens codex duos annos ante primam editionem, typis Romae anno 1468. euulgatam, deſcriptus eſt. Noſtram bibliothecam ſecunda epiſtolarum editio Romae anno 1470. prelo ſubiecta, et a me in Notitia librorum impreſſorum recenſita, exornat.

XLIX.

S. Hieronymi prologi in totam S. Scripturam. II. Henrici de Haſſia lectura ſuper prologum Bibliorum. III. Quaeſtiones theologicae. IV. Expoſitio Miſſae. V. Henr. de Haſſia expoſitio ſuper oratione dominica, et angelica ſalutatione. VI. Nicolai de Lyra tractatus contra Iudaeos. in fol.

Primi operis initio legitur: *Epiſtola beati hyeronimi ad Paulinum de omnibus diuine hyſtorie libris.* Omnes in eo continentur ſacrorum librorum prologi, in quorum fine haec habentur: *Explicit 3 Kl. may anno domini* 1461.

Henrici de *Langenſtein* de *Haſſia* dicti lectura ſuper S. *Hieronymi* prologum in S. Scripturam ita abſque titulo incipit: *In principio creauit deus celum et terram ſcribitur in capite totius diuine ſcripture que incipit libro geneſi, quem non exponere intendo* etc. In fine haec ſubiecta legitur notitia: *Explicit lectura ſuper prologum biblie Magiſtri H. de Haſſia Wienn. Anno domini M. CCC. LXXXXVII. In die ſancti Kyliani.*

Quaeſtionibus theologicis capitulorum ſummaria praemiſſa ſunt. Abſolutae ſunt *anno domini* 1397. 14. *Kl. Auguſti.*

Tractatus de miſſa initium ita ſonat: *Quam breuis fuerit miſſa et in verbis et in ceremoniis* etc. In fine legitur: *ſufficiant que dicta ſunt.* 1397. *in vigilia natiuitatis beate marie virginis glorioſe.*

Qui me ſcribebat Nicolaus nomen habebat.

Expoſitio orationis dominicae et ſalutationis angelicae inſcripta eſt a *Henrico* de *Haſſia* Epiſcopo Wormatienſi. Eius initium eſt: *Diuina ſapientia rebus omnibus decorem ordinis congruenter deſtribuens* etc. In fine tam oratio dominica, angelica ſalutatio, quam fidei ſymbolum in vulgari lingua in fine adiecta habentur, et ſunt ſequentis tenoris.

Vater vnſer der piſt in den himeln geheiliget werd dein name. Zukume dein reich. dein will geſcheh alz in dem himel vnd in der erd. vnſer tegleich prot gib vns heut. vnd vergib vns vnder ſchuld alz wir vergeben vnſern ſchuldigern. vnd für vns nicht in verſochung. ſunder erlös vns von übel amen.

Gegruzet ſeiſtu maria vol der gnaden der herr iſt mit dir geſegnet piſtu in den frawen vnd geſegnet iſt die frucht deins leibs amen. (*).

Ich glaub in got Vater almechtigen ſchepfer himelz vnd der erden. vnd in iheſum criſtum ſein aynigen ſun vnſern hern der enphangen iſt von den heiligen geiſt geporn von mariam

*) Pluribus in codicibus ſeculo XV. ſcriptis ſalutatio angelica ſine eccleſiae additione: *Sancta Maria ora pro nobis* etc. reperitur *Maſſuetus* congregationis S *Mauri* Monachus ea verba elapſo ſeculo decimo quinto ſalutationi angelicae fuiſſe addita, arbitratur Confirmatur huius doctiſſimi ſententia ex *Ottonis* S R. E. Cardinalis et Epiſcopi Auguſtani ſynodo anno 1543 habita, in cuius ſtatutis angelica ſalutatio ita legitur inſerta *Gegrüſſeſt ſeyſt Maria, vol der Gnaden, der Herr mit dir, du biſt geſegnet vnter den Weibern, vnd geſegnet iſt die Frucht deines Leibs Ieſus Chriſtus. Amen.* Conf. Synodi Auguſt. a Reu. et Excellent. *Ioſ. Ant. Steinero* anno 1766. editae p. 244.

im der Iunckfrawen gemartert. vnter pontio pylato gecreutziget geſtorben vnd begraben. vnd r in dy helle. an den dritten Tag erſtund von den toden gen himel fur ſitzet zu der rech- ı gotes des almechtigen vaters dannen iſt er cunftig zu vrtailen die lebendigen vnd die toden. h gelaub in den heiligen geiſt die heilige chriſtenleiche Kirchen. gemeinſchaft der heiligen ɔlas der ſünde vrſtend des leichnams. vnd daz ewig leben amen. 1397. *Remigii.*

In fine *Nicolai* de *Lyra* tractatus contra Iudaeos legitur: *Explicit queſtio de Iudeis ſputata paryſiis a magiſtro Nicolao de lira ordinis fratrum minorum anno domini . CCC. IX. ſcripta eſt hec per nicolaum lechner preſbiterum ſub anno domini* 1404. *et fi- ·a in die Floriani martiris.* Iſti ſubnexa ſunt biblia metrica cum expoſitione.

L.

Hieronymi liber de eſſentia diuinitatis cum aliis aſceticis. in 8o. Sec. XV.

atis mihi videtur, huius codicis contenta enarrare. Primum eſt S. *Hieronymi* liber de *eſſentia diuinitatis*: II. De *Paſſione domini* meditationes et orationes: III. *Speculum pec- ·oris.* IV. S. *Ambroſii* oratio de *paſſione domini.* V. B. V. *Mariae* ſeptem *triſtitiae* et *udia*, eiusdemque *ſpeculum.* VI. Deuotae *orationes* in vulgari lingua pro Bauariae duce *ilhelmo.* VII. Deuotus militum curſus de *paſſione domini.* VIII. Deuotae ad B. V. ·ces.

LI.

Hieronymi homiliae. II. Epiſtola ad Bonon. Epiſcopum. III. Vniuerſitatis Pariſienſis ad Patres et oratores Conc. Baſil. IV. S. Hieronymi Epiſtolae. V. Matthaei de Cracouia tractatus de colluctatione conſcientiae et rationis. VI. Elucidarium etc. in 4to. Codex Sec. XV.

Omnia in hoc codice contenta, excepto elucidario, eodem charactere nimis obſcu- ro ſcripta ſunt. Abbreuiationes verborum legendi facilitatem adgrauant. In ho- liarum fronte legitur: *Sermones et omelie ſancti Ieronimi preſbiteri.* Homiliis paſſio SS. ·ri et *Marcelliani*, *Primi* et *Feliciani* eſt adnexa.

Epiſtola ad Epiſcopum Bononienſem a quodam Cathuſiano eſt data, et ob quorum- n patrum a concilio Baſileenſi defectionem admodum acerbe ſcripta; dicit enim inter ı: *Et vos iuuaſtis concilio et fregiſtis fidem et fediſſima et aſtutiſſima demonia per ela- prelatos rebelles filios belial zizaniam hora eadem ſciſmatis ſeminaſtis, vnde tantum chaos ſcandaliſſimam ſciſſionem feciſtis* etc.

Vni-

Vniuerſitatis Pariſienſis epiſtolae tam ad concilium Baſileenſe, quam ad Gallorum oratores ad ſchiſma tollendum, et vnitatem eccleſiae reſtituendam exhortatoriae ſunt.

Iſtas ſequuntur S. *Hieronymi* ad *Damaſum* Papam literae; has vero *Matthaei de Cracouia* tractatus de *colluctatione* et *diſputatione conſcientiae et rationis.*

Elucidarium, ſeu dialogus ſummam chriſtianae religionis complectens, luculentiore charactere in duabus columnis ſcriptus. Iſtum excipiunt *confeſſio* tam in latina quam vulgari lingua: ſeptem *pſalmi poenitentiales*, quaedam capitula ex S. *Benedicti* regula, et *cantus choralis.*

LII.

Ioan. de Hisdenio poſtilla ſuper Epiſtolam S. Pauli ad Titum, in fol. M. Codex Sec. XV.

Codex praeſens in duabus columnis ſcriptus, tam charactere, qui maiuſculus, quam charta, et initialibus literis, quae deauratae; figuris exornatae, aut diuerſis coloribus depictae cernuntur, excellit. In fronte operis rubro colore ſcriptum legitur: *Incipit poſtilla ſupra epiſtolam ad Tytum ordinata a fratre Iohanne de hisdenio ordinis hoſpitalis ſancti Iohannis ieruſalem et doctoris in ſacra theologia. Anno domini M. CCCC. XLII.* In fine haec habentur: *Finitur lectura fratris Iohannis ... et fuit completa anno domini M. CCC. ſexageſimo quarto in die exaltacionis ſancte crucis menſe ſeptembri.* Tunc ſequuntur capitulorum ſummaria.

LIII.

Hugonis de S. Victore didaſcalion de modo legendi et ſtudendi S. Scripturam. II. Eiusdem expoſitio in S. Auguſtini regulam. III. S. Gregorii M. liber paſtoralis. IV. S. Bernardi LL. V. Conſiderationum. V. Eiusdem Liber de praecepto et diſpenſatione. VI. Iſidori ſententiae. in fol. Codex Sec. XV.

Primum tertium et quartum iisdem, reliqua diuerſis ſunt ſcripta literis. Primi initio legitur: *Incipit Didaſcalicon Hugonis de modo legendi et ſtudendi in ſacra ſcriptura. Multi ſunt quos ipſa natura adeo ingenyo deſtitutos reliquit* etc.

Huius operis antiquiſſima editio a me in Tomo I. *Notitiae LL. impreſſ.* recenſita, noſtram exornat bibliothecam.

In ſecundo opuſculo tituli loco legitur: *Incipit expoſicio magiſtri Hugonis de ſancto Victore ſuper regulam ſancti Auguſtini epiſcopi. Hec precepta que ſubſcripta ſunt ideo regula appellantur* etc. In fine: *Explicit expoſicio ... anno domini* 1460 *in vigilia S. Thome apoſtoli hora 8ua ante meridiem.*

S.

S. *Gregorii* libro paſtorali praemiſſus eſt rerum index. Titulus eiusdem ita ſonat: *Incipit liber paſtoralis regule ſancti Gregorii pape ſcriptus ad Iohannem epiſcopum.* Iſti immediate S. *Bernardi* libri de *conſideratione* ad *Eugenium* Papam ſubiunguntur. Eiusdem S. Patris liber de *precepto* et *diſpenſatione* a *Narciſſo Pfiſter* monacho San-Vlricano ſcriptus, hanc notitiam habet ſibi ſubnexam: *Finita rubrica in die ſanctorum Geruaſii et Prothaſii anno domini* 1427. *hora meridiana deo gracias.* S. *Iſidori* verba ſeu ſententiae ſeculo adhuc decimo quarto ſcriptae videntur.

LIV.

Humberti Ord. Praed. expoſitio in regulam S. Auguſtini. in fol. Codex Sec. XV.

In duabus columnis praeſens codex maiuſculo charactere ſcriptus eſt. Initiales literae diuerſis coloribus ſunt exaratae. Tituli loco legitur: *Expoſicio regule beati Auguſtini epiſcopi ſecundum fratrem Humbertum magiſtrum ordinis predicatorum.* Prologi initium: *Cogitanti michi de ſermone qui exiit inter fratres de regula beati Auguſtini* etc. In fine ſubiecta habetur tabula, ſeu materiarum index. Plures huius operis editiones iam in lucem prodierunt.

LV.

Hugonis de Palma Theologia myſtica. II. Ioan. Nider tractatus de vigore conſuetudinis etc. III. Eiusdem tractatus de lepra morali animae. in 4to. Cod. Sec. XV.

Diuerſis literis haec opuſcula ſunt ſcripta. Primum haec tituli loco habet: *Incipit liber de miſtica theologia fratris Hugonis de Palma ordinis Karthuſienſis.* Operis initium: *Vie ſyon lugent eoquod non ſit qui vadat ad ſolemnitatem* etc.

Secundi titulus ita ſonat: *Incipit tractatus de vigore conſuetudinis et diſpenſacione canonica editus a venerabili patre Iohanne nyder in ſacra pagina magiſtro et ordinis predicatorum profeſſore.* Operis initium: *Peragrando varia loca* etc. In fine haec habentur: *Explicit tractatus .... et eſt finitus in vigilia Sancti Leonardi anno domini* 1448.

Tractatus de *lepra morali* ita incipit: *Olim dum legimus in Leuitico veteris teſtamenti mandaſſe ſacerdotibus* etc.

LVI.

Iacobi de Paradiſo tractatus de tentationibus, et conſolationibus religioſorum. II. S. Ioan. Chryſoſtomi ſermones. III. Bedae ſermo ſuper canticum B. V. M. in fol. Codex Sec. XV.

Codex praeſens a diuerſis ſcriptus eſt. In primi fronte legitur: *Incipit tractatus reuerendi patris domini Iacobi de paradiſo ſacre theologie profeſſoris eximii ordinis Carthuſienſis de temptacionibus et conſolacionibus religioſorum feliciter.* Prologi initium: *Inſtantibus tuis precibus ymo tuis propoſitis auctoritatum racionibus* etc. In fine haec habentur: 1490. *Finitur hic tractatus de conſolacionibus religioſorum Iacobi de paradiſo ordinis Cathuſien. F. S. W.* i. e. *Frater Simon Weinhart*, Monachus noſtri aſceterii, qui plura et vtiliſſima conſcripſit. Iſtum ſequuntur quaedam S. *Chryſoſtomi* orationes, et Ven. *Bedae* ſermo ſuper canticum B. V. M.

LVII.

Bernardi de Parentinis tractatus de miſſae officio. II. Tractatus de poenitentia. III. Tractatus de miſſae ſacrificio. in 4to. Codex Sec. XV.

Primum opuſculum haec tituli loco habet: *Incipit tractatus vtilis ſuper totum officium miſſe editus et compilatus per fratrem B. de parentinis ordinis predicatorum ... anno* 1349. Initium prologi: *Quoniam clamidat ſapiens quod per ſcrutatam maieſtatis opprimetur gloriam* etc. In fine: *Et hic noſter tractatus de miſſa in tres partes diuiſus finitur* etc.

Tractatus de poenitentia ita inchoat: *Vado ad montem mirre* etc. In fine: *Explicit ſumma penitentiarum per manus Thome Gerzner anno etc. XXXI.*

Tertii initium ita ſonat: *Sermonibus ſacre ſcripture admonemus vos electos dei ſcilicet ſacerdotes.*

LVIII.

Varia opuſcula. in 8. Sec. XV.

Huius codicis contenta *Simon Weinhart* congeſſit, et ſunt ſequentia: I. *Conflictus morientis cum angelis, morte et doemonibus.* II. Sermo S. *Bernardi* de *humana miſeria* et de *honeſtate vitae.* III. S. *Auguſtini* liber de quatuor *virtutibus charitatis*, de *vanitatibus ſeculi*, *contritione*, *contemplationis amore*, de *anima* et *ſpiritu*, de *ebrietate*, ad virgines de *ſobrietate* et *ebrietate*, de *honeſtate mulierum.* IV. *Lotharius* de *conditione humanae miſeriae.* V. *Petrus* Bleſenſis de *amicitia chriſtiana.* VI. *Albertanus* cauſidicus de *doctrina dicendi* et *docendi.* VII. *Diſputatio oratoris* et *idiotae.* VIII. *Franciſcus Petrarcha* de

miſeria huius mundi. IX. *Nic. Andreae* tractatus de *miſſa.* X. Motiua ad frequenter *ebrandum.* XI. *Henrici* de *Haſſa* expoſitio *orationis dominicae* et *ſalutationis angelicae.* I. Expoſitio *ſymboli.* Scripta haec ſunt anno 1487.

LIX.

Varia opuſcula. in 4. Sec. XV.

)puſcula eodem plane charactere exarata, et in hoc codice contenta ſequentia ſunt: I. Sermones SS. *Iſidori*, *Fulgentii* et *Maximi*, Homiliae V. *Bedae* et S. *Remigii.* II. Proi, canones et capitula quatuor Euangeliorum. III. Acta quorumdam Sanctorum Marum. IV. Sermones et homiliae *Leonis* Papae, *Origenis Chryſoſtomi* et *Ambroſii.* Catalogus Imperatorum vſque ad *Fridericum* III, et Romanorum Pontificum vſque ad *genium* IV. VI. Catalogus librorum canonicorum et apocryphorum, Capitula ſextae odi etc.

LX.

S. Hieronymi vitae Patrum. in 8. Sec. XV.

raeſens codex minuſculis ſcriptus eſt literis. Rubricae et initiales literae rubro ſunt exaratae. Tituli loco haec leguntur: *Incipit liber ſancti Ieronimi de vita ſanctorum rum.* In fine alphabeticus index reperitur. Opus hoc S. *Hieronymo* falſo adſcribi, alibi admonui.

LXI.

colai Perotti Rudimenta Grammatices. in fol. Codex Sec. XV.

)peri praeſenti plura et diuerſa ſunt praemiſſa. In fronte operis legitur: *Nicolai Peroti ad Pirrum Perotum nepotem ex patre ſuaſiſſimum rudimenta grammatice incit.* In fine ſequens habetur notitia: *Finiunt regule Grammaticales Reuerendiſſimi pa et domini domini Nicolai Perotti archiepiſcopi Sipontini viri doctiſſimi atque eloquentiſſiſcripte Auguſte per Sigismundum Lang ex Schrobenhauſen baccalaureum Ingeſtattenſem temporis choraralem apud ſanctum mauritium anno Milleſimo quadringenteſimo ſeptuagenono ſexto kal. Iulii* etc. Grammaticam ſequuntur ars epiſtolaris, regula *cognoſcenccentum cuiuslibet Syllabae*: tractatus de *accentu*: *Ioan. Molitoris* Plebani ad S. *Maum* epiſtola monitoria ad *Sigismundum Lang* tunc nouitium ad S. *Vdalricum*: Quaea de *Ludo Scathorum*: *Proſodia.*

LXII.

LXII.

Petri Bleeſenſis epiſtolae. in fol. Codex Sec. XVI.

Praeſens Codex maiuſculo, ac pinguiore charactere ſcriptus eſt. Folia arabicis numeris ſunt adnotata. Initiales literae, et tituli rubro colore exarati. Epiſtolis praemittuntur earum ſummaria. Iisdem ſequens inſcriptio eſt praefixa: *Liber Epiſtolarum familiarium egregii viri ac domini domini Petri Bleſenſis ſereniſſimi Regis Sicilie Secretarii necnon Archidyaconi Bathonienſis Doctoris tam humanarum diuinarumque experient.a inſigniſſimi. ad vtrorumque hominum ſtatum dignitatemque inſtituendam accomodatiſſimus et vtiliſſimus.* 151. Earum hic reperiuntur, in noua vero illarum editione vſque ad 183. accreuerunt. In fine legitur: *Expliciunt epiſtole admodum preclare egregii viri et domini domini Petri Bleſenſis Archidiaconi Bathonienſis anno domini Milleſimo quingenteſimo tercio decimo octaua purificationis beate ſemper virginis Marie.* Epiſtolis ſubiungitur eiusdem planctus preſſura eccleſiae. *Sigismundus Lang* Monachus noſtri aſceterii haec deſcripſit, et quidem in monaſterio Augiae diuitis tunc degens absque dubio ex codice vetuſtiſſimo, quorum plures magnae antiquitatis ibidem reperiuntur.

LXIII.

Petri de Roſenheim Mellicenſis memóriale diuinorum eloquiorum. II. Menardi monachi de Sacris libris notitia. in 8. Sec. XV.

Literis minuſculis et luculentis hic codex ſcriptus eſt. Memoriale diuinorum eloquiorum totam ſacram ſcripturam complectens, absque titulo ab Autoris inſcriptione ad *Brandam* Cardinalem Placentinum ſic incipit: *Reuerendo in Chriſto patri domino Brande diuina miſeratione tunc ſancte eccleſie preſbitero Cardinali Placentino vulgariter nuncupato Fr. Petrus de Roſenheim Monacus Monaſterii Mellicenſis ſedi Romae immediate ſubiecti ordinis ſancti benedicti Patauienſis dioeceſis ſe et ſi quid poteſt. Multi conati ſunt ſacre ſcripture textum quibusdam exceptionibus metrico . . . fragili hominum memorie commendare* etc. Dedicationem excipit prologus, et hunc ipſum opus pedeſtri ſermone ſcriptum. Concluſio operis ita ſonat:

Ecce Ieſu domini claudo pietate libellum.
Leticie cupiens celeſtis habere locellum.
Sit benedictus homo deus! et de virgine natus.
Credens ſacris verbis ſaluare paratus.
De petra ſuxi petrus! et memoranda reduxi.
Scripta ſacrata dei que natalis ſacra dei.
Claudere conceſſit. precor vt mihi petra ſalus ſit
O Scriptor librum cum ſcripſeris argue demum.
Non concedatur labor hic ſi non habeatur.
Attentus ſcriptor. expertus denique lector.
Sacre ſcripture. cui ſit bene ſcribere cure,

Hoc

Hoc opus anno 1489. Bononiae primam lucem adſpexit.

II. Compendioſa ſacrorum liborum notitia ſequentia ſibi habet praefixa: *Venerabili o domino Iacobo de Tſenaco Menardus ſolo nomine monachus vtinam Chriſti ſeruus Roga- nuper a vobis in loco ſolitudinis mee quatinus aliquam generalem et compendioſam libro- n biblie conſcriberem noticiam. Idcirco amore veſtri cum adiutorio dei facilius. breuius. et lius (prout potui) conſcripſi que amicabiliter poſtulaſtis. Non omnia tangendo generaliter: aliqua conſcribendo partikularia. que tamen ex corde et ſtudioſe (ſi inſpexeris) magnum ctum ſine dubio ex hinc trahere poteris.* Prologi initium: *Quoniam ſicut ait venerabilis ter beatus Bernardus in libro ſuarum contemplacionum ſic dicens. Sicut anima rudis et nalis de multis facit pauca. ita anima contenplatiua et ſpiritualis de paucis extrahit lta* etc. In fine: *Explicit* 1486. *F. L.*

LXIV.

tri de Roſenheim memoriale capitulorum Regulae S. Benedicti II. De ſyllabis et accentu. III. Nicolai Panormitani tractatus de ſtatu monachorum. IV. Excerpta ex libris S. Gregorii. in 8. Sec. XV.

odem charactere, quo immediate praecedens, et praeſens codex ſcriptus eſt. *Memorialis* capitulorum regulae S. *Benedicti* titulus ita ſonat: *Canon proſaicus in opus tricum ſupra regula ſancti Benedicti editum a fratre Petro de Roſenhaym.* Eius initium: *regulam S. Benedicti memoriale Capitulorum mente tenendorum tam ſenſu quam quota* etc. emorialis initium:

Abbati monachos benedictus dans heremitas
Pugna probet. bina reprobat hinc genera.

II. Tractatus de Syllabis et accentu a quodam anonymo digeſtus *memoriale* memo- tum ſequitur: iſtum excerpta ex *Nicolao* Panormitano de ſtatu monachorum et capo- corum regularium. Excerptis ex libris S. *Gregorii* M. haec ſunt praemiſſa: *Quaedam cerpta ex Gregorii pape paſtorali anno domini etc.* 1486. *frater Leonardus de Felders,*

LXV.

Manipulus florum. in fol. Codex Sec. XV.

odex iſte in duabus columnis luculento charactere eſt ſcriptus. Operi nulla inſcriptio habetur, ſed mox ab autoris Anonymi praefatione ſic incipit: *Abiit In agrum collegit ſpicas poſt terga metencium* Ruth. II. - - - *Sic ego pauperculus non habens copiam riptorum nec originalium aceruum agrum nutriui. Booz interpretatur robur - - - in quo robur l virtus vigere conſueuit et ibidem Originalium ſpicas et diuerſas auctoritates ſanctorum de uerſis libris non ſine labore collegi ſed conſiderans quod ſine modo erant et ordine nec poſſ*

me alicui alii poſſent prodeſſe. *Hic breuiter quaſi in vnum manipulum ex diuerſis ſpicis collectum ſecundum ordinem alphabeti more concordanciarum collegi vt ſic a me et aliis ſimplicibus facilius poſſit reperiri.* Ad finem prologi: *Tu ergo lector ora pro collectore et virtute queſitis cum labore alieno et gaude de inuentis ſine labore proprio Nomen autem collectoris volui ſubticere ne collectio vileſceret cognito collectore propter has autem modicas ſpicas agrum fertilem originalium non deſpicias Inprouidus enim eſt qui neglecto igne ſe per ſcintillas nititur calefacere et qui contempto fonte per roris guttas ſitim conatur extinguere.* In fine legitur: *Explicit Manipulus florum.* Sequitur dein alphabeticus verborum in opere explanatorum index, et doctorum et patrum librorum ſignificatio, cui legitur ſubiectum: *finitus eſt liber iſte in nomine iheſu chriſti ſcriptus per manus Eucharii Sinknecht ſub anno domini M. CCCC. XLVII. Sabbato die poſt feſtum ſancti Laurencii martyris hora quaſi decima.* Poſſeſſor huius libri erat *Sigismundus Meyſterlin.*

LXVI.

Philippi de monte Calerio ord. Min. poſtilla ſuper Euangelia dominicalia. Tom. II. in fol. Codex Sec. XV.

Iuxta characteres praeſens opus non una manu Scriptum eſt. Primum volumen euangeliorum expoſitionem ab Aduentu vſque ad primam poſt Pentecoſten dominicam continet. In huius fronte legitur: *Incipit poſtilla ſuper Evangelia dominicalia. edita a fratre Philippo de monte calerio. ordinis fratum minorum tunc lectore in padua.* Initium Prologi: *Ruth colligebat ſpicas poſt terga metencium Ruth 2. Omnibus ſtudentibus et in ſubſcripto volumine Fr. Philippus de monte Calerio ordinis fratrum minorum ſalutem in domino. Rogatus multociens cum inſtancia* etc. Secundum euangeliorum expoſitionem a prima poſt Penthecoſten vſque vltimam dominicam comprehendit. Accedunt euangeliorum in hoc volumine contentorum materia: alphabeticus rerum index, et iſtius verborum tituli.

LXVII.

Poſtilla ſuper epiſtolas dominicales, et quadrageſimales, II. S. Brandani vita. in fol. Sec. XV.

In fronte operis rubro colore haec tantum ſcripta leguntur: *Dominica in aduentu domini N. I. C.* Eius initium: *Fratres ſcientes quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere Rom. 13. Item in epiſtolis quas de ſancto Paulo ſumit eccleſia praemittit fratres vel kariſſimi* etc. In fine dominicalium haec habetur notitia: *Explicit poſtilla epiſtolarum dominicalium per circulum anni finita et ſcripta per Leonhardum Knüberlen tunc temporis premiſſarium in Kaufring anno domini M. CCCC. XL. In vigilia annunciacionisglorioſiſſime et beatiſſime virginis Marie matris filii dei hora quaſi octaua diei.*

Poſtilla quadrageſimalis expoſitionis ita incipit: *Hec dicit dominus Conuertimini ad me Iohel 2. In illa epiſtola dominus primo contra transgreſſionem ſuadet amaritudinem penitencie* etc.

In

ı fine: *Explicit expoſicio epiſtolarum ſeu lectionum quadrageſimalium anno M. CCCC. XL.* ı *vigilia Penthecoſtes hora quaſi tercia poſt meridiem.* Iſtis ſubnexi ſunt aliquot ſermones.

II. S. *Brandani* vita ita inchoat: *Sanctus Brandanus ex ea parte hybernie que mimenſ dicitur oriundus fuit Eratque vir magne abſtinencie in virtutibus clarus trium vero milum monachorum pater* etc. Vitam huius ſancti fabulis apertis refertam eſſe, iam alibi nimaduerti.

LXVIII.

Iugonis de Prato ſermones de tempore. Tom. II. in fol. Cod. Sec. XV.

n fronte partis hyemalis rubro colore ſcriptum legitur: *Incipiunt ſermones dominicales ſuper Ewangelia et Epiſtolas per totum annum Editi a fratre Hugone de prato ordinis redicatorum.* Haec ſequitur prologus, cuius initium: *Ecce dabit voci ſue vocem virtur.* Pſ. 67. *Quamuis a multis multipliciter ſint conſtati ſermones* etc. Pars hyemalis ſerıones ab Aduentu vſque ad feſtum Pentecoſtes comprehendit. In eiusdem fine legiır: *Completa eſt hec pars hyemalis* 19. *menſis octobris per Conradum Dormenter anno doini Milleſſimo CCCC LVI.* Subnexus habetur alphabeticus rerum index.

Parti aeſtiuali ſequens titulus eſt praefixus: *Hugonis de Prato ordinis Predicatorum ermones Ewangeliorum et Epiſtolarum de tempore.* Continet ſermones a feſto Pentecoes vſque ad vltimam poſt Pentecoſten dominicam. Sermones excipit alphabeticus mariarum index, in fine legitur: *Explicit liber ſcilicet Hugo de viride prato a me Leonardo ebano tunc temporis in Aſhaim anno domini* 1457. Opus memoratum iam primis typoaphiae annis typis euulgatum eſt.

LXIX.

Tractatus de 10. praeceptis. II. Sermones de tempore. III. Iacobi de Voragine quadrageſimale. IV. Gloſſa ſuper paſſionem domini. in 4to. Sec. XIV.

Omnia in hoc codice contenta, vltimo excepto, eodem charactere ſunt ſcripta. Tractatus absque titulo de praeceptis ita incipit: *Audi Iſrael praecepta dei tui et ea in rde tuo quaſi in libro ſcribe et dabo tibi terram fluentem lac et mel* etc. In fine: *Explit tractatus decem preceptorum editus pro inſtructione anno domini M CCC LXXVII. in aſtino Iohannis baptiſte.* Sermonum de tempore initium: *Hora eſt iam nos de ſomno ırgere. In his verbis monet nos fidelis nuncius venturi ſeculi S. Paulus* etc. In fine: *Inno domini M. CCC. LXXVIII. completus eſt iſte — per nicolaum rectorem parochialis clefie in inningen proximo die dominico ante diem ſancti andree apoſtoli circa* medium nois. *Iacobi* de *Voragine* quadrageſimale ita incipit: *Filia populi mei induere cilicio et nſpergere cinere luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum* etc. Gloſſa ſuper paſſionem

ſic:

ſic inchoat: *Ingreſſus iheſus cum diſcipulis ſuis transtorrentem cedron etc. Conſiderando dum hodiernam neſcio quid melius, ſit facere quam plorare* etc.

LXX.

Sermones de ſanctis etc. II. Lucerna ſimplicium. III. Tractatus de X. praeceptis. IV. Sermones. V. SS. trium regum hiſtoria. VI. Vitae Patrum. in fol. Séc. XV.

Sermonum de ſanctis primus de S. *Andrea* ita incipit: *Relictis retibus et naui* ſecuti ſunt eum. Mathei IIII. *Quidam dicunt frequenter predicatur nobis et neſcimus* etc. In fine: *Finiti ſunt hy ſermones quorum titulus eſt flores apoſtolorum de ſanctis anno domini M CCCC. trigeſimo ſeptimo in die perpetue et felicitatis per me Iohannem pair de ſtaingaden.*

Luterna ſimplicium ſic incipit: *Paſtoribus ſuis confratribus verus Ioſeph ait Non videbitis faciem meam* etc. Agit Autor in hoc opere de peccatoris conuerſione, et quatuor modos ad eam perueniendi oſtendit, atque in tot partes illud diuidit: 1. *Fidei lumen*: 2. *Deuotionis pinguedo*: 3. *Feſtorum cognitio*: 4. *Confeſſionis emendatio.* In fine haec habetur notitia: *Scriptus eſt iſte liber per me Iohannem Pair tunc temporis vicarium in Hochdorf et compilatus a venerabili ac deuoto viro domino Petro Wägel rectore tempore eodem in Düutzelbach ſub anno domini Milleſimo quadringenteſimo triceſimo ſeptimo in vigilia Pentecoſtes finitus.*

Tractatus decem praeceptorum initium: *Sacra ſcriptura continet decem precepta quorum tria ſpectant ad deum ſeptem vero ad hominem.*

Volgenden Abent umb 6 Vhr, kommen obernante beede Doctores, vnd zaigen kurzlich an, weil man annders nichs, alls was man in der Statt habe, vorbürgen köne, alls ſeyen Ir. Ex. herr Statthalter reſoluiert, vns nach Hauſs zelaſſen, mit ſollicher Condition, das man ſich biſs vf weiteren beſchaidt zuo Hauſs vſſhalte, der Kirchen beſuoch auſsgenommen, wofern aber von ainichen etwas verdächtlichs attentiert werde, wurde verurſacht werden, nit allein denſelbigen, ſonndern auch andere zuogreiffen, vnd handthaben. Darauf repliciert worden, es könne kainer der den andere pürg ſein, ſonnder es ſpondiere ain ieder vor ſich ſelbſten. Hat ſich alſo ain ieder nach eingenommen Nachteſſen in ſein hauſs begeben.

Sambſtag den 24. iſt ain Rathsdiener mit ainer offnen Patent, vnnder Herrn Statthalters Inſigel, zuo allen des Arreſts entlaſſnen, herumb geſandt worden, des Inhalts: Es weren gleichwol geſtrigen tags die arreſtierten entlaſſen worden, ſo ſoll Inen hiemit waiter angezaigt ſein, das ſy ferner vſs ihren heuſsern vnd clöſtern, ſich an kain ainiges

ainiges ort, es werde genant, wie es wöll, nit begeben, vnnd ſich aller machination enthallten, auch kain ſchreiben verſchicken, noch öffnen, ohne vorgehende Lyferung in die Statthallterei, die Gaiſtlichen aber ſo ſich biſs dato des Iuraments halber gewaigert. ehiſt aines andern bedenckhen, damit man nit Vrſach nemen derffte, nach anderen miteln zuotrachten.

XIX.

Auguſtanorum armatum foedus cum Caeſare initum.

Wir die Burgermayſter der Ratt vnd purger gemainlichen bekennen vnd thendt kundt etc. daſs wir dem aller durchleuchtigſten Furſten vnd heren Karol Remiſchen Kayſſer zu allen zeyten Merer deſs Reychs vnd Künig zu becham vnd vnſerm gnedigen heren als ainen Remiſchen Kayſſer vnſerm Rechten nattürlichen heren alle die weyll erlebt verbünden verpflicht ſein wellen vnd ſollen als auch wir daſs gelobt haben vnd geloben mit Kraft des prieffs in guten trewen on alles geferdt vnd arg liſt vnd bey den ayden dem wir leyplichen zv den hayligen dariber geſchworen haben daſs wir ime gen aller mencklichen nemandt auſsgenomen beſtendig vnd beholffen ſein wellen vnd ſollen mit all vnſer Macht vnd on alle widerredte verziechen on geferde wen vnd wie oft er daſs bedarff vnd vnſs mit ſeinem prieff oder potſchaft ermant ſünderlich geloben wir dem namen als dar vor daſs wir die pündtnüs die wir vormals mit Im vnd ſeinen erben künigen zu becham gemacht haben in allen iren pündtnüſen vnd Machügnen artickeln vnd ſtücken als wir ſy verprieft gelopt vnd geſchworen haben ſtet vnd gantz vnuerprochen halten. vnd vollfieren wellen, vnd ſollen on alles geferdt vnd deſs zw vrkundt etc. in dem Iar 1374.

XX.

Senatus decretum.

Wir die Ratgeben deſs clainen vnd auch deſs groſſen Ratz der ſtat Augſpurg thon kundt aller menigklich für vnſs vnſſer nechkomen daſs wir auff Samſtag Sant erhartz tag als man zalt nach Criſtus gepürt tauſſendt fier hundert fünffzig vnd ſyben Iare bey ain ander in beſamleten groſſen Rat geweſſen ſendt allda bey anderm der ſtat nothürften gemelt worden iſt als vormalſs ain erkantnüſs von der ſtat Reytgeltz vnd ander nothurft erkänt, vnd in der ſtat buch geſchriben die man verheren ſolte vnd ain nothurft were den zünſten abſchrift zw geben doch werdt auch gemelt, daſs etlich prieff hinder dem burgermayſter von der gemaindt gelegt vnd von zünfte vnd gemaindt wegen zw behalten befelchen die lang zeytt verhalten vnd den Reden nit geoffenbart weren die deſshalben als die Rette oft verkert wurden nit wiſſendt geweſt als der ſtat notthurft wer dan Manicherlay dawider gehandlet vnd geſchechen were ſolten die Rette davon gewiſt haben ſo wer daſs nit geſchechen derſelben prieff abſchrift die zunft auch nothürſtig weren das ſy der hinfüro in künftig zeytt ingedennck beleyben zw behalten vnd zw handt haben wiſten als ſy in ſelbs vnd der gantzen gemaindt von ayds wegen zw thon ſchuldig vnd pflichtig weren darauff haben wir Ratt geben deſs clainen vnd groſſen Rats ain heligklichen erkant daſs man

allen zünften vnd welichen Ratgeben deſs begeren der obgemelten erkantnüſs vnd der gemelten prieff abſchrifften ſelten geben gar zw wardt auch gemelt wie daſs vormals oft in groſſem vnd clainen Ratten von der aygen Leytt wegen were geredt worden die abzw thon ſo etlich Burger in verſprechnuſs weyſe vnpilich auff nemen nachdem in der ſtat buch Mundtleytt zw haben verboten ſendt davon vill clagen weren von gayſtlichen vnd weltlichen edlenn vnd vnedeln die ſych deſs lang zeytt beclayt heten daſs die burger ir arm leyte vnd hinderſeſſen zw aygen in verſprechnuſs weyſſe auffnemen vnd wider ire heren vnd manigclichen vertaydingten vnd verſprechen damit ſy ine die widerſeſſig vnd vngehorſam machten vnd bey dem wider ire heren hinder dem ſy ſytzen zu dem Rechten vnd auch ſunſt ſtunden davon dan der gemaine ſtat vill vnwillens wurde zwgezogen vnd daran vill ſchadens in andern ſachen zwſtende deſs die andern burger vnd der gemain man entgelten muſten etlich ſagten die ſelben burger weren auch von ſolicher Mundleyte vnd aygen leyten wegen bey den ſelben wider ander bürger geſtanden zwm Rechten vnd ſunſt da durch die andern bürger vermainten damit vaſt beſchwert vnd daſs gar vnbilich ſein da von zwiſchen der burger vnwillens clage vnd veindtſchafft gewachſen were vnd noch mer geſchechen mechte ſolte daſs nit abgethann vnd wir komen werden dar vmb ſolich aygen leyte abzw thonn vnd zw verbieten groſs nothurſt were etlich vermainten daſs vill burger ire aygen leytte ererbt vnd erkauft die heten ſy vnbilich laſſen| ſolten aber waſs die mit den angieng den ſolt man nichtz behoffen vnd der mieſſig ſein aber etlich vermeinten eſs würde dennocht da bey mit manicherlay geferde gehandlet daſs etlich die pawren die ſachen zu ſchicken heten mit geding in zw helffen zw aygen auff nemen vnd darumb ain andern brieff geben etlich von gepawren finff oder ſechs pfening mer zinſs auſs iren gietern kauffen vmb daſs ſy ſich der ſelben mit glimpffen zu verſprechen annemen mechten als ir hinderſeſſen daſs auch ain gefar were deſs halb nothurſt were die ſachen zwverziechen vnd mit gnugſamer vnder Richtung da von in ainem clainen Ratt beweglichen zw Reden auff das haben wir in groſſen Rat der vrtell fragen laſſen vnd iſt weytt mit dem merern thayll alſ ain ſchicklichen bey vierzechen oder ſechzechen manen vngefarlichen minder vmb gemainſs nutz willen auff den aydt erkent vnd vnwiderriefflichen zu halten geſetzt weliche purger aygen leytt vnd hinderſeſſen haben die hinder Inen auff iren gietern ſytzen vnd beſchlieſſendt mit thyr vnd thor oder die zw ſampt den gietern darzw die aygen leyte von alter her gehert haben erkauft oder ererbt heten oder noch erkauffen oder ererben vngefarlich vnd daſs die in ſunderhaytt zwaygen nit auſsgenome ſendt die ſelben nirgendt ſy woll haben vnd den beyſtendig ſein aber ſunſt ſollen in alle ander Mundtleytt vnd aygen leyte in waſs ſcheinſs die ſunſt angenomen werden zw haben verboten ſein wie dan in der ſtat buch geſchriben ſtett daſs nemandt kainen Mundtmann haben ſolle iſt erkent daſs alle die ſolich aygen leyte als in verſprechnuſs weytse zw aigen auff genomen haben oder mit vrtelln der erkauſten zinſs angenomen heten die ſollen ſy hie zwiſchen ſant Iergen tag eſchierift ſolicher pflicht bey geſchworen azdt ledig ſagen vnd ſollen der hinfür nit mer haben noch auffnemen in kain weyſſe deſs gleichen welicher die aygen leytte ererbt oder erkaufft hette die alſo gleyche der verboten Maynung auffgenomen vnd herkomen weren ſollen auch ledig vnd abſein vnd welicher wider diſe erka..tnuſs theten vnd füro aygen leytte dawider auffnemen oder haben würde der ſoll geſtrafft werden nach aineſs Ratz erkantnuſs die erkantnuſs vnd ſchrift iſt darnach in dem clainen Rate verhert vnd beſchloſ-

ſen

n zu halten am Samſtag vor Lichtmeſs nach criſtus gepurt tauſſendt vier hundert
ffzig vnd ſyben Iare.

XXI.

Curiae Auguſtenſis eccleſiaſticae iudicum decretum circa matrimonium.

Iudices curie Auguſtenſis Decano in Gmind ac omnibus et ſingulis eccleſiarum pa-
chialium rectoribus plebanis et vice plebanis per eundem decanatum vbilibet conſti-
tis ſalutem in domino et diligentiam debitam In comiſſis relacione veridica ac clamore
lido ad nos deductum eſt Quod non nulli vtriusque ſexus homines dei timore poſtpo-
o ac habenis pudicitie laxatis in veſtris parochiis contra animarum ſuarum ſalutem ac
lem ſibi inuicem coniugaliter preſtitam ab inuicem temeritate propria et absque iudi-
o eccleſie diſcedant Quidam ex eis abiectis propriis uxoribus alias mulieres temere ſo-
antes adulteria publice committant quemadmodum et mulieres relictis maritis propriis
niliter aliis viris fornicando adhaereant Nonnulli eciam ficte coniuncti qui in gradi-
ıs conſanguinitatis et affinitatis prohibitis ac aliis impedimentis obſtantibus matrimo-
um defacto contraxerunt ſimiliter cohabitant inceſtus crimine palam non verentur co-
quinari Sint eciam plurimi clandeſtina matrimonia contrahentes qui temeritate pro-
ria iudicio eccleſie minime ſuſcepto ſed vt formidamus ex relacione nobis facta ex quo-
ndam clericorum minus caute procedencium in contemptum iuris canonici vetantes
uſas matrimonii per quoslibet ſed duntaxat iudices diſcretos qui poteſtatem habeant
dicandi et canonum ſtatuta non ignorant eſſe tractandas ſiniſtra informacione ad alia
tanſferant vota Sint eciam alii penarum et cenſurarum eccleſiaſticarum contemptores
ui vigore noſtrorum proceſſuum et mandatorum moniti et requiſiti infra terminum mo-
cioni et requiſicioni huiuſmodi minime ſatiſſacere neque mandatis noſtris parere nec
oſt lapſum tantum abſolucionis beneficium a ſentenciis quibus ex tunc ligati ſunt ob-
nere procurant in eisdem ſentenciis temere perſordeſcendo et vos coram talibus ſcien-
r celebrantes irregularitatis notam incurrentes in contemptum clauium eccleſie anima-
m veſtrarum et ſubditorum veſtrorum periculum et ſcandalum plurimorum propter que
nnia diuina grauiſſime offenditur maieſtas ac apud catholicos perit deuocio reuerencie
iſtiane et ſcandala plurima in dei populo exoriuntur indies Volentes igitur his et aliis
nte domino obuiare et vt quos timor dei a malo non reuocat ſeueritas ſaltem coher-
at eccleſiaſtice diſcipline vobis et cuilibet veſtrum in virtute ſancte obediencie et ſub
na ſuſpenſionis a diuinis diſtricte precipiendo mandamus quatenus ſingulis diebus do-
inicis et feſtiuis moniatis et requiratis omnes et ſingulos vtriuſque ſexus homines ma-
moniali vinculo coniunctas ſine iudicio eccleſie temere diſcohabitantes vt infra nouem
ebus poſt monicionem veſtram immediate ſequentibus ſe recoligat absque mora
ſi tales ſint perſone honeſte a quibus aliquando alter coniugum temeritate pro-
ia receſſerit ac alter ignoret vbi moram penitus trahat et ſuper hoc inquirere non
oſſit ſuper quo ex tunc fidem loco preſtiti iuramenti vobis recipere liceat onus
oc conſcienciis ipſorum inponendo Nec non alios inceſtuoſe copulatos qui in con-
nguinitatis vel affinitatis gradibus prohibitis aut aliquo impedimentorum matrimonii
ıta compaternitate etc. prepediti ſibi inuicem ſint coniuncti infra vnius menſis ſpa-
um poſt requiſicionem veſtam inmediate ſequentis coram nobis ſuper huiusmodi in-
pedimento

pedimento ſe iuſtificent realiter et cum effectu at reliquos qui matrimonia clandeſtina contraxerunt de quibus fama ſuborta aut rumor laboret conſimiliter moniatis et requiratis vt infra duorum menſium ſpacium poſt veſtram requiſicionem ſeſe ſequencium ſuper contractibus huiusmodi coram nobis conpareant rerepturi a nobis quid iuſticia ſuadebit et ordo dictauerit racionis Alioquin ipſos et ipſorum quemlibet quos aut quem ex nunc prout ex tunc prout ex nunc propter huiusmodi illicitam diſcohabitacionem et non iuſtificacionem ſeu contumaciam in genere excommunicamus dei nomine in his ſcriptis dicte veſtre monicionis et requiſiciones termino elapſo ſic excommunicatos in ſpecie et ab omnibus criſti fidelibus arcius euitandos publice nuncietis Et ſi dicti excommunicati huiuſmodi excommunicationis ſentencias poſt lapſum cuiuslibet termini animis quod abſit ſuſtinuerit temere induratis Ex tunc vobis precipimus et mandamus quatenus eoſdem ſentencias per modum aggrauacionis et reaggrauacionis ſingulis diebus dominicis et feſtiuis publicetis et innouetis pulſatis canpanis et accenſis candelis tamdiu quouſque aliud a nobis habueritis in mandatis Ceterum cum in veſtris parochiis nonnunquam viciati lepre morbo vel ſaltem vehementer ſuſpecti reperiantur vobis ſub dicta pena mandamus quatinus tales ad nos et medicum curie noſtre iuratum remittatis ac nullius medici aut cuiuscunque alterius perſone iudicio fidem adhibeatis niſi litteris ſigillo noſtre curie debite ſigillatis Demum multi qui ad noſtrum iudicium eccleſiaſticum remiſſe ſe ſuper matrimonio aut aliis impedimentis iuſtificant et declaratorias ſentencias nunc iſtas nunc illas diuerſorum ymo contrariorum affectuum reportant per quas nonnunquam indulgetur vt ambo ad alia vota conuolent quandoque interdicitur ne quiſquam alias nuptias ſub interminacione anime ſue attemptet quandoque eciam vni ex eis indulgetur alteri interdicitur permittunt plures iudiciis conſcienciarum ſuarum permiſſione tollerancie dumtaxat Iuxta quaſ quidem declaraciones et ſentencias noſtras neceſſe eſt vt in foro conſcienciarum ſuarum tales per vos et veſtrum quemlibet iudicentur quod quidem iudicium ſalubriter et ad ſeruandas omnium veſtrorum huiuſmodi ſentencias reportancium conſciencias facere non poteſtis literis et ſentenciis noſtris non viſis Idcirco vobis et cuilibet veſtrum ſub dicta ſuſpenſionis a diuinis pena diſtricte precipiendo mandamus ne huiuſmodi perſonas a iudicio noſtro abſque literis teſtimonialibus ſeu ſentenciis noſtris venientes ad alia vota matrimonialia conuolare permittatis literis autenticis noſtris non viſis Si autem contraxerint alibi ad ſolempniſacionem huiuſmodi matrimoniorum preter noſtras literas minime admittatis Alioquim ſi culpabiles vos aut aliquem veſtrum in premiſſis deinceps reperimus procul dubio ne dum de negligencia huiuſmodi quinymo de malis atque ſcandalis quibuscunque ſecuturis vos grauiſſime punire curabimus tanta enim mala facilitatibus et leuitatibus huiuſmodi in foro conſcienciarum ſecuta nouimus ſimilia abſque graui dei offenſa tollerare de cetero nullatenus poſſumus Volentes poſtremo vt ſub pena prefata ne quiſquam ex ignorancie cecitate velamen excuſacionis predictorum aſſumat Vos decane ſingulis ſemel tempore quo capitulum celebrare conſueuiſtis preſens mandatum legere et confratribus veſtris inſinuare debeatis Quilibetque rector plebanis et viceplebanis in dicto decanatu conſtitutus huiuſmodi noſtri proceſſus ſeu mandati et ſtatuti ſinodalis preſentibus a tergo adſcripti copiam infra menſis ſpacium poſt inſinuacionem ſibi a ſuo decano factam proximum ſub dicta pena ſuis expenſis ſeu laboribus ſibi procuret et in antea diligenter conſeruet ac in ſuis cancellis iuxta ipſius tenorem inſinuet et publicet Abſolucionem vero omnium et ſingulorum

rum qui predictas noſtras ſentencias aut earum aliquam incurrerunt nobis vel ſuperiori noſtro dumtaxat reſeruamus Datum Auguſte L nono etc. III. ydus Iuly. *)

XXII.

Synodi Auguſtenſis anno 1452. *habitae decreta.*

Reuerendiſſimus in criſto pater et dominus dominus Petrus miſeracione diuina tituli ſancti Vitalis ſacroſancte Romane eccleſie presbiter Cardinalis et ſancte ſedis permiſſione Epiſcopus Auguſtenſis anno domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo die Mercurii decima menſis Maii ſanctam Epiſcopalem ſinodum In maiori eccleſia Auguſtenſi cum prelatis et clero ſuo ad hoc congregatis propria in perſona celebrans poſt ſolemnitates et ceremonialia ſolita ibidem rite premiſſa et adhibita poſt eciam exhortacionem ad abſtinendum a viciis et ſectandum bonos mores ac adhelandum ad ea que pertinent ad eccleſiaſticam diſciplinam prouincialia nuper in prouinciali Concilio Moguntinenſi ad diem dominicam poſt feſtum ſancti martini de anno domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo celebrato canonice et legitime edita cum omni reuerencia et modo et forma melioribus quibus potuit ſolempniter acceptauit et recepit ac mandauit et precepit ea omnia ab vniuerſis ſibi ſubiectis inuiolabiliter et inconcuſſe obſeruari atque fecit illa omnia et ſingula coram ſe publice legi et omnibus inſinuari quorum tenores per ordinem ſecuntur in hunc modum.

Statuta prouincialia edita in concilio prouinciali Moguntino.

Primo ſinodus ipſa prouincialis acceptauit ordinacionem ſiue decretum ſacri Baſilienſis generalis Concilii de prouincialibus et dioeceſanis conciliis celebrandis editum ac dudum per nacionem (*a*) noſtram acceptatum in antea practicari et obſeruari precipit voluitque quod quoad miſſas letanias et oraciones cum ceremoniis per Reuerendiſſimum in criſto patrem dominum Nicolaum tit. S. Petri ad vincula Cardinalem apoſtolice ſedis per alamanniam legatum iam obſeruatis de cetero ipſa prouincialia Concilia celebrentur et obſeruentur prout et antiquitus fieri ſolitum et conſuetum fuit que et in libris ſtatutorum prouincialium conſcribi vult et regiſtrari.

Tenor ordinacionis ſeu decreti concilii de verbo ad verbum ſequitur et eſt talis.

Pridem hec ſancta ſinodus quoddam ſaluberrimum promulgauit decretum pro ſtabilitate et robore generalium Conciliarum quorum frequens celebracio precipua eſt agri dominici cultura Verum cum ad eandem culturam non dubium ſic pertinere ſinodos epiſcopales et concilia prouincialia prout veteres canones decreuerunt frequentari Ideo eadem

*) Duo huius generis mandata ex quibus morum illius aeui corruptio dignoſcitur, ab Auguſtenſis curiae iudicibus, ſeu Conſiſtorii Aſſeſſoribus edita, ſed non adeo prolixa perluſtrandi occaſionem nactus fui: Primum anno 1447. confectum Cl. D. *Ioſ. Ant. Steiner* ex ſuis actis ſelectis mihi communicauit: alterum anno 1485. ad omnes eccleſiarum rectores transmiſſum inactis ſelectis ab eodem anno 1785. typis euulgatis pag 52. reperitur.

a) *Ioſ. Harzheim* in collect. Conc. Germ. T. V. p. 399. per *vocationem uoſtram* habet.

dem ſancta Sinodus antiquos et laudabiles mores noſtris cupiens temporibus obſeruari ſtatuit atque precipit Sinodum epiſcopalem in qualibet dioeceſi poſt octauas dominice reſurrectionis vel alia die ſecundum conſuetudinem dioceſis ad minus ſemel in anno vbi non eſt conſuetudo bis annuatim celebrari per dioceſanum propria in perſona niſi canonico impedimento fuerit prepeditus et tunc vicarium ydoneum que ſinodus ſaltem triduo vel biduo duret vel prout neceſſarium epiſcopo viſum fuerit prima autem die conuenientibus dioceſano et omnibus aliis qui in huiuſmodi ſinodis intereſſe tenentur infra miſſarum ſollempnia vel poſt dioceſanus vel alius eius nomine verbum dei proponat exhortando omnes ad bonos mores ſectandum abſtinendum a viciis et ad ea que pertinent ad eccleſiaſticam diſciplinam et officia ſingulorum Et preſertim vt hi quibus animarum cura commiſſa et diebus dominicis et aliis ſolempnibus plebem ſubiectam doctrinis et monitis ſalutaribus inſtruatur Poſtea legantur ſtatuta prouincialia et ſinodalia et inter alia aliquis compendioſus tractatus docens quomodo ſacramenta miniſtari debeant et alia vtilia pro inſtitucione ſacerdotum Deinde ipſe dioceſanus de vita et moribus ſubditorum ſollerter inquirat labem ſymoniace prauitatis contractus vſurarios concubinatum fornicaciones et alia queuis crimina et exceſſus debita correctione cohibeat alienaciones rerum eccleſiaſticarum a iure prohibitas reuocet abuſus clericorum et aliorum ſubiectorum qui circa diuinum officium delacione debiti habitus deficiunt in melius reformet et emendet Et quoniam multa ſcandala ſepe contingunt ex eo quod conſtitucio Bonifacii pape octaui que incipit Periculoſa edita ſuper clauſura monialium non ſeruatur ſtudeat ipſe dioceſanus vt omnia iuxta ipſius conſtitucionis tenorem execucioni demandentur Necnon vt quicunque religioſi dioceſano ſubiecti regulas et conſtituciones ſuarum religionum preſertim vt ab eis omnis proprietas abdicetur inuiolabiliter obſeruent Nec non in recepcione ipſorum ad religionem quidquam per ſymoniam exigatur Precipua autem in ipſa ſynodo Epiſcopi cura ſit inquirere ac debitis remediis occurrere ne aliquod dogma hereticum erroneum aut ſcandaloſum ſeu piarum aurium' offenſiuum ſortilegia diuinaciones incantaciones ſuperſticiones etqueuis diabolica figmenta dioceſim ſuam inficiant Inſtituantur preterea teſtes ſinodales viri graues prouidi et honeſti legis dei zelum habentes iuxta dioceſis latitudinem in numero competenti aut alii eorum poteſtatem habentes vbi alii eorum ſint ad hoc conſtituti qui ſi dioceſano minus ydonei videantur eos amouendo alios prout ei videbitur expedire inſtituat Hi autem in manibus ipſius dioceſani vel ſui vicarii iurare teneantur vt tradit canon Epiſcopus in ſynodo qui per anni circulum luſtrantes ipſam dioceſim que corrigenda vel reformanda viderint his ad quos talia corrigere vel reformare pertinet referant que niſi correcta vel reformata iam fuerint ad ſinodum ſequentem proferant in qua debitis remediis occurratur ſed et preter illa que a teſtibus ſinodalibus officium exercentibus dioceſanus audierit inquirat et ipſe diligenter de cunctis ſuorum ſubditorum exceſſibus et taliter in delinquentes inſurgant correctionis debite diſciplina vt aliis malignari volentibus tranſeat in exemplum. (b)

Item aliud ſtatutum prouinciale.

Ordinauit eciam libellum vtilem et inſtructiuum per ſanctum Thomam de articulis fidei et ſacramentis editum in omnibus tam prouincialibus quam dioceſanis ſinodis legi et ſingulis rectoribus parochialium eccleſiarum communicari.

Inno-

b) Haec Cl. *Steiner* ex quodam codice Bernriedenſi deſumta, in ſuis actis ſelectis inſerta exhibet.

Innouacio antiquorum ſtatutorum prouincialium.

Innouat preterea omnia ſtatuta prouincialia per quondam bone memorie patrum Gierhardum aliosque et nunc modernum Theodoricum Archiepiſcopos ſedis Maguntine in vnum volumen redacta et illa publicari atque ſeruari mandat prout in ipſis continetur ſtatutis.

De Signis Iudeorum.

Et quia in dictis ſtatutis inter cetera quoddam ſtatutum de Iudeis et crucis criſti inimicis quod incipit. Licet olim in quo mandatur ſub ceſſione diuinorum et ſubtractionis communionis penis quod iudei ſigna deferre debeant declarando adicit ſignum illud eſſe debere circulum de filis croceis in veſte extrinſeca ante pectus quo ad maſculos et due rige plauei coloris in pepulis mulierum conformiter vt in vrbe Romana adicit eciam ſancta ſinodus capitulum Poſt miſerabilem illi ſtatuto eſſe annectendum et inſerendum et cum eo publicandum.

Textus dicti capituli in propria forma.

Poſt miſerabilem et in Iudeos ad remittendas criſtianis vſuras per principes et poteſtes compelli precipimus ſeculares Et donec eis remiſerint ab vniuerſis criſti fidelibus tam in mercimoniis quam in aliis per excommunicacionis ſentenciam eis iubemus communione omnimodum denegari.

De clericis concubinariis.

Ceterum ſancta ſinodus conſtituit quod ante omnia locorum ordinarii deteſtabile concubinatus vicium a clero extirpent contra notorios concubinarios per penas iuris et in decretis ſacri Baſilienſis concilii et ſtatutis prouincialibus contentas procedentes quodque nihilominus huiuſmodi concubinarii publici a perceptione fructuum ſuorum beneficiorum ipſo facto ſint ſuſpenſi Quin ymo ſpecialiter voluit ne prelati capitula ſiue collegia ſub pena interdicti eiſdem taliter in concubinatu perſeuerantibus aliquos fructus adminiſtrent concubine vero ipſorum ſi infra triduum requiſite ſe non elongauerint et abſceſſerint excommunicacionis ſentenciam incurrant ipſo facto ac nihilominus ſi in tali peccato perſeueranter deceſſerunt eccleſiaſtica careant ſepultura.

De mercato non habendo diebus dominicis.

Circa abuſum preceptis diuinis contrarium quorundam laicorum qui criſtiana religione neglecta diebus dominicis et feſtiuis publice mercatum exercent et lucris ac cupiditatibus non verentur inſiſtere Prouidens ſancta ſinodus mandat omnibus laicorum ordinariis vt ſub pena ſuſpenſionis a perceptione ſacramentorum eciam priuacionis eccleſiaſtice ſepulture per eccleſias parochiales ſuarum dioceſium publice prohibeant ne de cetero predictis diebus dominicis et feſtiuis quodcunque publicum mercatum rerum vendibilium que ad vſum quottidiani victus neceſſarie non ſunt quouiſ modo fiat.

De queſtionariis admittendis.

Abuſum queſtionariorum qui quottidie excreſcit volentes reprimere Mandat ſancta ſinodus ne admittantur queſtionarii ipſi aliter quam ſecundum formam iuxta diſpoſitionem iuris cum literis dioceſanorum et vt via malicie eiuſdem precludatur curent loco-

rum ordinarii in ſuis literis non ſolum formam iuris ſed eciam indulgencias quas publicare valeant exprimere nec quidquam aliud quam in eiſdem literis exprimitur liceat dictis queſtionariis populo proponere.

De nouis fraternitatibus non inſtituendis.

Item ſancta ſinodus prohibet ne de cetero admittantur quecunque noue fraternitates ex quibus veriſimiliter detrahi poſſit honori ſeu iuribus eccleſiarum parochialium quin ymo vult quod iam factis nullus adhibeatur fauor nec indulgencie eis concedantur. (c)

De publicacione caroline.

Sancta ſinodus recipit laudat et commendat Bullam per ſanctiſſimum dominum noſtrum Nicolaum papam quintum pro execucione Caroline et contra diffidatores conceſſam et per Reuerendiſſimum dominum Cardinalem Auguſtenſem impetratam ſub cuius tranſſumpto quibus in hac prouincia traſmiſſa non eſt tranſmittetur vultque eciam precipit atque mandat hec ſinodus vt ſtatutis prouincialibus inſeratur et execucio eiuſdem iuxta ipſius tenorem omnino fiat.

De modo ponendi interdictum.

Sancta eciam ſinodus acceptat conſtitucionem Bonifacii VIII. incipientem prouide que ſtatutis prouincialibus reperitur adiuncta vnacum ordinacione in ſacro Baſilienſi concilio ſuper modo ponendi interdicta facta Quas conſtitucionem et ordinacionem vult et mandat publicari ac circa ponenda et tenenda interdicta omnino obſeruari.

Ordinacio Baſilienſis concilii.

Quoniam ex indiſcreta interdictorum promulgacione multa conſueuerunt ſcandala prouenire ſtatuit hec ſancta ſinodus quod nulla ciuitas opidum caſtrum villa aut locus eccleſiaſtico debeat ſupponi interdicto niſi ex cauſa ſeu culpa ipſorum locorum aut domini ſiue rectoris ſeu officialium propter culpam ſeu cauſam alterius cuiuscunque priuate perſone huiuſmodi loca interdici nequaquam poſſint auctoritate ordinaria quacunque vel eciam delegata niſi talis vel perſona fuerit excommunicata ac denunciata ſeu in eccleſia publicata et domini ſeu rectores vel officiales auctoritate iudicis requiſiti huiuſmodi perſonam excommunicatam infra biduum inde cum effectu non eiecerint aut ad ſatiſfaciendum compulerint qua eciam poſt biduum eiecta recedente vel ſatiſfaciente mox poſſint reſumi diuina vt prius. (d)

De admiſſione fratrum medicancium.

Sacra ſinodus attendens Apoſtolicam ſedem fratribus medicantibus priuilegia in edifficacionem eccleſie conceſſiſſe et ob hoc in clementina dudum fratres preſentando Epiſcopo et per eum ad audienciam confeſſionum admittendos vult eſſe ydoneos et probate vite vnde cum epiſcopos ad ſpectat curam gregis ſui habere admonitos eſſe conuenit ne alios admittant quam vt clementina illa habet qualliſicatos ita

c) In quodam cod. MS. in Biblioth. Canoniae S. *Crucis* Auguſtæ hoc capitulum, quo commendatur bulla *Nicolai* V. ſuper deliberationibus, et ipſa bulla legi poteſt.

d) In codice mox laudato capitulum memoratum aliud de reformatione monaſteriorum ſequitur.

ı quod eis conſtet per facti euidenciam aut teſtimonio bonorum hominum eos gnos eſſe quibus ſibi creditas animas abſoluendi poteſtatem committant Huuc ad ıem vt fratres ipſi religionis ſue obſeruanciam cicius adaugeant aut acceptent Mandat ıodus quod quiſque epiſcopus fratres ordinis mendicancium cum omni caritate regu-rem obſeruanciam perſuadeat offerendo ad omnem graciam et beniuolenciam cum ımminacione quod niſi infra competens tempus eis per quemlibet epiſcopum prefigen-m per facti euidenciam regularem vitam ſecundum profeſſionem ſuam ſeruare ince-rint et continuauerint quod tunc poſt lapſum termini illius eos tales inydoneos mi-ıs probate vite ad audienciam confeſſionum preticaciones et peticiones ac alios actus gitimos non admittat Epiſcopi eciam non paciantur fratres in terminis longiores mo-s trahere ſed operam dent vt peticione peracta ad ſuos conuentus redeant niſi eos in ıdiendis confeſſionibus et predicacione verbi dei diucius morari in aliquo loco iudica-rint expedire.

Quando Eucharistie ſacramentum viſibiliter poni poteſt in monſtranciis.

Propter reuerenciam diuiniſſimo eukariſtie ſacramento exhibendam et ne populi fi-lis deuocio ex frequenti eius viſione tepeſcat ordinat hec ſancta ſinodus quod dein-ps ipſum ſacramentum viſibiliter in monſtranciis preterquam in feſto corporis criſti et r eius octauas deferri et ſub diuino officio eiuſdem octaue oſtendi non debeat eciam caſione cuiuſcunque fraternitatis aut inſtitucionis deſuper facte Mandantes ordinariis orum vt contra preſbiteros qui in premiſſis excederent per inflixcionem grauium pe-rum procedant.

De prohibicione concurſus populi ad ſpeciales ymagines.

Similiter mandat eisdem ordinariis vt ſi in viſitacione dioceſium ſuarum aut alias periant concurſum populi ad certas ymagines et cognoſcant populum huiuſmodi ma-ı ad diſpoſicionem figure habere reſpectum quod hoc omnino prohibeant ne ydololatria mmittatur Si que eciam ſint in ſuis dioceſibus hoſtie tranſformate aut pallee rubricate quidem hoſtie tales ſumi poſſint eas ſumi faciant alioquin illas totaliter occultent aut condi diſponant vt ſic omnis occaſio concurſuum huiuſmodi auferatur. (*e*)

Secuntur certe addiciones ad priora ſtatuta ſinodalia in dioceſi Auguſtenſi.

Petrus miſeracione diuina tit. ſancti Vitalis ſacro ſancte Romane eccleſie presbiter rdinalis et apoſtolice ſedis permiſſione Epiſcopus Auguſtenſis Vniuerſis et ſingulis pre-is eccleſiarum rectoribus plebanis et viceplebanis ceteriſque perſonis eccleſiaſticis no-ı ſubiectis Salutem et infra ſcripta diligenter commendare Quia multorum iam rela-ıne certiſſime didicimus ſtatuta ſinodalia ſaluberrima alias per nos edita (*f*) a nullis integre

Capitulum iſtud in Synodo Moguntino ab *Harzheim* edito deſideratur. In codice San-Cruciano capitulum de reprobatione certarum abuſionum et exceſſuum legitur præcedenti ſubiectum.

Ex hisce verbis, *Petrum* Epiſcopum Synodum præſente priorem conuocaſſe, ſatis exploratum habetur. Quo vero anno illa fuerit celebrata, quænam ſtatuta in illa concepta, hucusque nul-lus ſcriptorum nos edocuit: doctiſſimus quoque *Steinerus*, omni ſolerti et ſollicita indagatione adhibita, expiſcari haud potuit. Mihi videtur, non futilibus, non erroneis motiuis ducto Sy-nodus illa haud alia, quam a viro illo Clariſſimo in *collectione Synodorum* T. I. p. 97. et ſeqq. relata. Aſſertionis meae ſequentia extant fundamenta. Præſentem Synodum anno con-

integre obſeruari propter quod et ſi ſeueriſſima vlcione in omnes procedere teneamur mitis tamen paſtoris more amplioris vite fructum apud omnes expectare deſideramus hortamur mandamus et ſtrictiſſime precipimus huiuſmodi ſtatuta inuiolabiliter obſeruari volumuſque vt nedum vniuerſa capitula quarumdam eccleſiarum verum eciam decanatuum ruralium ſi illa non habuerint vnacum his publicatis vt publicandis infra ſex menſium ſpacium proxime futurorum ſub pena priuacionis beneficiorum officiorum et dignitatum habere procurent aliquod eciam faciendum vt eo melius ſe circa ſibi ſubiectos clericos et laicos ſe regere valeant omnes prelatos eciam religioſos per ciuitatem et dioceſin Auguſtenſem volumus eſſe aſtrictos.

De leccione ſtatutorum ſinodalium in capitulis.

Item quia nonnulli decani negligentes ſtatuta ſinodalia iuxta ſinodale decretum quater in anno non legant et ideo eorum obſeruancia plurimum negligitur excuſaciones ſimiliter querentes quod tociens repetere multis faſtidium generet et graue diſpendium inferat vt deinceps nullatenus amittatur ſtatuimus vt deinceps omnes et ſinguli presbiteri conuenientes in capitulis que per diſtrictus decanatuum celebrantur illis interſint, nec aliquis ſe abſentare audeat niſi per partes integri capituli decretum fuerit talem iuſtam abſencie cauſam habere et tunc liceat illi ſe abſentare alias nullatenus dum vtique ſacerdotes interſſe debentes conuenerint peractis diuinis decanus per ſe vel alium ſemel veris et ſemel autumni temporibus ad minus omnia ſtatuta legat aut legi faciat cui leccioni omnes interſint nec vllus antequam lectura integre compleatur recedat ſe abſentet aut ad prandendum vel commeſſandum ſe donet ſed peractis diuinis miſteriis lectione huiuſmodi vt aliis que ibidem tractanda fuerint licitum ſit tunc demum ad neceſſariam refectionem non ad ingurgitacionem ſacerdotibus tranſire nec per inhoneſta eorum conuiuia laici et populus vniuerſus ſcandalicentur et miniſterium eorum vituperetur Si qui autem

concilium prouinciale Moguntinum anno 1451. celebratum ſubſequente, ſcilicet 1452. a *Petro* Epiſcopo fuiſſe conuocatam, in huius praefatione ſatis elucescit. Dein capitula eiusdem concilii in ſua ſynodo legi, acceptari, recipi ac inconcuſſe obſeruari voluit. Aſt in ſynodo Steineriana nullum capitulum tam concilii Moguntini anno 1451 celebrati quam ſynodi Auguſtanae anno 1452. congregatae reperitur, ſed potius in illa inſerta ex concilio Moguntino anno 1423. habito deſumta conſpiciuntur. v. g. cap. I. De *habitu clericorum; Quoniam qui abiectis veſtibus proprio congruentibus ordini* etc. cap. III Moguntini. cap. II. *De tonſura clericorum. Vt clericorum mores et actus eorum exteriores* etc. Cap. IV. Mogunt. Cap. III. *De confabulationibus tempore diuinorum euitandis. Quoniam valde iniquum eſt et res peſſimi exempli* etc. Cap. VI. Mogunt. Cap. IV. *Quod canonici tempore diuinorum non ſpacientur cum laicis. Inſuper inhibemus ne de cetero canonici vel clerici tempore diuinorum* etc. Cap, VII. Mog. Cap. V. *Clerici temporalem iurisdictionem non habentes non diffident. Statuimus et ordinamus, vt clerici iurisdictionem temporalem non habentes guerris ſe non immiſceant* etc. Cap. IX. Mog. Cap. VI. Auguſt. *De examine ordinandorum Inſuper ſtatuimus quod nullus deinceps ad ſacros ordines admittatur.* Cap. X. Mog. Cap. X', Aug. *Tenentes publice concubinas ſunt priuati fructibus beneficiorum per annum.* In medio: *Statuimus nihilominus et ordinamus, vt clerici concubinas in ſua cohabitatione* etc. In medio Cap. IX. Mog. Reliqua huius ſynodi vel ab ipſo *Petro* Epiſcopo ſunt addita, aut ex ſuorum praedeceſſorum *Friderici et Burchardi* ſynodalibus relata inueniuntur, Ex horum itaque collatione concludendum erit, Synodum in collectione Steineriana ad annum 1452. relatam haud diu poſt concilium Moguntinum prouinciale anno 1423. habitum fuiſſe congregatam, et *ſtatuta alias a Petro Epiſcopo edita*, et a clero haud parum neglecta, et quae ab omnibus obſeruari deſiderat, eadem plane eſſe quae in collectione memorata relata habentur.

ıtem cuiuscunque condicionis ſint huius tranſgreſſores fuerint tociens quociens vnum lorenum preter alias canonicas puniciones fabrice eccleſie preſate ſoluere teneantur.

Quod Decani et Camerarii teneantur viſitare eccleſias in ſuo decanatu.

Et quoniam decani et camerarii rurales circa viſitaciones quas iuxta ſtatuta ſinoalia bis in anno facere tenentur negligentes reperiuntur excuſaciones querentes aiunt t eis ac eccleſiis ex bina viſitacione huiuſmodi grauida nimis diſpendia reſultare Idcirco mne grauamen euitare volentes ac iugum ſclaue iuxta diuinum ſermonem imponere olentes quicunque decanus et camerarius abſque corporali impedimento viſitaciones arochiarum ſibi ſubiectarum ſemel in anno non fecerint realiter et cum effectu ac neligentes ſacerdotes poſt primam eorum monicionem viſitacio in ſpiritualibus generali on denunciauerint vt tanta temeritas caſtigetur tociens quociens decanus et camera- us in penam tante temeritatis ad fabricam eccleſie Auguſtenſis irremiſſibiliter duos, orenos Renenſes ſoluere teneantur Et nihilominus pro tanta negligencia iuxta iuris ommunis diſpoſitionem ſi amplius quam ſemel negligentes extiterint ſeuiſſime puniantur olentes non minus vbi pluries viſitacionis officium impendendum fuerit eodem anno uries impendatur.

Quibus temporibus Carolina debeat publicari.

Statuimus denique et mandamus vt iuxta mandata alias directa ad ſingula capila pene et conſtituciones Caroline iuxta mandata ſedis apoſtolice et formam dudum aditam ſingulis annis perpetuis futuris temporibus abſque omni excuſacione in domicis quatuor temporum publicentur per omnes et ſingulos plebanos nulla excuſacione ſtante.

De aſſignacione congrue porcionis pro vicariis.

Ex quottidiana experiencia ſufficienter didicimus quod nonnulli prelati capitula et nuentus tam noſtre maioris quam aliarum eccleſiarum et monaſteriorum noſtre dioce- in beneficiis et eccleſiis ipſis incorporatis pro clericis et vicariis inibi curam animam gerentibus adeo exiguas et modicas porciones et competencias conſtituunt et ad orum libitum de anno ad annum taliter attenuent et accurtent quod vix inueniantur rſone ydonee qui huiuſmodi eccleſias velint recipere ſicque frequenter minus ydonei illis preficiuntur ex quo pericula inminent animarum et propter carenciam neceſii victus miniſtrorum eccleſie debito diuino obſequio defraudantur Attendendum igitur od os bouis triturantis alligari non debeat et quod altari ſeruiens viuere debeat de altari. lenteſque communis iuris diſpoſicione initi vniuerſos et ſingulos prelatos capitula et uentus eccleſiarum et monaſteriorum noſtre dioceſis preſentibus requirimus et mones eiſque in virtute ſancte obediencie mandamus quatinus de cetero in eccleſiis incorratis vicariis inibi deſeruientibus ſufficientes canonicas porciones et competencias de uentibus eccleſiarum huiuſmodi deputent et aſſignent Vnde idem vicarii valeant code ſuſtentari epiſcopalia iura perſoluere et alia eis incumbencia onera congrue ſuptare Inhibentes noſtro in ſpiritualibus vicario generali ne in futurum preſentatum uem ad cuiuſcunque eccleſie perſone preſentacionem admittat aut inueſtiat niſi prim congrua porcione et competencia preſentato aſſignata fuerit legitime informatus ibemus preterea vniuerſis et ſingulis eccleſiarum huiuſmodi Collatoribus ne a pre-

ſentan-

ſentandis per eos primum et congruam porcionem non petant ſed in his que illis pro ſuo libito aſſignauerint contententur aliqua iuramenta extorqueant aut alias aliquas deſuper recipiant cauciones prout penas in decreto Reuerendiſſimi in criſto patris et domini domini Nicolai tituli ſancti Petri ad vincula ſancte Romane eccleſie Cardinalis et per Germaniam apoſtolice ſedis legati deſuper ſpecialiter edito contentas voluerint euitare.

Tenor decreti dicti domini legati de quo ſupra ſit mencio eſt talis.

Nicolaus miſeracione diuina tit. ſancti Petri ad vincula ſacro ſancte Romane eccleſie preſbiter Cardinalis Apoſtolice ſedis per Alamanniam legatus Vniuerſis et ſingulis criſti fidelibus quos infra ſcriptum tangit negocium ſeu tangere poterit quomodolibet in futuro per prouinciam Moguntinenſem vbilibet conſtitutus Salutem in domino cum ex iniuncto nobis ab apoſtolica ſede legacionis officio vigilanter teneamur intendere vt omnia que contra ſacros canones in dei offenſam et animarum detrimentum introducta ſunt tollantur de medio diſſimilare non poſſimus in prauis conſuetudinibus preſertim ex auaricie cecitate introductis quas nonnulla monaſteria ac collegia ſecularia et alii decimas parochialium aut alios redditus et prouentus eccleſiarum percipientes dum ad eas vacantes rectores preſentant obſeruare conantur dum ab eiſdem iuramenta extorquent ne competenciam petant ſed de his que ipſi rectoribus aſſignauerint contententur Sunt eciam nonnulli qui ad annuam penſionem aliis ſoluendam preter auctoritatem ſuperioris ſe in aſſecucione beneficiorum eis collatorum ſeu conferendorum aſtringunt Vnde cum hec ſint canonibus ſacris aduerſa omnibus per prouinciam Maguntinenſem collaciones aut preſentaciones beneficiorum habentibus cuiuſcunque ſtatus ordinis ſeu condicionis exiſtant. Precipimus et mandamus vt mox poſt noticiam harum noſtrarum literarum ſic extorta iuramenta relaxent et eis ne amplius talia iuramenta extorquant ſub pena priuacionis collacionis preſentacionis huiuſmodi aut excommunicacionis quoad ſingulares perſonas eciam quoad ipſum prouiſum ſeu preſentatum qui ſe ſic in futurum aſtringent et interdicti quoad monaſteria et collegia contra faciencia latis ſentenciis quas ferimus in his ſcriptis firmiter prohibemus Volentes eciam vt ſi collaciones ſeu preſentaciones prefati amplius talia iuramenta extorſerint ad ordinarium loci collaciones et preſentaciones huiuſmodi eſſe perpetuo deuolutas Similiter ſub eadem excommunicacionis late ſentencie inhibemus ne quiſquam eccleſiaſticus per dictam prouinciam conſtitutus de beneficio cuius titulum habet cuiquam priuate perſone quamcunque penſionem ipſam exigens coram ordinario loci literas reſeruacionis et aſſignacionis penſionis de iure validas duxerit oſtendendas qua omnia et ſingula vobis vniuerſis et ſingulis ſupradictis intimamus et ad veſtram cuiuslibet veſtrum noticiam deducimus et deduci volumus per preſentes Datum Herbipoli ſub noſtro ſigillo die ſabati viceſima ſecunda menſis Maii anno a natiuitate domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo pontificatus ſanctiſſimi patris et domini noſtri domini Nicolai diuina prouidencia pape quinti anno quinto.

Quod in quadrageſima publicetur C. Omnis vtriuſque de pe et remiſſi.

Et quoniam iuxta ſanctorum patrum inſtituta et per nos proxime editas ſinodales conſtituciones quilibet criſti fidelis poſtquam ad annos diſcrecionis peruenerit ſaltem ſemel in anno ſua peccata confiteri teneatur et ſuſcipere ad minus in paſca eukariſtie ſacramentum in quo vtique gratam ſaluatoris noſtri cenſemus memoriam a malo retrahimur confortamur in bono et ad virtutum et graciarum proficiſcimur incrementum Intellexi-

tellexi-

tellexímus tamen quod non nulli obſtinati laici noſtre dioceſis ſalutis proprie immemores dei timore poſtergato ſingulis annis neque ad confeſſionem nec ad eukariſtie ſuſcepcionem dicto tempore ſe aptent quin ymo abſque racionabili cauſa et preter proprii ſacerdotis conſilium admiſſum ſacramenti eukariſtie perceptione abſtinent a toto quod vtique ex eo contingere preſumimus quod clerici curati conſtitucionem Omnis vtriuſque de pe. et remiſſ. non publicant neque practicant vt deberent In virtute igitur ſancte obediencie et ſub pena infra ſcripta iniungimus et percipimus vniuerſis et ſingulis clericis curatis vt ſingulis diebus dominicis per quadrageſimam dictam conſtitucionem Omnis vtriuſque ſuis ſubditis publicent et intiment publice in cancellis et contra conſcios culpabiles tranſgreſſores ad penas ibi contentas procedant iuxta ipſius conſtitucionis continenciam et tenorem Si quis autem curatorum in premiſſis negligens compertus fuerit duas libras hallenſes nomine pene ad fabricam noſtre maioris eccleſie Auguſtenſis irremiſſibiliter exoluere teneatur.

Tenor dicti capituli Omnis vtriuſque de verbo ad verbum hic ſequitur et eſt talis.

Omnis vtriuſque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcrecionis peruenerit omnia ſua ſolus peccata ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur proprio ſacerdoti et iniunctam ſibi penitenciam propriis viribus ſtudeat adimplere ſuſcipiens reuerenter ad minus in paſca eukariſtie ſacramentum Niſi forte de proprii ſacerdotis conſilio ob aliquam racionabilem cauſam ad tempus ab eius percepcione duxerit abſtinendum alioquin et viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur et moriens chriſtiana careat ſepultura ne quiſquam ex ignorancie cecitate velamen occaſionis aſſumat Si quis autem alieno ſacerdoti voluerit iuſta de cauſa confiteri ſua peccata licenciam prius poſtulet et obtineat a proprio ſacerdote cum aliter ipſe illum non poſſit ſoluere vel ligare Sacerdos autem ſit diſcretus et cautus vt more periti medici ſuperinfundat vinum et oleum vulneribus ſauciati diligenter inquirens et peccatorum circumſtanciis et peccati quibus prudenter intelligat quale ei debeat perbene conſilium et cuiuſmodi remedium adhibere diuerſis impedimentis vtendo ad ſanandum egrotum Caueat autem omnino ne verbo aut ſigno aut alio quouis modo prodat aliquatenus peccatorem Sed ſi prudenciori conſilio indiguerit illud abſque illa expreſſione perſone caute requirat quoniam qui peccatum in penitenciali iudicio ſibi detectum preſumpſerit reuelare non ſolum a ſacerdotali officio deponendum decreuimus verum eciam ad agendam penitenciam in arctum monaſterium detrudendum.

Quod clerici curati habeant ad minus vnam ſummam ex duabus hic nominatis.

Mandamus eciam omnibus et ſingulis presbiteris curatis per noſtram dioceſin conſtitutis vt quilibet eorum pro inſtruccione ſua ex ſalubri direccione ſubditorum ſibi commiſſorum ſibi prouideat de ſumma magiſtri Iohannis Aurbach aut ſummam rudium et quod illam expedite habeant infra ſex menſes ab hodierna die computandos ſub pena vnius floreni renenſis ad fabricam noſtre eccleſie irremiſſibiliter perſoluenda Iniungimusque omnibus decanis et camerariis quatenus hoc ſingulis curatis intiment et quos poſt lapſum dicti termini aliquam ex dictis ſummis non habere nouerint noſtro vicario quantocius deferant dicta pena plectenda.

De feſto ſancti Anthonii celebrando.

Quoniam dominum in ſanctis ſuis laudare iubemur vtique ſingularem ad ſanctum Anthonium gerimus deuocionis affectum propter plurima et manifeſta merita que altiſſimus

mus ob ipſius merita ſepius demonſtrauit et adhuc modernis temporibus interdum demonſtrare non deſinit eius feſtum prout in multis criſti fidelium partibus fieri conſueuit eciam noſtris in ciuitate et dioceſi Auguſtenſi XVI. Kal. Februarii perpetuo venerari et celebrari indicimus diſtricte mandantes illud per noſtram ciuitatem et dioceſin Auguſtenſem vtriuſque ſexus incolas et habitatores clericos et laicos annis ſingulis perpetuis futuris temporibus debere celebrari innoleſcentes eiſdem quod ſanctiſſimus in criſto pater et dominus Nicolaus diuina prouidencia papa quintus. Volens criſti fideles ad colendum dictum feſtum et celebrandum donis ſpiritualibus animare omnibus vtriuſque ſexus fidelibus qui vere penitentes et confeſſi feſtum predictum celebrauerint de theſauro eccleſie copioſas indulgencias elargitur pro vt in literis apoſtolicis in ſinodo publice lectis et publicatis lacius continetur. (g)

De lacticiniis temporibus ieiunii non comedendis niſi vt hic ponitur.

Perſuadeatur exhortacionibus opportunis quantum aptius et conueniencius fieri peterit per predicatores verbi dei in ſermonibus declamatoriis ad populum et per confeſſiones in foro penitenciali omnibus vtriuſque ſexus hominibus quatinus quadrageſimalibus et aliis diebus ieiunii per eccleſiam in dictis lacticiniis abſtineant iuxta ſacrorum canonum et ſanctorum patrum inſtituta.

Item vt a ſua conſuetudine verius corruptela antiquata eo facilius auertantur Sanctiſſimus dominus noſter dat cuilibet obſeruanti et lacticiniis abſtinenti ac in ſtatu gracie exiſtenti pro qualibet die dum ſeruauerit tres dies indulgenciarum de iniunctis ſibi penitenciis.

Item qui ſi omnino abſtinere et indulgencias huiuſmodi merere nollent ſed ritui antiquo initi quod abſit vt ergo peccatis eo minus implicentur aut illaqueantur indulget prefatus ſanctiſſimus dominus noſter vt quadrageſimalibus et aliis diebus ieiunii vt ſupra butiro et lacte pro condimento tantum abſque caſeo et ouis vti poſſint ita tamen quod qui taliter vti volunt per totum annum ieiunent ſingulas ferias ſextas poterunt tamen eodem die butiro et lacte vti pro condimento vt ſupra ſi vero ieiunare non voluerint abſtineant huiuſmodi ſextis feriis omnino a laticiniis quibuſcunque ſi ſaltem lacticiniis diebus vt ſupra vti velint.

Conſtituciones in Carolina contente.

Dudum cum in diuerſis mundi partibus Conſules ciuitatum et rectores necnon et alii qui poteſtatem habere videbantur tot onera frequenter imponerent eccleſiis vt deterioris condicionis factum ſub eis ſacerdocium videretur quam ſub pharaone fuiſſet qui licet legis diuine noticiam non habebat tamen omnibus aliis ſeruituti ſubactis ſacerdotes et poſſeſſiones eorum in priſtina libertate dimiſit et de publico eis almania miniſtrauit in concilio lateranenſi eccleeſie immunitati prouidendo ſub anathematis diſtriccione prohibitum extitit ne conſules rectores et alii predicti eccleſias vt viros eccleſiaſticos talliis ſeu collectis vel exaccionibus aliis aggrauare preſumerent tranſgreſſores et fautores eorum precipiendo anathematis ſentencie ſubiacere donec ſatiſfaccionem impenderent competentem.

Textus

g) In Codice San-Cruciano capitulum iſtud excipit exhortatio ad religioſos vt ſuam regulam obſeruent.

Textus. C. non minus

Deinde in concilio generali editum fuit quodſi epiſcopi forte ſimul cum clericis eciam ſi tantam neceſſitatem et vtilitatem inſpicerent vt abſque vlla coaccione ad releuandas communes vtilitates vel neceſſitates vbi laicorum non ſuppeterent facultates ſubſidia per eccleſias laicis ducarent concedenda minime ſuper hoc conſulto Romano pontifice conceſſiones et ſentencie que a talibus vel de ipſorum mandato forent promulgate eſſent irrite et inanes nullo vmquam tempore valiture.

C. Aduerſus.

Eciam in generali ipſo concilio decretum fuit illum qui infra tempus ſui regiminis propter fraccionem conſtitucionum et ſanccionum huiuſmodi ſuſtinent anathema tanquam poſt illud non eſſet ad ſatiſfaccionis debitum compellendus necnon ipſius ſucceſſorem niſi ſatiſfecerit infra menſem manere eccleſiaſtica cenſura concluſum donec ſatiſfererit competenter cum ſuccedat in onere qui ſubſtituitur in honore.

Item quondam dominus Fridericus ſecundus olim Romanorum Imperator tunc ſub obediencia et deuocione ſancte Romane eccleſie perſiſtens ad laudem eccleſie et ſacri decus Romani imperii cupiens vt expurgatis quorundam erroribus et eccleſiaſtice perſone plena vigentur quiete et ſecura libertate gauderent ac pie et iuſte attendens quod quorundam peruerſorum iniquitas adeo habundaret vt non dubitarent contra eccleſiaſticam diſciplinam et ſacros canones ſua ſtatuta confingere aduerſus eccleſiaſticas perſonas et eccleſiaſticam libertatem edictali lege huiuſmodi ſtatuta iniqua irritauerat et preceperat irrita pronunciari et omnia ſtatuta et conſuetudines que ciuitates et loca poteſtates vel conſules aut quecunque alie perſone contra libertatem eccleſie vel perſonas eccleſiaſticas huiuſmodi edere aut ſeruare temptarent contra canonicas et imperiales ſancciones de ipſorum capitularibus infra duos menſes poſt ipſius legis publicacionem penitus aboleri facerent etſi de cetero talia attemptarent ipſo iure decreuit eſſe nulla et eos ſua iuriſdiccione priuatos necnon locum vbi talia deinceps preſumpta fuiſſent bano mille marcharum auri fiſco imperiali preceperat ſubiacere poteſtates vero conſules ſtatutarii et ſcriptores ſtatutorum predictorum necnon conſiliarii locorum ipſorum qui ſecundum ſtatuta et conſuetudines memoratas iudicarent ex tunc eſſent ipſo iure infames quorum ſentencias et actus legitimos ſtatuerat aliqualiter non tenere Quodque ſi per annum prefatarum conſtitucionum inuenti forent contemptores bona eorum per totum ſuum imperium mandauit inpune ab omnibus occupari Saluis nihilominus aliis penis contra tales in eiſdem generalibus conciliis promulgatis.

Inſuper voluit idem imperator quod nulla communitas vel perſona publica ſeu priuata collectas ſeu exacciones angarias vel per angarias eccleſiis vel aliis piis locis aut eccleſiaſticis perſonis huiuſmodi imponere ſeu inuadare eccleſiaſtica bona preſumeret quodſi ſecus faceret et requiſita ab eccleſia vel imperio huiuſmodi emendare comtempneret tripliciter refunderet et nihilominus banno imperiali ſubiacere quod ſine ſatiſfaccione debita nullatenus remitteretur.

Statuerat inſuper idem imperator quod quecunque communitas vel perſona per annum in excommunicacione propter libertatem violatam perſiſteret ipſo iure ſimiliter dicto banno imperiali ſubiaceret a quo nullatenus extraheretur niſi prius ab eccleſia beneficio abſolucionis obtento.

Et

Et ecciam ordinauerat vt nullus eccleſiaſticam perſonam in criminali queſtione vel ciuili ad iudicium ſeculare trahere preſumeret contra eosdem canones ſancciones et conſtituciones imperiales quod ſi ſecus faceret Actor a ſuo iure caderet et iudex foret extunc iudicandi auctoritate priuatus.

Item quod iudices temporales qui clericis et perſonis eccleſiaſticis iuſticiam denegare preſumerent tercio requiſiti ſuam iuriſdiccionem amitterent.

Honorius papa tercius de conſilio ſuorum fratrum ſancte Romane eccleſie Cardinalium dictas conſtituciones domini Friderici imperatoris apoſtolica auctoritate approbans et confirmans ipſas mandauit inuiolabiliter obſeruari necnon ſtatutarios et ſcriptores ex. communicatos eadem auctoritate nunciari.

Et deinde cum ad audienciam diue memorie Caroli quarti eciam Romanorum imperatoris deductum fuiſſet quod nonnulli ſeculares perſone in poteſtatibus et officiis publicis in diuerſis prouinciis conſtitute dei timore poſt poſito ſtatuta ſingularia et iniquas ordinaciones motu proprio et de facto contra ipſas perſonas eccleſiaſticas et eccleſiarum libertates ac eorum priuilegia condiderant illiſque de facto et publice vtebantur contra canonicas et legitimas ſancciones vtpote quod nulla bona temporalia in poteſtatem eccleſiaſticam tranſferrentur et ne clerici in ſacris ordinihus conſtituti ad agendum et teſtificandum in ciuilibus et maxime in piis cauſis aliquatenus admitterentur Quodque excommunicati laici et publice denunciati in ciuili foro minime repellerertur et quod dicti domini temporales per poteſtatem ſecularem res et bona clericorum occuparent arreſtarent oblaciones criſti fidelium minuerent atque reſtringerent exacciones et tallias indebitas de bonis et redditibus eccleſiarum et perſonarum earundem deuaſtarent incendiis et rapinis Contractus inter clericos et laicos factos legitime ad librum ciuitatum villarum et locorum inſcribere et ſigillare recuſarent Donataque et legata ad fabricas et eccleſiarum ſtructuras contra prelatorum voluntatem et aliorum quorum intereat temere vſurpare preſumerent in fraudem et odium clericorum de bonis eciam et rebus eorundem clericorum que non cauſa negociacionum ſed pro propriis eorum vſibus per eorum terras ducebant et duci faciebant thelonium exigere et recipere non verebantur et confugientes ad eccleſias et earum cimiteria inde extrahere contra canonicas et imperiales ſancciones preſumebant.

Idem Carolus imperator tamquam criſtianiſſimus princeps volens in premiſſis prouidere de remedio ſalutari et iam de quorundam principum ducum Comitum Baronum fideliumque aliorum ſacri imperii conſilio et auctoritate imperiali quecunque ſtatuta et conſuetudines predicta tamquam per canonicas et ciuiles ſancciones expreſſe reprobata caſſauit irritauit nullauit ac caſſa et irrita nulliuſque eſſe voluit roboris vel momenti precipiens ſub imperialis banni pena vniuerſis et ſingulis principibus et dominis temporalibus conſulibus poteſtatibus et aliis in officiis publicis conſtitutis quatenus ex tunc ſtatuta huiuſmodi ſicut in preiudicium eccleſiaſtice libertatis edita fuerant omnino reuocarent et de luce tollerent quodque ſecundum ea non iudicaretur amplius nec ſentencias dictarent aut eiſdem in iudiciis vel extra iudicium quomodo libet pro ſe et contra eandem eccleſiaſticam libertatem potirentur.

Pronunciant inſuper et eadem auctoritate decreuit quod quicunque laicus cuiuſcunque ſtatus aut condicionis exiſteret auſu ſacrilego et proprie temeritatis audacia ſacerdotem

›tem vel clericum ſecularem vel religioſum diffidaret proſcriberet captiuaret ſpoliaret ›cideret mutilaret aut in carcere detineret vel huiuſmodi maleficia perpetrantes ſcien-›r receptaret vel eis fauorem preſtaret preter penas a ſacris canonibus et legalibus nccionibus inflictas eo ipſo redderetur infamis et omni honore priuatus nec ad placita ›l conſilia nobilium admitteretur quouiſmodo.

XXIII.

Viti Bildii Monachi San-Vlricani ad Conradum Peutinger epiſtolae.

I.

Incolumen fore Egregie d. d. Remittendo credita mihi opera d. V. ſignifico patri rmoni Ridler mihique a prelato noſtro quam benigniſſime conceſſum v. d. bibliothecam ſere. Quapropter ſi V. d. complacuerit, ociorumque oportunitas annuerit, venerit ›peris concedentibus) die proxima edes adire elegimus, ſuper quo et certiores iam-m reddi efflagitamus. Valeat d. v. in euum feliciter. Dictionarium grecanicarum ›erarum mihi communicari oro ſupplex.

1513.

II.

Bene valere et quidquid in orationibus poteſt. Egregie d. d. de codicillis ventia-m in oris nobis comparandis, ſi quid v. d. conſtiterit certior fieri, oro, que Kalenda-›m orgia ydolorum enucleatis preſentem per literarum latorem mihi dirigi (quod omni be ſine rugaue citius remittere curabo.) Valete

F. Vitus [Greek]

III.

1513.

Beneualere Egregie dd. terminum pygardum, quam diligentiſſime in ellehkad de-rim (ſecundum neotericos ellad forinn) quem nos deutronomium dicimus indagaſſe ſcia-;, ſed nequaquam inibi repertum cum non hebraicum ſed grecum ſit vocabulum, qua de cauſa a d. ll. Ioan. Reuchlin ſuo in dictionario credo eſſe obmiſſum. Ceterum no-e bibliothece codicum duorum vetuſtorum Iuuenalis in carminibus bis pigargum of-›di nec non e regione vnius commentariolo pigargus proprium eſt auis nobis inco-ite. Denique pluribus ſolerter perluſtratis voluminibus nullibi quam in dictionario Io. ›telli clarius per d ſcriptum non gramma vtrumque ſignificare repperi vbi et carmina ›egra poſita deprehendi. Ait enim

Lumine cum magno lepus atque aper atque pigardus.

liis namque in codicillis metri tamen finem, *atque aper at pigardus*, ſillaba dimiſſa ha-re. Secundum quem non pro alato ſed quadrupede ponitur. Valeat iis d. v. in euum ei memor.

S. Victus Bild acropolitanus.

 IV.

IV.

Fr. Vitus vtriusque iuris doctori excellentiſſimo Conrado Peutinger.

S. p, Lectis d. v. littcris. res mihi dudum creditas non ſemel eſſe poſtulatas probe intellexi, que tamen eadem vt reſcripſi ſuperis teſtimonium reddentibus petitione iuuenis inaduertentia que veniam facillime et merito meretur reuocate fuere, ſed hec inter charitatis v. d. ac fidelis mentis mee erga d. d. v. ſoliditatem nihil poſſunt, cum ſinceriſſimum meum ſupplicemque affectum veſtram erga charitatem preter mortem adiuuat nemo. Ceterum ſuper Cae. Maieſt. Numismatis poſtulationis declaracione, ſcias d. v. me teſte lucem reparante quam diligentiſſime aſcriptionem perlegiſſe, ac nacta omnium intelligentia d. v. rem pleniſſime omni ſubmota adulacione enucleaſſe, et firmis ſuper baſim poſitis edificacionibus ventorum procellis quoruıncunque repagulum obieciſſe alienum, vulgaris enim zedule continentia (ſalua ſcriptoris et me melius ſentientium pace cum ſincero, loquar affectu) lucide elucubrat ſcripturam, et ſcripturam, et ſcripture dimiſſo termino, qui rem agitat ϑασιων interpretacionem. Luce namque clarius σωτηρος non σωτηρων Ηρακλεους non Herclius vel Hercules, cum inter Herculem et Heraclium tanta ſit differentia, quanta inter album et nigrum, numiſma preſefert. Hec tamen mi amantiſſime dd. non tantam potuiſſet Atuliſſe diligentie explorationem licet v. d. exatiſſimum et ingenii clariſſimum inde ſtudium comprobetur, pretacta enim theutonice declarationis aſcriptio eadem facillitate deſtruitur, cum et ex characterum depictione nonniſi vulgare reſonet, et plus literarum ſubtilitati quam orthographie authoritati inſideat. Veſtre enim d. cum latine eruditiſſimo lingue, tum ſcripturarum antiquarum talis experientie fides attribuitur firmiſſima. Sentio namque quod prius ſenſi σωθηρος eſſe genitiuum σωτηρ non σωτηρ ſalutaris ſimiliter et Τασιον cum nullibi per ι ſcriptum extra d. v. meamque interpretationem inuenerim. Memini enim me grece offendiſſe Τασις Τασιος quod ſonat extenſio ſed non per ι ſcriptum. Quare d. v. interpretationem in omnibus collando et ſecundum ingenioli mei capacitatem exalto. Commendans me iis d. v. ad queque mihi ſemper obſequioſiſſimum, quam et vtroque in homine valere tota cum familia ſincero exopto corde. 1514.

Fr. Vitus Bild acropolitanus.

P. S.

Summaria autem poterat eſſe talis haud ſpernenda interpretatio Heraclius Saluator, defenſor vel liberator caſus pro caſu thaſion aliorum populorum cum ſit genitiuus pluralis. Vel vt ponatur Heraclius prerogatiue ſiue abſolute et ſubintelligatur muniſma, et ſit ſenſus Heraclius Numiſma ſaluatoris thaſion.

V.

Egregie domine doctor, libros remittendo vt promiſi, ſignifico, deſiderium meum neutiquam fore impletum, nam quod queſiui non inueni, hac ſcilicet in cauſa ſcribitur eodem in volumine capite 264. columna prima ∗ cerula a me ſignato quod Sabinianus hereticorum fautor duas in chriſto aſſerens voluntates et quod peius eſt inter ſe diſcordes, quorum primum omnino catholice non eſt contrarium profeſſioni, nam vt docet magiſter in 3. di. 17. §. quo circa et omnes aſſenciant theologie profeſſores, nullatenus eſt dubitandum duas in chriſto duas ſecundum naturas (diuinam dico et humanam) fuiſſe volun-

tes, quapropter hoc non erroneum cenſeri debet, ſequentia enim verba autho-ntis et quod peius eſt (quod hereticum eſt) inter ſe diſcordantes, precedentium ponere ac affirmare intelligitur. Quapropter vos exoratum velim, deſuper veſtra theca quam operoſiſſime perquirere, an impreſſoris inercia ſentencia deprauata ſeu alia quauis inaduertencia euenerit. Anquſtie enim ſunt mihi vndique, vtrum Cyrillum tam ſanctum taliter erraſſe dicere formido, id tamen ſancte eccleſie um (ſalua me melius ſentiencium pace) tenere nequaquam poſſum. Me et vl-vobis quid cordi foret, deſuper ſcriptis peto certiorem reddere. Valeat d. v.

Fr. Vitus Bild acropolitanus.

VI.

Vitus Acropolitanus vtriusque iuris doctori excellentiſſimo C. Peutingero beneualere.

as patrone literatorum ſingulariſſime me hactenus ammiratione eſſe ſuſpenſum naxima cur ſuper tanta imperialis latine ciuitatis talem eius incole viri diſſer-paſſi ſunt diſcordiam, multi namque eorum 46. gradum, alii 47. alii 48. poſue-uorum diſcrepantia me deſuper multocies et impacientem et inuitum a complu-rohibuit inſtrumentorum fabricacione. Poſtremo vero volens tante apud meipſum finem imponere, per nonnulla tempora quotidie ferene plebo lucente non paruis boribus experientia tandem prefate imperialis polarem altitudinem ciuitatis didici di, quam fraus charte ad te miſſe oſtendet. Qua inuenta eiusdem veros ortum um diei ac noctis quantam ſolis in meridie altitudinem (que indicibilibus inſtrum-fabricandis vtilis et neceſſaria eſt) cum Ioannis de monte regio ſolis ab equatore ione ſupputacione exactiſſima exaraui, que ſingula eius incolis precipue mathe-indagatoribus diſcipline vt opus quam chariſſimum acceptandum ſpero. Quod quia difficillime foret tocies reſcribere idcirco te patronum omnium litteratorum nem exoratum velim vt tua iuſſione in lucem per impreſſionem prodiret, tibi ui eiusdem ciuitatis es decor et gloria in primo dedicare opere precium duxi pter mentem mihi tue humanitatis deſuper enucleare digneris, ſeruando ſi ita it ad certos dies chartam predicta continentem. Valeat humanitas tua in vtro-mine. 1515.

Tuus in omnibus Confr.

VII.

Clariſſimo vtriuſque iuris doctori d. Conrado Peutingero.

ariis aliquot per annos cogitacionibus herens celeberrime d. doctor, quidnam tuam ſonam demeruerim, vt neque coram ſalutacione, alibiue aliquo literarum apiculo , quomodo dudum albo amicorum tuorum (licet immeritus) fuerim adſcriptus; eſtantior occurrebat, fateor ingenue, occaſio, quam quod me quarta natum lima norares, huius tamen partem haud minimam, mei recordacio, qua ſuperioribus ſuper ſtatum meum fideliter, M. Blaſium ſecretarium noſtrum (virum integrae o vitae) interrogare dignatus es, abſtulit, eo namque cognito, non potui, te non s ocyus adire, initam aliquando cupiens renouare amiciciam, ſic vt ſi indignus

videri

videri habeam tecum in menſa conſidere, ſaltem liceat cum familiaribus tuis tibi deſeruire; Ceterum te per viſcera Ieſu Chriſti obteſtatum velim, ſenatoribus noſtris quibus rectarum actionum es inſtaurator, perſuaſurum, ſingulis vti diebus perque maximos ignes quercinis ſeu iuniperanis lignis, ſi fieri poterit, ſin, eorum aliquibus immiſſis, ſingulis viris preordinare velint, quo aer (quem nondum vere corruptum crediderim, aqua vero et terra dudum corruptis quantocius inficiendum) purificari, ac mundus preſeruari, deo O. M. opitulante, cuius et omnia hec nomine ſunt facienda, poterit, ne ſeua peſtilitatis crudelitas quae indies vires aſſumit, regiam hanc ciuitatem penitus depopuletur. Noſtri enim (ſicut non dubito) perpetue quid laudis erecta ſibi ſtatuta, Hypocrates promeruerit, quoniam nobiliores grece vrbes hac via ſalubriter perſeruauit. Valeat iis D. T. tota cum familia. 1521.

Tuus vt ſuus Fr. Titus Bild Acropolitanus diuum apud Hulderichum Coenobita.

P. S.

Mitto in renouatae amiciciae oſtenſionem ſemen nigellum, quod holoſerico inuolutum ſacculo, nudoque corpori applicatum, a peſtifero preſeruare dicunt morbo; ſed audi queſo, et meum ſingulis pene horis remedium preſeruatiuum, aio enim pater noſter qui es in coelis fiat hac noſtra in tribulacione tua mecum voluntas, ſic, vt ſi tuae *diuinae* placuerit voluntati me graſſanti morbo de erumnoſa hac vita euoccre ſis benedictus fiat igitur voluntas tua ſicut in coelo ſic et in terra, vale ſecundario.

VIII.

Clariſſimo vtriusque iuris profeſſori D. Conrado Peutingero Fr. Vitus Bild S. optat perpetuam.

Mirabar ſepe numero Auguſtam primo veniens vir celeberrime cur regiae huius ciuitatis certa latitudo a tot inſignibus eius viris antehac inquiſita fuerit minime, fabricandis namque operam impendere cupiens inſtrumentis, diuerſis, de eius latitudine prohibebar opinionibus; alii enim (puta exteri) quadraginta ſex graduum ſuis annotabant calendariis, alii 47, nonnulli 48, in tantum (incuria forſitan chalcographorum) variantes, vt et vnius triplex authoris codiculis latitudo adſcriberetur; Quae diuerſitas in nonnullos totum negotium annos diſtulit; Ignorata namque aera loci alicuius polari eleuatione quid aliud quam errores, erroneaque fabricantur inſtrumenta? Hortatus igitur deſuper a nonnullis (immo complurium importunitate amicorum victus) laborem ſubii ea quam diligentiſſime calculando, quae Auguſtanae (nec ſolum ſed et vtrinque vicinion) deſeruiunt latitudini, adiectis conſulto annotacionibus, quibus et aliarum multarum ciuitatum, nouae tabellae dictu facilius formari poterint. Placuit quoque et aliorum inſignium virorum monumenta, huic inſerere calendario, precipue clypeum egregii viri Andreae Stiborii, diuo quondam Ceſari Maximiliano dedicatum, quo preter aſtrolabii contenta, plurima ſcitu digniſſima (vt et eorum canones plenius oſtendunt) offendes. Tibi igitur ſingulari, omnium literatorum patrono, filiisque tuis paternos preſeferentibus mores, hos meos (etſi pauculos) adſcribere labores volui, beneficiorum non ſemel in me collatorum, haud immemor, quo mentem meam erga te, tuoſque pernoſcas integerrimam. humiliter exorando, vt errata (ſicut ſcis et potes) corrigas, ac quaeque minus et polite ſeu vtiliter poſita obliteres, reſcindas, exuraſque, tibi vt placuerit. tua namque

namque aliorumque chriſtiana charitate preditorum diſcretioni, ſingula humillime ſubiicio emendanda. Vale cum tuis et me, vt dudum coepiſti, amore proſequere. Ex Gurguſtiolo meo Benedictino Auguſtae diuum apud Hulderichum 7. Kalendas marcias anno ſeculi currentis 22.

IX.

Praeſtantiſſimo Conrado Peutinger.

Gratiam et miſericordiam a deo patre Cognito nuper inter prandendum, vir clariſſime te aliosque ſenatores noſtros nugas meas ſuper cataclismi iudicio audire, deſyderaſſe ſabellas meas preterita eſtate, non ſponte ſed die vno horis quibus vacare potui deſcriptas mittere placuit, offendes crediderim (vt vir ſagaciſſimus) vbique et diſcrete multorum friuolas hac ſuper re opiniones me refutaſſe, et deo a M. omnia tribuiſſe, ſecretum tamen aliquod, eamdem preſagire coniunctionem optimum quemque admonuiſſe, legere ergo practicam, ad aeris vsque mutacionem, ſchedaeque minutioni (vt vocant) adſcriptæ canones digneris et mentem meam deſuper totam experieris. Vnum eſt quo te admonitum velim, nonnulla perperam a calcographis poſita, vt practicæ eſt titulus Ioan. Ger. phi. quum ita ſit a me conſulto poſitus, Phi. Ico, Gereonis ſub inuolucro volens per Phi. Vitum, Ico agnomen, Gereonis rei cuiusdam geſtæ velamen ponere, in ſcheda vero per Phi Iconium ſimili obtectione, eaque græce εἰκων imaginem ſetuet, Scatet nihilominus ſchede tabella (alias vtiliſſima) compluribus mendis. Oro igitur vir preſtantiſſime, quatenus que tibi vt patrono meo ſingulari (cui et omnia debeo) clanculum reuelaui, ſecreto ſeruare digneris, quum ſint qui nec famae nec honori meo fauerent. Tu autem cum tuis valeas in chriſto. Amen. Raptiſſime. 1524.

D. V. humillmus Fr. Vitus Bild.

P. S.

Carolo noſtro, optimae indolis adoleſcenti ſalutes plurimas ex ſeruatoris noſtri equo nomine dicto.

Rem mihi gratiſſimam preſtares, ſi podagrae encomicum (ſeu defenſionem) Birkhamieri noſtri per tabellarios, quos ſingulis diebus ad manus habes acquiſieris, precium preſentato libello percepturus.

X.

Clariſſimo viro D. Conrado Peutingero.

Gratiam et pacem a deo patre et domino noſtro ieſu Chriſto Literas, tuas vir preſtantiſſime per gnatum tuum dulciſſimum Carolum ad palmarum diem mihi miſſas hanc vſque in lucem prae nimis podagrae dolore ad plenum non legi, lecto enim in ſingulas horas decumbens et vitae animam meam tedere credas. niſi enim deus O. M. ſingulari me curare remedio dignetur, actum de vita mea eſſet. Nedum pigricie forſitan me poſſes arguere, quaue mentem meam erga te tuosque integerrimam cognoſceres, hodierna die Abacum in manus recepi, ac tremulis manibus diffractisque (vt ſalua diſcretione loquar) pedibus medios motus planetarum, cum figure depictione, ad annum quem propoſuiſti, quantum vires annuere calculaui, poſt, reddita (ſi deo ita placuerit) hoſpitate et veros calculaturus.

Caeterum Ioannis Gereonis ſupputationem ad 670 annum, veram eſſe credas, ſed neque anno eodem, neque ſequenti, aliquam inundationem, alteriusue rei quid notatu digne contigiſſe. Diuerſitatem quorumdam, quam adſignaſti, me latuiſſe ſcias minime, etſi horum ſententie, quos eque doctiſſimos, atque integerrimos facillime crediderim multum tribuam, qui reſtitute ſalutis annis 570. validam inundationem ſimiliter 586. diluium ingens aput venetos et Liguriam Kaln. Octobris maximis cum tonitruis et peſte Rhome ſubſecuta, necnon 589. vim aequarum maximam eueniſſe ſcribunt etc. Hæc ſunt, que te latere volui minime, donec reddita per dei graciam ſanitate (ſeu, vt opto, iura mortis ſoluens alibi plenius inſtruar deſuper) coram copioſius confabulari poterimus. Valeat interim praeſtantia tua deo o. M. cum ſuis commendata. Ex Gurguſtiolo meo benedictino 3. die Aprilis ſeculi currentis 24.

D. T. humillimus Fr. Vitus Bild
Acropolitanus viribus pene deſtitutus.

XI.

Clariſſimo vtriusque iuris profeſſori Conrado Peutingero.

Graciam et pacem a deo patre. Offendi vir clariſſ. hisce diebus dum chartarea mea luſtrarem ſcrinia preſentem libellum, quem cautius perſcrutans, nonnulla veterum, lectu digna perſpexi, ac inter cætera palladii illius vmbras, quibus horae per pedum menſurationes obſeruantur (etſi a tuis in gratibus non nihil diſcriminis habeant) placuit certe tantis illa duodecimæ horæ (1000 ſcilicet paſsuum) adſcriptio quum tunc vmbra in infinitum pene, propter ſolis occaſum, proiiciatur, horum ipſo veram ad noſtram latitudinem integrasque horas obſeruationem, non ſine labore dudum calculaui. Iuueni poſt hæc quasdam planetarum aliquarum coniunctiones quæ circa ſalutis annum 1366. contigere, quarum effectus nonnulli aſtrologorum adſignauere, vt videbis et in prophetia et epiſtola libri, vnde, nec te latere dubito minime, quanta peſtis vniuerſo in orbe eisdemque in temporibus fuerit, adeoque preualida, vt a compluribus, vix gentium pars quarta remanſiſſime ſcribatur. Adſerunt namque 1345. eandem cepiſſe, quare facile crediderim per libri huius ſcriptoris inaduertenciam annorum certe eſſe neglectam adſignationem haberem complura deſuper tibi adſignare, ſed aliis occupatus, lampada curſum tibi trado. Faxit deus O. M. vt aliquando mutuis nos exhilaremus colloquiis. Interim vale cum tuis in chriſto et cum liber tibi faſtidio fuerit remittas obſecro ac ſi comode geri poterit per gnatum tuum dulciſſimum regem noſtrum Carolum, vt aliquando experiar, penitentiam ſacramenti ſibi a me poſt auditam confeſſionem impoſitam compleuerit nec ne. Raptiſſime ex Gurguſtiolo meo benedictino 1524.

D. V. humillimus Fr. Vitus.

XII.

Gratiam et pacem a deo patre et domino noſtro Ieſu chriſto. Codiculum et quidem vetuſtiſſimum, vir clariſſime aliquando tibi creditum, non ego (diuinis enim tunc adſiſtebam) ſed alius recepit, his me nomine tuo allocutus verbis reſcribas ſi quid excerptis conforme offenderis. Ipſe vero ocyus codiculum operoſe luſtrando pauca reperiebam prioribus ſimillima. Et licet talibus fidem adhibeam omnino nullam, haud ignarus dierum talium adſignationes tum biſentis tum ſpheræ octauæ continuo motu ſitum

alter-

alternantes vt tamen tibi aliquo mihi poſſibili gratificarer, excribebam, et ſubito, tum febrili tum podagrica diuexari cepi perplexitate, adeo, vt cerpta perficere potui minime ſed tibi eorumdem veriſſimum argumentum, quod, ſcilicet relatu certior factus gnatam tuam (virginem tunc eque caſtiſſimam atque pudentiſſimam) nuptui a te traditam, vice encomii, Epithalamium quoddam (ſecundum genioli mei paruitatem) ſcribere preſumpſiſſe, cuius initium erat: Nuptias caſtrae, ſobriae, pudicae virginis doctae pariter benignae etc. ſed morbo preualente, quaeque compulſus omittere. Nolis ergo vitum tuum tibi deditiſſimum morae accuſatum iri, quum non negligentia ſed infirmitas id fieri ocyus vetuerit peroptarem vir preſtantiſſime aliquando te coram alloqui ac ſolus cum ſolo fabulari, forſitan non in re futili, tuum ergo eſſet id impetrare. Interim valeat preſtantia tua cum ſuis omnibus, deo opt. max. commendata, 1525.

Humillimus Fr. Vitus Bild Arop.

XIII.

Clariſſimo viro d. Conrado Peutinger omnium literatorum Moecenati.

Gratiam et pacem a deo patre et domino noſtro Ieſu Chriſto. Inter prandendum vir clariſſime, a Reuerendo Prælato noſtro vocatus, audii me cauſam diſcordiæ, et inter eius R. P. et tuam præſtantiam exiſtere, Ego, qui locum principio intelligebam minime, certior deſuper reddi poſtulabam, tum ipſe rem clarius expandens aiebat T. præſtantiam iocando ægre ferre (certificatus per coquum noſtrum, virum vtique integerrimum) quod alios premiſſus adire, ſibi prohiberer. Et vt res per easdem diſſolueretur cauſſas, per quas fuerat nata (hoc eſt, vt eſſem mediator et reconciliator, iocor tua cum præſtantia) qui fuerim humanae diſſidentiæ author. Paterne, benigneque conceſſit, vt quacunque die vel hora a te vocatus fuerim, te ocyus adeundo, queque tibi placita agerem, confabularerque. Tuæ ergo erit præſtantiæ, diem et horam, quibus te conueniam adſignare. Interim valeat præſtantia tua cum ſuis deo O. M. commendata. Raptiſſime et Gurguſtiolo meo benedictino. 1525.

D. T.

Humillimus Fr. Vitus Bild.

XIV.

Clariſſimo viro d. Conr. Peutingero.

Gratiam et pacem a deo patre et domino noſtro Ieſu chriſte. Remitto libros nuper redditos vir preſtantiſſime, operoſe a me lectos, qui vt in lucem ob multorum vtilitatem prodeant digniſſimi, ab optimis quibusque indicabuntur. Tuæ ergo erit præſtantiæ lumen non ſub modio occultare ſed ſupra candelabrum ponere, vt cibum ſpiritualem habeat anima, quo ſe per diuiniſſimum Euchariſtie ſacramentum reficiat, corpus vertigine vel ſcotomia agrum ſuo non careat pharmaco: Sententiæ tuæ, qua, caput Ioannis ſextum, non tantum de ſpirituali manducatione verbi dei (vt quidam plerique et quidem diſerti faciunt) ſed et de ſacramentali, qua verum chriſti corpus manducatur, ſanguisque eius verus bibitur adferis intelligi, gratulanter ſubſcribo, quum verba capituli quam plurima, clariſſimam de vero corpore et ſanguine chriſti mentionem faciant, vt et tu ipſe accuratiſſime adducis. In 10 libro literas aliquas omiſſas aſteriſcis notaui, duabusque annotationibus ſignaturas quasdam adiunxi, vt lector diligentius eas

 perlegat;

perlegat; eiſdem namque tu nonnullis Euchariſtiæ oſoribus maledicendi viam precludis. Vellem vt abſoluto ad prelum opuſculo pauſae debitae non omitterentur inter quæ pronomen et quod coniunctionem, necnon inter quum (vel quam) aduerbium et cum prepoſitione haberetur. Ceterum quum tuæ placuerit præſtantiæ, Epiſtolium, libro contravertiginem præmitterem (tempore ſcilicet, quo chalcographo liber ad edendum datus fuerit) quo lectori ſignificarem, quod a te inreconſulto pharmaca expetierim, quem ſcientiarum pene omnium ſcierim haud ignarum, forſan ex riſu, quem tibi prouocaui, alter Iſaacus patriarcha (quemadmodum Abrahæ per Sarram vxorom obuenit) naſceretur, tamen quo repromiſſio fiat curationum eque vertiginis atque ſhotomia, ædito namque in lucem libro, gaudebo, quoad vixero, vt eosdem patientibus morbos cauſa extiterim, qua eis ſalubria per tuam induſtriam medicamina prouenirent. Poſtremo, tuæ mitto præſtantiæ, ſcripturæ fragmenta, panni (Frederichi primi geſta quædam depicta habentum) quanta perſpicere potui, limæ namque iacentes et virgulis ſectæ literarum defectus præſeferunt, ibidem enim vltima omnino vel deleta, vel illegibilia ſunt. Iis valeat præſtantia tua cum omnibus ſuis in criſto ſeruatore noſtro meque vt viliſſimum mancipium commendatum (vt non dubito) habeat, 1527.

P. T.

Humillimus Fr. Vitus Bild.

Carolo regi noſtro gnato dulciſſimo verbis meis ſalutem tua dicat praeſtantia quam plurimam.

Non te pigeat laboris, vir clariſſime, quin librum de Euchariſtia compleat, immortale enim tibi per hoc nomen acquires vt et Bikhemerus ille, vir equidem preſtantiſſimus ſibi apud eruditos quoſque effecit, perpulchrum enim erit, audituque iucundum et legum profeſſores, diuinis operam impendere literis.

XV.

Fr. Vitus imagius ventricoſus, pauper fraterculus, monachulus clariſſimo viro Chonrado Peutingero vitam in chriſto perpetuam. Legi relegi (vt petiſti) vir præſtantiſſime M. Marcelli vitam per Plutarchum deſcriptam, modiſque omnibus, votis tuis ſatiſfeciſſem, ſi vel minima deſcriptionis formula author ipſe Machinarum bellicarum (qua vel arte nauis oneraria ſola manu trahi poſſit) quibus dicimus (vt ita dicam) Diomedes et ſe et patriam ſemel defenderat, aliquas ſubieciſſet mathematicales inductiones. Quia vero vt teſtatur Plutarchus, nec vnum eorum, quæ tantæ profunda mentis acumine, idem aſſecutus eſt Diomedes, poſteris ſcripto commendare voluit, ſed ea tantummodo reliquit, quæ ad ſui nominis propagationem pertinere cenſuit. Quis oro vir celeberrime, tales excogitabat machinas, etſi facile ſit dicere, expertus Geometrice, plura ſeorſum offendet. Crede mihi, talia doctorem non enarratorem requirunt. Inſtrumentorum ſeu machinarum bellicarum fabricationem, quibus olim hoſtes propellebantur, apud Vitruuium Franſumque Vegetio nuper adpreſſum comperies. Sed quid de talibus propenſior (tanquam noſtris temporibus de minus idoneis) ſermo protrahitur machinis, oro, quid bombardis noſtris obſtat obſtareue poterit? vtinam crudeliſſimus Turca ad vſque perniciem debelletur, non chriſtiano ſignati charactere. Ocyus p. t. reſcripſiſſem, ni ſacroſanctæ quædam relligionis id reticuiſſent, coram ſi tibi ita placuerit, vitam M. Marcelli hiſce per-

perceptorem, p. t. cum Adolpho occo phiſico (amico et confratre mihi plurimum chariſſimo) ſuper reſtituendo mutuato codice loquta ſit nec ne, faueo homini ex animo vt doctiſſimo atque integerrimo viro, ægreque fero, in tantam nobiſcum odioſam incidiſſe cauſſam, confido de dei benignitate, vt ſi coram hominem alloqui concederetur, rem mitiori finiendam medio. Quinto Aſteribo nuper tibi credito ſi vſus fueris remittas oro, quum locum habeat publicum noſtra in bibliotheca, ſin, vtere ad placitum, tantum tempore ſuo remittatur. Quod optas vir clariſſime, vt operam dem, quatenus confabulemur: Heus., mihi quid dulcius, optabiliusue obuenire poſſet, quam tantum ſepius alloqui concederetur, virum, ſed quia per me ſtabit minime, p. t. erit talia tempore ſuo (et quidem accomodato) preordinare. Iis valeat præſtantia tua cum ſuis omnibus in chriſto ſeruatore, ſalutatis pre omnibus vxore, altera Proba Falconia, rege noſtro Carolo (filio ſpecialiter predilecto) Regina et Sabina, altera virgine æque elegantiſſima, atque pudciſſima, altera domus meæ dominatrice futura fideliſſima 1528.

P. T.

Humillimus Fr. Vitus Bild.

XVI.

Clariſſimo V. I. Profeſſori d. Conrado Peutingero.

Remitto cum gratiarum actione nuper credita vir clariſſime. Legit literas optimi filii tui elegantiſſimas prælatus noſter, legi et ego ipſe haud ſemel. Miramur nobiliſſimum adulesſcentis ingenium, miramur et characteres æque politiſſimos, atque ſententias ſelectiſſimas. Quis dubitet, quin non ſolum patrium ſit ſublimaturus nomen, ſed et totum illuſtraturus genus? tantum fata vitam quam diutiſſime largiri non detrectent, Spero nos breui compranſuros cum prælato noſtro, vbi et melliciſſimus rex noſter Carolus conuiua erit. Interim valeat præſtantia tua cum ſuis in chriſto, vxore clariſſima cum filiabus ſpecioſiſſimis ex corde ſalutatis 1528.

P. T.

Humillimus Fr. Vitus.

XVII.

Doctiſſimo V. I. Profeſſori D. Conrado Peutingero.

Reſurgere in chriſto. Amen. Literas illas Birkhaimeri noſtri (et quidem elegantiſſimas) vir clariſſime, nondum legeram, quomodo gnatus tuus æque genitura, atque confeſſione ſacramentali meus, optimæ indolis adoleſcens, Rex Carolus noſter, a me primo receſſerat, eſtimans ad me eas datas, poſt eius vero abitum, legi ac relegi eaſdem, viro preſtantiſſimo, miſſo pro munere, tabellario certo, gratiasque maximas, redderem vices quoquo poſſem, ſed quia pauperculus ipſe, ac omnium minimus, retribuere poſſum nihil, precibus ſedulo deum o. m, orabo, vt viro tanto æque pientiſſimo, atque eruditiſſimo, multorumque vtilitati (vita per deum comite profuturo annos Neſtoreos largiri dignetur amen. Quod vero opera tua, ſuper Germania quadam ab eo deſcripta Ptolomeoque, quem in lucem eſt editurus, adiungenda opus habet. Perſuaſum tua velim præſtantiæ, vt reſcribendo, eam tibi mitti expoſtulares, poteris enim ei haud parum hac in re eſſe adminiculo. Et ſi ipſe (imperito Imperitorum) viro tanto aliquo gratificari potuero, lubens perficerem. Sit namque deus, et propria conſcientia teſtis,

vt ſi quo æque tibi (tuisue) atque Birkheimero noſtro, deſeruire potuero, me non ſolum, neque labores neque pericula non detrectaturum, ſed et corpus cum vita hac erumnoſa læto animo expoſiturum. Id quod de Oecolampadio, lapſus ſum ſcribendo, volebam enim exarare Coecolampadio (proh pudor) Oecolampadio ſcribit, te ſcilicet compertum habere, quomodo Baſileæ inſaniat ad plebem, non intelligo. Oro igitur (ſi iuſta oro) ſi quid certi deſuper habueris, ſcriptis vel ore (quod magis velim) ſignifices. Carolus noſter, ille melleciſſimus filius noſter (etſi nimium obſcuris) verbis preſetulit præſtantiam tuam poſt paſchalia illa atque gaudioſa (quibus ventrem meum, more ſuis obeſi reſaginare licebit) feſta apud nos pranſuram. Oro igitur humiliter iterumque oro atque per viſcera ſeruatoris noſtri domini Ieſu Chriſti obteſtor, id breui te facturum, noſti enim, vt qui non eſt hodie cras minus aptus erit, eoquod et tempora mutentur et nos mutemur in illis. Modis igitur omnibus perciperem, vt ſeu apud nos, tuo vel muſæo coram confabulari liceret. Interim valeat preſtantia tua cum ſuis omnibus (ex corde etiam ſalutatis) in chriſto, mortis, peccati, inferni, ac diaboli triumphatore. Amen. 1529.

P. T.

Humillimus Fr. Vitus B.

XVIII.

Viti Bildii epiſtolae ad Bilibaldum Birkheimerum Patritium et Senatorem Norimbergenſem; et Birkheimeri ad Bildium.

I.

Superioribus diebus, vir clariſſime, vocatus ad prandium egregii viri omnium literatorum ſingularis patroni, D. Conradi Peutingeri, inter prandendum varia voluentes, tandem perſpectis planetarum theoricis a diſerto M. Ioanne Schoenerio Babenbergenſi, mihi amiciſſimo, nuperrime editis, retulit globum dudum mihi ab eodem promiſſum, te penes haberi, fidelique deſtinato tabellario ocyus reddi, quae res me toto exhilarauit; quum autem clariſſime vir amiciciæ tuæ munus hanc vſque in lucem expetere auſus fuerim minime (etſi complurium tibi peritiſſimorum plures ante annos, ſcilicet. Nobiliſſimorum fratrum germanorum Bernardi, Conradique Adelmannorum, C. Peutingeri, Ioan. Oecolampadii, Georgii Spalatini, Othmari Luſcinii, aliorumque quorum nomina, ne tedio tibi ſim, tranſeo, album amiciciæ acceperin) nacta tamen iamiam per communem amicum noſtrum C. Peutingerum, occaſione, te primo humiliter exoratum velim, globum prænominatum ſuis cum canonibus M. Ioan. Schöner mihi debitum (vt fidei meæ rimam hac in re et coram prælato noſtro et toto conuentu propter eius dilationem factam reſarcire poſſim) præſenti nuncio mittere, deinde, ſi haud iniuſta expetere videar, inter amicos tuos vltimum haud denegare locum, quo cum predictis clariſſimis viris nomen tuum et famam apud omnes integerrimam extollere valeam; ero namque quoad vixero D. T. in omnibus obſequioſiſſimus. Sit horum omnium hoc tibi pignus το αντιμιαφον. Valeas interim in chriſto Ieſu redemptore noſtro. Raptiſſime ex coenobio noſtro Auguſtano ſanctorum Hulderichi et Aphrae, II. Calendas februarias anno ſeculi currentis 23.

Fr. Vitus Bildius Acripolitanus.

Audi

Audi quæſo, clementiſſime vir, ſi tibi ad amiciciam noſtram contrahendam minus
't dignum eſt) idoneus haberi poſſum, ero tamen nihilominus, et te et me inuitis, con-
ater podagricus, nam et D. T. hoc pene incurabili morbo laborare, me nuper conſo-
ndo retulit D. B. Adelmannus, aſſerens, te deſuper tractatum periucundum edidiſſe,
iem et videre et perlegere optarem.

II.

Audii, vir clariſſime, Globi precium, te expoſtulaſſe. Rem non ſe ita habere ſcias,
ınatus namque coram M. Ioannes Schoener haud minimis a munuſculis) clypeo pre-
rtim aſtrologico diuo quondam Maximiliano Caeſari dicato) iuramento ſeſe coram non-
ıllis ſtrinxit, in compenſam globum ornatiſſime deſcriptum ocyus mittere, quod hanc
que in lucem minime perfecit. Nunc ergo globum ſuis cum canonibus debito mihi
ddendum, oro humiliter vir clariſſime mittere haud recuſes. Interim vale in ſeruato-
s noſtri Ieſu chriſti pietate et gratia. Amen. Ex Gurguſtiolo noſtro benedictino IV. Febr.
uguſtae diuum apud Hulderichum 1523.

D. T.

Humillimus Fr. Vitus.

III.

Venerabili patri domino Vito Bild amico ſuo praecipuo.

S. Literas tuas vir optime accepi, verum qui tibi retulit globum illum penes me
ſe, aut me precium eius poſtulaſſe, non recte tibi narrauit, nunquam enim globum
ıbui, et ne nunc quidem habeo, ideo nec precium exigere potui, feci tamen quod
ıſtulaſti, ac cum Io. Schoener egi, nec non promiſſionis ſue eum admonui, ac iuſſi, vt
ſe tibi ſuper hac re ſcriberet, quod ſe facturum pollicitus eſt, et ni fallor, iam literas
us accepiſti, ex quibus mentem ſuam plane intelliges, a me vero quicquid preſtare
ıſſum expectabis, cum te virum bonum et literis deditum eſſe percepi, bene vale pa-
r optime. Nurenberge XV. Februarii anno ſalutis. M. D. XXIII.

Bilibaldus Purkheymer.

IV.

Viuere in chriſto Ieſu redemptore noſtro. Literas tuas vir preſtantiſſime ſuauitate
pertas tercio Kal. marcias accepi, quibus propalam tibi congenitam cognoui pietatem,
e namque viliſſimum (taceo ignarum podagricum ac vertricoſum) monachulum, haud
ſpernatus es in tantum non vt praeter admirationem amicorum, eciam cauſam cum
arr. Schoenero agere dignatus ſis, quo fraternam inter nos charitatem et reformare,
ınglutinareque poſſes, licet perfidus humani generis hoſtis, neſcio quid diſcordiae, fri-
ılaeque pretenſionis ſeminare nitatur. Miſit namque ad me Conradus Peutinger vir cla-
ſimus literas tuas ad ſe datas, vt Schoeneri mentem agnoſcerem, quibus munuſculo-
m meorum oblitus chartam quandam viliſſimi pretii floccipendo obiicit. Quae res
ıam plurimum me perturbauit (ſileo quantum bilem mouerit) adeo vt deum cui ſoli
rda patent in teſtem vocarim, patientiam ab eo humiliter poſtulando. Nunc ergo vir
ıriſſime, rem paucis (ne preſtantiam tuam tedio adficiam) accipe, charta quam viliſ-
no adequat precio, clypeus is eſt, quem ſuperioribus annis diuo quondam Maxi.
ıeſari Andreas Sciboreus multis cum canonibus dedicauit, quem ego calendario a me

ſuper

Auguſtana latitudine calculato adnectens, Peutingero noſtro, ſuisque optimae indolis Gnatis adſcribere volui, cui et eundem ſuis in canonibus ocyus) lectis literis tuis obtuli, videret, vter ingratitudinis argui haberer. Ne ergo prolixiori epiſtolio te offendam, mitto praeſtantiae tuae copias literarum mearum ad Schoenerum datarum, qua rem (quantum adhuc menti eſt) totam cognoſces, humiliter efflagitando, preſtantia tua (quum ſumma predita ſit prudentia) agere dignetur, vt pax, chriſtianaque inter nos charitas confirmetur, foueatur, ſatiſque fiat. Quodſi nulla poterit emolliri pietate, videat dominus ipſe et iudicet, qui ſolus corda ſcrutatur et renes. Tu vero de tuo Vito mancipio tuo viliſſimo, nihil dubites omnino, quin vera loquutus promptus ſit, vitam potius quam fidem perdere. Valeat iis preſtantia tua, deo O. M. commendata, meque (vt ſemel coepit) amare redamareque dignetur. Raptim ex Coenobio noſtro Auguſtano 8. idus Marcias anno ſeculi currentis 23.

Praeſtantiae tuae

Humillimus Fr. Vitus Bild.

V.

Venerando patri Vito Bild.

S. P. Extorſi tandem vir venerande vel conuiciis globum terrae a Iohanne Schöner tibi olim promiſſum, illumque genero meo Io. Strauben ad te mittendum dedi, qui id per Lucam Maier eſt facturus. Iohannem igitur ex racionibus tuis, poſtquam ſatiſfecit, expungito. Inauthoratus eſt Schöner ſtipendio centum aureorum, vt in hac vrbe mathematicas profiteatur diſciplinas, aduentum eius quottidie expectamus. Ego ſecundam Ptolomei molior edicionem, quoniam impreſſor vere improbus homo multa inuertit, diſcerpſit et data opera deprauauit, quem ego nouiſſima hac interpretacione perbelle vlciſcar et ni aduerſa valitudo, qua fere perpetuo laboro impedimento fuiſſet, iam liber editus eſſet. Tu bene vale, et deum pro me orato. Nurenberge III. Kl. Auguſti anno ſalutis MDXXVI.

Bilibaldus Pirkheymer.

VI.

Clariſſimo viro D. Bilibaldo Birkhemero.

Gratiam et pacem a deo patre et domino noſtro Ieſu chriſto. Vir praeſtantiſſime, globum terræ, dudum mihi a Schönero noſtro promiſſum tua opera ſuperioribus nactus ſum diebus. Et quia ocyſime eque tibi atque eidem gratias agere literulis deliberaui, ecce manus domini ſuper me quae adeo mortalibus me ſuppreſſit morbis, vt de vita praeſenti deſperando, diſſolui et eſſe cum chriſto ſeruatore noſtro cupiebam, necque tamen hanc in horam priſtinae ſum reſtitutus incolumitati. Sed ne vel tibi vel Schönero noſtro ingratus videri poſſem, placuit et aegris adhuc manibus gratitudinem meam his ſcriptis praeme ferre. Ago igitur et tibi et Schönero grates immortales mortalium me abiectiſſimum, veſtra ad vota adſcribendo humillimum.

Caeterum, clariſſime Bilibalde, non te perturbet, ſi audacitus quiſpiam tua ſinceriſſima ſcripta pro diuiniſſimo Euchariſtiae ſacramento carpere non erubuit, tu optimis quibuſque rem praeſtitiſti gratiſſimam, imo ſacris literis adprobatiſſimam. Licet poenam zoilus ille tuus, quum tibi propterea a chriſto reſeruetur premia aeterna. Expectauimus

Ptole-

tolomei tui vltimam limam, praeteritis ad nos aduentaſſe nundinis frankfordianis, ſed ıúd dubie aduerſa id prohibuit valetudo tua. Deus clementiſſimus vires tibi ſuppedire dignetur, vt opus ceptum perficere valeas. Terrae motum apud nos habuimus e ipſa S. Heliſabeth viduae mane circiter hora 3. ante ſolis ortum, et quia tempus ud propter gelu intenſum, quo tunc conſtricta erat, idoneum fuit minime timerem ſe (quum ſpirituum incluſorum materiam infectam haud facile crediderim) regnorum nnullorum deſtructionem, ſed miſericordiſſimus deus, quaeque a nobis mala auertat. men. Iis me tuae commendo praeſtantiae, quam deus o. m. incolumem diu conferre dignetur. Amen Raptiſſime ex coenobio noſtro S. Hulderichi et Aphrae Kal. dembris anno ſeculi currentis 26.

Praeſtantiae tuae.

Deditiſſimus Fr. Vitus Bild.

VII.

Clariſſimo Bilibaldo Birkhemero.

Gratiam et pacem a deo patre. Superioribus diebus vir clariſſime dominum tuum, hi indigniſſimo ac abiectiſſimo (ſecundam puto ad ſplendorem, ſi non potius tenebras mus) reſponſionem laetiſſimo aeque accepi ac legi animo, non eſt, quid Vito tuo (cres firmiter) gratius quid, miſiſſe potuiſſes. Laus deo quod tantum proſtraueris gigan m ſacrae ſcripturae authoritatibus irrefragabilibus, adeo vt niſi lepra vir iſte ſit perſſus ſentiat, quantum in re tam diuiniſſima deſipiat Vnum te latere uolui minime. ıum legiſſem, quod praeſtantiam tuam (quam certe rectius per optimos quoſque dum a primis cunabulis hanc vſque in horam integerrimae vitae fuiſſe ſcio) mendacii ciciae, ac temulenciae arguere falſo non erubuit. adeo excanduiſſe, vt ſi coram inntus vir ille linguoſus fuiſſet, tantam pugno vindicaſſe iniuriam, aegro credas animo n prefractam hominem adſumpſiſſe frontem. Tu vero omni modeſtia ſcripta eius peus reuellens dixiſti homini dicenda, nullius erit honeſtatis, ſi poſthac te traducere aeſumpſerit, Rem certe clariſſime Bilibalde feceris deo acceptam et hominibus gran, ſi ambos taxos libellos vulgari emiſeris lingua. Non dubites, quin multos latinae guae ignaros a damnabili euocares errore. Deus O. M, tibi vires et mentem det, vt multorum ſalutem id non omittas. Caeterum ſcire percuperem, Ptolomeo tuo vlıam poſueris manum necne, proximasque nundinas Frankfordenſes venalis aditurus, quantique ab amicis emi poterit. Iis valeat praeſtantia tua cum omnibus ſuis. Ex enobio noſtro Auguſtano idibus Martiis anno ſeculi huius 27.

P. T.

Deditiſſimus Fr. Vitus Bild.

VIII.

Venerando viro D. Vito Bild amico ſuó praecipuo.

S. et pacem a domino. Audiueram te mi Vite, virum eſſe bonum ac probum, terum ignorabam, te etiam bellatorem eſſe, donec intellexi te aduerſario meo etiam gno minitari, ex mea enim chyragra tuam quoque metiebar imbecillitatem, longe tur falſus ſum, pergratumque eſt talem me nactum eſſe propugnatorem. Caeterum lignetur et maledicat lucis ille occator, ſeu infernae domus lampas aut illuminator,

nos vero laudemus dominum et nequaquam impacienciam noſtram per ſimulatam celebremus patientiam, Ego ſane ſi res haec perſonam tantum meam tetigiſſet, omnia conuitia et iniurias toleranter pertuliſſem ſcio enim quod in me non habitat bonum, nec melior ſum ſeruus, domino meo qui innocens turpiſſima morte peremtus eſt, verum quia ſcandala hæc in dei vergebant ignominiam ac animarum ſalutem, coactus ſum ferme inuitus ſcribere quum cernerem eos, ad quos ſpectabat officium nec muſſitare quidem, nec me eius rei poenitet, etiam ſi ſathanas adhuc magis inſaniret, nequaquam igitur homo ille me offendit, ſed potius qualis intus et in cute ſit, manifeſtum fecit, nemo profecto credidiſſet tantam rabiem ſub ouina latere pelle, quod quidem multae doctorum hominum ad me literae teſtantur, ſed valeat, vt dignus eſt. Quod autem hortaris, vt libellos meos in vulgarem vertam linguam, agnoſco pium tuum affectum, verum quum etiam mulieres ſcribant germanice, nequaquam decet, vt illarum ſim imitator, praecipue quum multa ſunt, quae non facile interpretationem germanicam patiantur. Et iam pridem Lutherus eo functus ſit officio, ac nunc quoque de hac re libellum emiſerit vulgarem, pium equidem ſi ſimiliter pietas aliqua falſos hos tangeret prophetas, ſed percuſſit eos deus cecitate, vt videntes non videant, et legentes non intelligant ſeu contemnant et haec quidem peccata noſtra meruerunt, niſi deus nobis ſuccurrat, quum non ſolum in magno periculo ſumus animarum, ſed etiam nil aliud expectare poſſumus, quam ſeditiones turbas, cedes et bonorum diuiſiones. Interim ſanctus ille pater turca progreditur et vitia noſtra emendabit. De Ptolomeo quod ſcire deſideras, ita ſe res habet, coactus ſum illum denuo emendare ob infinitos errores, quos impreſſor commiſſerat, nactus ſum et exemplar graecum ex multis emendatum, licet in plurimis etiam locis ſit deprauatum. Reſtitui igitur authorem illum egregium, vt ſpero taliter, quod perparum in eo deſideretur, exceptis latitudinum numeris et longitudinum, quos nec ipſe Ptolomeus vbique veras eſſe aſſeruit, et quae nequaquam vt tu noſti abſque noua obſeruatione emendari poſſunt, quodſi obſeruationes aliquae apud te ſunt certae rogo vt me participem facias; videtur enim mihi Ptolomeus plerumque plus quam in duobus longitudinis deuiare gradibus, quae vero tanti erroris in tali tempore cauſa fuerit, potius mirari quam intelligere poſſum. Iam in tabulis nouis faciendis occupor, quantum ob valetudinem aduerſam licet, ſed opus eſſet, vt impreſſoribus omnia ſine expenſis traderentur, vt ipſi ſolum lucrum acciperent. Bene vale vir egregie et deum pro me ora. Nurenberga 14. Kal. Aprilis 1527.

Tuus Bilibaldus Pirkheymer.

IX.

Praeſtantiſſimo viro Bilibaldo Pirhhemero.

Vitam in chriſto perpetuam. Legi et relegi literas tuas et quidem mellitiſſimas, ac omni ſuauitate refertas, vir praeſtantiſſime monachulum omnium abiectiſſimum, inter praecipuos albi tui amicos numerare ſoles, ago tibi gratias immortales, non quod dignus ſim, tanto ac tali viro iungi amicicia, ſed quod inter caeterarum virtutes tuas heroicas, et hac te ſingulari a deo ornatum certo cognouerim, pauperculos et deſpectos non deſpicere, neque contemnere. Sufficit enim mihi clariſſime Bilibalde, vt inter mancipia tua, et ipſe minimum adſigner, propugnator tuus ero, quoad vixero, fideliſſimus, laeto namque corde, pro te et animam et corpus exponere dedignabar nunquam, credas

das firmiter, ſplendorem (potius tenebras) illum domus adeo a mente mea alienaui, vt et nomen ipſius coram auditum, nauſeam generet. Perſentiet aliquando Gigas ille, quam perfricta contra te virum integerrimum ſcripſerit, dedi nuperis diebus ad quemdam amicorum Baſileae agentem literas, quae indubitato Oecolampadio illi diſplicebunt. Tu te murum pro domo Iſrahel oppoſuiſti fortiſſimum, ac memoriale nomini tuo feciſti immortale, crede mihi (qui a cunabulis adulationem deteſtatus ſum) innumeras e faucibus draconis eripuiſti animas. Deus O. M. tibi in vita aeterna retribuet. Quod vero nouas Ptolomeo tabulas iamiam deſcribis, multum gratulor, ſpero enim per induſtriam tuam plures in eo necari errores, quam pardus maculas habeat, quod autem vſque duos longitudinis gradus Ptolomeum cum neotericis diſcordare offenderis, non mireris egregie Bilibalde, ipſe enim reuera aliquando eadem in materia cum dilectiſſimo felicis recordacionis Stabio noſtro calculationem obſeruando, ſextum vſque in gradum tam in longitudinibus, quam latitudinibus deueni, non enim ſolum in longitudine variat, ſed etiam multum in latitudine adeo, vt nunquam auſus fuerim, certam ex eo deſumere pro fabricandis iuſtrumentis eque latitudinis, atque longitudinis, neſcius, vtri, authori ſcilicet an reſtitutori culpam adpingere debeam, facile crediderim, impreſſores nonnihil negligentiae poſſe argui. Et vt videas, non ſolum Ptolomeo forſan fraudem per auaros chalcographos obueniſſe, perſpice nonnullas tabulas, quas vocant modernas, Ptolomeoque adnexas precipue terrae ſanctae obſerua, et videbis vrbi Sarracinorum Hieruſalem (ſicut Vlmenſis habet) 58 gradus longitudinis latitudinis 16 tantum, Nazaritis vero (quae tantum per 18 milliaria germanica, vt omnes qui loca iſta viſitarunt, ſcribunt diſtare) 26. long. Latit autem 20 $\frac{2}{3}$ adſcribunt. Ptolomeus vero Hieroſolymae 66 long. 31 $\frac{2}{3}$ latit. attribuit. Ecce vir clariſſime, diſcrepantiam intollerabilem., Haberem et non nulla alia loca, quae inſcite ſunt inſcripta, neſcio cuius vafritie vel ſtultitia id factum ſit, ego nunquam (vt ſupra memini) valens certi aliquid in longitudine et latitudine obſeruare, audebam credere tabulis Ptolomei, propter tantas in eo poſitas diuerſitates. Nam ipſe (parce precor vir clariſſime nugis meis, ne te talibus tedioſum reddam) primum Auguſtam noſtram veniens, rudimentis aliquibus per clariſſimos praeceptores meos, Andream Sciborium, Ioannemque Stabium (quorum vmbras deo clementiſs. commendo) preguſtatis, quum horologia quaedam aliaque inſtrumenta fabricare ſatagerem, latitudinem et longitudinem noſtras inquirendo certas, amicum noſtrum communem, virum vtique praeſtantiſſimum omniumque literatorum patronum ſingularem D. Chonradum Peutingerum adii, mentem recluſi, qui ambo omnibus libris ſuis mathemathicae inſeruientibus operoſiſſime perluſtratis, maximam inuenimus diſcordantiam, alter enim 46 tantum, alius 47. ternus 48, 30. cum minutis deſcripſerat. Ego dubius, cui me crederem, obſeruaui omni qua potui diligentia, veram latitudinem noſtram duas per vmbras cum ſolis in meridie altitudine, vt fieri ſolet et offendi 47 gr. 20. cum minutis cum quadam minima excreſcentia. Vnde ipſe 47 gr. cum 30 min. noſtrae adſcripſi latitudini, ac plures poſt annos eadem reiterando, conſimili inueni in numero. Longitudinem vero per cognatum meum Parrhiſiis tunc agentem per Eclipſim anno 1518 factam obſeruaui (aliaſque per vias) et ſi non adeo ad vnguem verificatam, ac 32 bene offendi in gradibus, vnde, quum ſuperioribus annis, ſeua peſtis lues apud nos graſſaretur, ego ne ocio torpeſcerem, indeque peius haberem calendariolum noſtra ſuper latitudine calculaui, doctorique Chonrado Peutingero, filiiſque ſuis optimae indolis adueſcentibus dedicaui, rogatuſque per doctorem noſtrum Archiatrum Sigiſmundum Grym-

 mium

mium (ſtanneis characteribus quaeque deſcripentibus) ocyus in lucem prodiret, ſed negotiis pregnantioribus eidem ſuperuenientibus, haſtenus delitefcit. Addideram ſolis in meridie altitudines, vt ſingulis totum per annum diebus eadem inueniretur latitudo, necnon clypeum Auſtriacum diuo quondam Maximiliano Caeſari per Scriborium adſcriptum, cum tabulis (quas ipſe breuiores voco) planetarum, pluribusque aliis ſcitu haud iniucundis. Et vt poſt tantas cauillationes ad rem redeamus. Si quas haberem et longitudinum et latitudinum obſeruationes certiores, ego tibi ſincero (credas firmiter) corde ocyſſime mitterem, ſed quas mittam, habeo minime. Vnum vero, te latere nolui, ſcilicet quod ſuperioribus annis, vir iſte clariſſimus doctor Iacobus Stopelius, Archiater Memmingenſis, pileum coſmographicum (ſic enim nominare voluit) cum regiſtro, in quo omnium locorum tam longitudinem quam latitudinem poſuit, edidit (nec tamen vt aeſtimo, haſtenus in lucem emiſſum mihi vero vt amico etſi immerito et indigno dono dedit) cui plurimum ipſe tribuo, nam diuerſitates tam longitudiuis quam latitudinis prouide aduertit, et vt (ſi prius eumdem non videris) poſitionum eorumdem aliquas adnoſcas, ſic ſcribit de inclyta ciuitate tua Nuremberga, ſiue ſegudunum ciuitas, 4 tabula 31 30 long, 49 0 lat. al. 24, 20 ſc. long, lat. 49 24 lat. De Auguſta vero noſtra ſic, Auguſta Vindelic. 32 30 Long. 46 20 lat. vel 28 30 long. 48 50 lat. Hic tibi ſi labores aliqualiter ſubleuare poterit, fac ſciam et ad te mittam et quidem lubentiſſime. Veniam apud te mereatur, oro humillime clariſs. Bilibalde, tanta mea garrulitas, res enim ſeſe obtulit. Tu valeas cum tuis omnibus in chriſto, et me vt caepiſti ama, reamaque. Raptiſſime ex coenobio noſtro Sanctorum Hulderichi et Aphrae 10. Kal. *Maiias* anno ſeculi currentis 27.

Praeſtantiae tuae

Humillimus Fr. Vitus Bild.

X.

Gratiam et pacem a deo patre. Venit nuperis diebus, vir clariſſime, in manus meas libellus, a te editus, cuidamque Eleutherio adſcriptus, quem alacri legi animo, probans intentionem tuam, qua poſthac Aecolampadio reſpondere dedignaris. Reuera homo eſt: hac in cauſa obduratus, in reprobumque datus ſenſum, vnde a bonis quibusque vitandus. Audii nuper nonnullos ſibi haſtenus penitiſſimos modo inimiciſſimos, dei ergo iudicio aequiſſimo obſtinatus ille, in cauſſa ſacramentaria relinquendus. Amicorum quidam ſuperioribus diebus pharmacum contra podagram (theſaurario regio, Villingero ſcilicet ex Hiſpannia miſſum) acquiſiuit, aſſerens indubitate et dolores mitigare ac podagricos reſoluere fluxus, eundem namque Villingerum curare 8 — horis adfirmauit. Huius participem optime Bilibalde eſſe volui. Caeterum, miſit ad me paucos ante dies chartam quamdam horologiorum quorundam deſcriptiones continentem, Vicarius quidam (Georgius Hartmannus nomine) Sancti Sebaldi, etſi proprias ad me literas non dederit, attamen per ſuſpectam petiit perſonam, vt eum albo amicorum adſcriberem, quod mihi placuit, lubensque tamen inibo amiciciam, vnde et ſchedam incluſam eidem per tuos preſentari graueris minime. Vltimo adiurauit me inter prandendum paruo abhinc lapſo tempore, amicus noſter communis, vir clariſſimus Chonradus Peutingerus, vt tibi ſcribendo, nomine ſuo ſalutes exaratem quam maximas. Cepit vir praeſtantiſſimus et pro diuiniſſimo ſcribere ſacramento, quapropter et priores quaſdam ad me (vt perlegerem)

ſexter-

ſexterniculos miſit, hortatusque ſum virum integerrimum ne a cepto deſiſtat, tui faciendo mentionem, omni aeuo digniſſimam. Plura ſcripſiſſem, ni valetudo aduerſa id vetuiſſet. Tu vir clariſſime, cum tuis in chriſto vale, meque et mancipium viliſſimum amare, reamareque non dedignare Raptiſſime die ipſa S. Lucae anno ſeculi currentis 27.

Praeſtantiae tuae

Humillimus Fr. Vitus

XI.

Viuere chriſtum. Dedi binas ſuperioribus diebus (etſi in valetudine aduerſa) literas ad te, clariſſime aeque atque praeſtantiſſime Bilibalde, an redditae fuerint, necne hactenus ſum incertus. Quia vero conciuem noſtrum literarum ſcilicet latorem praeſentium (virum vtique pium et euangelicum, pluresque in Bibliopolam noſtrum communem et fideliſſimum) ad manum, quo tibi vel ſaltem ſalutationem ſcribere poſſem, habui iccirco te literis (etſi breuiſſimis) praeteriri nolui, orans certiorem me reddere digneris, praeſcriptae, datae ſint, necne. Nouitatum, quas exararem habui nullas, niſi vt aliquae ciuitatum (vt dicitur natalis domini vetera etc. ſint recepturae. Super quibus literarum lator plura coram adſignabit. Tu vero ſi horum aliqua praeſcieris, humiliter efflagito, fac ſciam, et manebunt me penes quaeque ſepulta. Caeterum 16. Nouembris circiter 11 et 12 horas pene meridianas, nec non nocte ſequenti poſt noctis horam 2 terremotum apud nos factum credas firmiter. Deus o. m. peccatorum noſtrorum miſereri dignetur. Amen. Vltimo literarum latorem commendatum habere digneris clariſſime Bilibalde, vir enim (firmiter credas) pius eſt, ac omnium literatorum fautor fideliſſimus. Iis valeat praeſtantia tua cum ſuis in chriſto. Raptiſſime Kalendis decembribus anno ſeculi currentis 27.

Praeſtantiae tuae

Humillimus Fr. Vitus.

XII.

Venerabili viro d. Vito Bild amico ſuo chariſſimo.

S. in chriſto noſtro. Reddidit mihi literas tuas bibliopola ille Auguſtenſis, vir, quemadmodum videre licuit, non ineptus, qui eciam mihi retulit te aſſidue fere infirmitate affictari, que mihi calamitas eciam tecum communis eſt. Ceterum quid aliud mi vite faciamus, quam vt domino in omnibus gratias agamus, a cuius manu quum bona receperimus, mala cur non ſuſtineremus? Conformemus igitur nos voluntati diuine et quicquid ille iubet, aut imponit forti feramus animo penitus certi, quod nil nobis accidere poteſt, quam quod illius placuerit omnipotencie, cum igitur non habeamus in hoc ſeculo locum firmum, ad futuram anhelemus vitam, que in nobis innouari nequit niſi caro prius ſit afflicta et penitus peſſundata. Tolleremus igitur memores, quod virtus in infirmitate perficitur, ſi deus det nobis afflictionem, dabit eciam patientiam, vt omnia aduerſa fortiter ferre valeamus: ipſi ſit honor et gloria in ſeculum. Proinde et priores tuas accepi litteras, vnacum remedio contra podagram, fuit mihi gratum, quod viderem te mei eſſe memorem. Verum ego nullum externum amplius remedium adhibere ſoleo, ſed ſolum purgacionibus vtor, que cum materiam auſſerunt, tollitur eciam

 effectus

effectus maximum remedium ſenſi in oleo myrrhe, quam ſine ignis violentia in olei liquorem perducere noui. Si tu ſcire cupis, libenter te participem reddam, verum vt dictum eſt, niſi principalis cauſa abſcidatur, parum conferunt remedia ab extra adplicata, ymo ſepius dolorem augent et prolongant, et ſi paruum tempus ſedare conſueuerint. Fuit et calculus diu mihi moleſtus, ſed liquore herbe cuiusdam, non parum reſtitutus ſum. De rebus fidei nihil aliud ſcribere poſſum, niſi quod omnes Euangelium in ore habere video, quum reipſa nil minus faciunt, quam quod illud exigit, et hoc procul dubio diuina operatur ira, que nos acrius plectere intendit, cum plane ſciamus, quid agere debeamus. Interim tamen nil minus, quam quod docet faciamus. Dominus ſit nobis propicius. Hartmannus ille bonus vir eſt, et in mathematicis admodum peritus. Schöner noſter vxorem duxit iuuenculam, quam ſapienter vero ipſe videat, homo iam ſenex et podagra laborans, verum Euangelium carnis tegere cogitur appetitum, ſed non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit regnum celorum, vbique labor et dolor, deus miſeratur noſtri. De Ptolomeo lator tibi lacius referet. Bene vale mi pater Vite ac omnes aduerſitates benigne ferto, ſic enim neceſſitas in virtutem conuertetur. Nurenberge 14. Kal. Ian. anno 1527.

Tuus B. Pirckhemerus.

XIII.'

Venerabili patri D. Vito Bild.

Salue vir optime, accepi literas tuas vnacum obſeruacione vmbrarum beneuolenciamque tuam gratanter amplector, verum quod doceri cupis quo pacto myrrhe oleum ſine igne extrahatur, lubens tibi indico, eciam ſi rem hanc precipuam eſſe ſciam et haud quaquam indignis participandam. Recipe igitur myrrhae optimae et gumoſae quantum volueris (nam quo melior erit, tanto plus olei extrahi poteſt) hanc tundito et cribiato, deinde recipe oua recencia quantum volueris, illaque in aqua ad duriciem coquito, inde cordicem detrahito et tranſuerſum, ſecundum latitudinem et non longitudinem, in duas partes ſcindito, inde extracto vitello albedinis illius conchulas in ſcutellam arena plenam ne cadant collocato, ac myrrhae puluere (non tamen plene) impleto: ſicque in locum humidum, vtputa celarium, ſcutellam illam ponito, et quidquid de myrrha ſolubile erit in biduo aut triduo ſoluetur. Liquor igitur per inclinationem ex conchulis illis ouinis in vas aliquod colligendus erit et ſcutella iterum ad locum humidum reponenda, donec ſoluatur, quidquid ſolui poteſt, illud vero quod inſolutum remanet, rurſus condunari et myrrhae vſum ſupplere poteſt, non tamen bene, quia humidum radicale eſt extractum. Vſus vero olei iſtius eſt, vt inſtante dolore petiae lineae in illo intingantur, et ſuper locum dolentem ponantur, ſedat enim mirabititer tam calidos quam frigidos humores et ad multa alia vtiliſſimum eſt. Nam vulnera precipue recentia mirabiliter ſanat infuſum, faciem mulierum decorat, et bono colore conſeruat, vt ſi fruſtum aliquod carnis cum illo perunxeris, nunquam putreſcet, quod ego precipue ſum expertus. Quodſi quis oleum illud clarificare voluerit nam ſecem facere ſolet) per inclinacionem id facere poteſt, aut per pixidem aliquam ligneam, per quas pictores olea ſua depurare ſolent. Verum ad arteticos dolores nulla indiget depuracione, ſed iterum memento, parum prodeſſe externa, niſi corpus ab intra a malis humoribus ſit purgatum et euacuatum. Liquor autem herbae illius, cuius vſu a calculi doloribus ſum liberatus, ex herba

extra-

ıtrahitur, quae apud nos, *Hail aller welt*, aut eciam *Erenpreis*, appellatur, hec tem- ɔre florum, qui celeſtis ſunt coloris vnacum radice tunditur, et ad purificationem per iquot dies ponitur, inde diſtillatur et rurſus ſuper feces funditur et iterum diſtillatur, : cum dolor inſtat aut etiam antea aqua calida aut frigida potatur, in bona quan- ate, et ſi quis abhorreret, poſſet addere Zuckarum, hec aqua mihi ſalutifera fuit, pertusque ſum, illam nequaquam vrinam violenter ciere, ſed vi ſua, omnem illarum tinguere, id vt tibi cum neceſſitas exegerit, eueniat opto. Rogo vt me cerciorem ddas, quod gradus Auguſtam veſtram, tam in longitudine quam in latitudine conti- re arbitreris, ego enim valde de Germanie dubito longitudine. Bene vale mi pater ite, et omnes tam animi quam corporis dolores fortiter ferto, dominus enim potens t nos ab omnibus aduerſitatibus liberare, iterum vale. Nurnberge nonis Februarii ;28.

Tuus Bilibaldus Pirkheymerus

XIV.

S. P. Cicius tibi reſpondiſſem. Vite optime, ſi id aegritudo mea permiſiſſet, excu- tum igitur habebis. Nam venit eciam, qui tarde venit. Herba iſta, de qua ſciſcita- s, a noſtris pharmacopolis, veronica appellatur, habetque floſculos coloris celeſtis, ce- rum in nullo alio liquore quam proprio putrefacienda eſt, nempe vt herba cum ra- ce et floſculis piſetur, ac in vaſe vel cantharo ſtagneo (alias enim malum odorem ntrahit) in loco aliquo humido per decem aut plures eciam dies ponitur, ac inde di- llatur. Quod vero de myrrhae oleo quaeris, haud neceſſe eſt, vt oua contegantur, ſi timeretur, quod aliquid ſordidi incidere poſſet, tum carta aliqua ſuperponenda eſt, eum tantum finem, ne inficiatur pulueribus, vel alia re ſordida. De horologio vero ılladii tibi gracias ago. bene vale vir optime. Nurnberge. X. Kal. Maii anno 1528.

Tuus B. Pirckheymer.

XV.

Clariſſimo Bilibaldo Pirkheimero.

Viuere chriſtum. Vir clariſſime, ſuperioribus diebus miſit ad me nomine tuo Peu- ngerus noſter, duas Gregorii Nazianzeni in Iulianum orationes ex graeco elegantiſſi- e per te in latinum verſas, ſignificans, mihi a praeſtantia tua miſſas ſuper quibus gra- as tibi ago quam maximas, Deus OM. retribuere dignetur, quum ipſe pauperculus tſi ventricoſus) monachulus habeam minime, quibus vices reddam. Nuper inter pran- ndum cum Peutingero, oſtendit mihi amarulenta quedam (pene dixiſſem virulenta) et ıcolampadii, et Gigantei Zwengli in M. L. ſcripta, quae adeo puerilia (vt ita loquar) re tam ardua continebant, vt ea deteſtando, nullo modo paſſus fuerim ob oculos ni, proh, peruerſitatem hominum, adeo arrogantia obſtinatorum, vt quae infantibus ne ſunt perſpicua, tantis viris obumbrata ſint, ſed excaecauit eos malitia cordis eorum. ɔnuenit nos, dum confabularemur, ingratus ille noſter Im Hoff, qui me iuramento nſtrinxit, vt proximioribus ad te literis, verbis ſuis, ſalutem, praeſtantiae tuae exara- m quam plurimam. Quod et Peutingerus petiit. Id ergo eo fideli exequar (ſcribendo) rde, quo et debitor et executor conſtitutus ſum operoſiſſimus. Scire peroptarem, Pto- meus ille tuus abſolutus ſit per P. T. nec ne, quoue tempore in lucem ſit proditurus.

Iis

lis valeat P. T. cum ſuis in chriſto, et me viliſſimum fraterculum commendatum habere (vt caepit) dignetur. Raptim ex coenobio noſtro 2 die octobris anno ſeculi currentis 18.

Praeſtantiae tuae

Humillimus Fr. Vitus.

XXV.

Viti Bildii Catalogus Abbatum Fultenbacenſium.

I.

Bildii ad Iacobum Abbatem epiſtola.

Seſe cum omni ſubiectione in chriſto Pater Reuerende Epitaphium praedeceſſoris R. P. V. iam dudum a me indocto editum legare omni ſtudio curaui, ſed tabellionum defectus id fieri ſemper prohibuit. Teſtem poſt deum adduco ſeniorem noſtrum P. Wilhelmum Wittwer (cui et abſentia mea literas V. P. praeſentandas commiſi) ſed quia non ſolum epitaphium, ſed et praedeceſſorum P. V. abbatum annnotacionem me facere ſecundum ingeniolum meum obtuli, iccirco ilico aſſumpto quietis tempore id compleui, non praeſumptionis cauſa, ſed humilitatis et obedientiae oſtentatione, ne ſcilicet P. V. me de perceptis iudicet ingratum beneficiis. In quorum tamen annotacione, quia annum gubernationis abbatis Vdalrici Frey, eciam vtrum adhuc viuens monaſterium reliquerit, vel defuncto, cardinali in commendam ſucceſſerit, ignorabam, ideo annum quadrageſimum quartum ex quadam conformi computacione ei adiunxi, atque ſub dubio haec verba, ſub quo vel poſt quem in commendam etc. poſui. Quorum non ſolum ignorantiam P. V. ſingulisque confratribus nedum corrigendum verum etiam ſingula verba in omnibus a me editis offero emendanda. Commendans me iis R. P. V. in omnibus mihi poſſibilibus obſequioſiſſimum. Ex monaſterio noſtro Sanctorum Vdalrici et Aphrae Auguſtae decimo nono die Auguſti anno huius ſeculi currentis decimo.

Fr. Vitus Bild R. P. V. humilis etc.

II.

Catalogus Abbatum.

Iacobus, Deo O. M. diſponente loci huius Abbas confratribus ſuis iamiam profeſſis, futuroque profeſſuris, ſalutem in chriſto aeternam. Chariſſimi, non dubito veſtris conſtare charitatibus, quam accerrima reprehenſione damnanda illa priſcorum negligentia ſit culpabilis: quae nec priorum vitas hominum, acta, geſta, variasque temporum mutaciones annotare dignata eſt: iccirco vos vera in charitate chriſti admonendo hortor et efflagito: noſtrorum acta temporum, prelatorum rerum, prouentuum: aliorumque huic noſtro laudabili occurrentium monaſterio litteris commendare: quatenus poſteri tam abbates quam fratres eiusdem reformationem reddituum, prouentus: ceteraque loci huius appropriata cognoſcendo: operam noſtram approbare: commendare: aliisque in laudem noſtram queant oſtentare. Valete chriſto commendati. Scriptum virginei partus anno ſupra milleſimum quingenteſimum decimo.

Praefatio.

Etſi

Etſi lector, confrater chariſſime, noſtri monaſterii ſancti Michaelis Archangeli ndatio : fundatorum : Abbatum nomina : ac reformationis inſtitutio ad plenum a priſcis teceſſoribus noſtris, vel negligentia ſeu inaduertentia, non ſint ſcriptis nobis relicta. ominicae tamen anno incarnationis milleſimo quingenteſimo decimo tum per me tum r confratres meos operoſiſſime perſcrutata, inque vetuſtiſſimis codicibus ſubſcripta abtum inuenimus nomina : quamuis eorum vitam tempus et gubernationis modum innire potuimus minime. Quapropter ne poſteris noſtris corrigendae negligentiae ea nſgrediendo occaſionem dare videremur : placuit ſuccinctam hanc (veridicam tamen) medium proferre annotacionem, vt ſpreta odibilis ocii ſocordia : literis operam dando, idiorum ſeſe floribus adornare ſtudeant quam vigilantiſſime. Vale.

Anno dominicae incarnationis milleſimo centeſimo quinquageſimo tertio praeſidente manae eccleſiae pontifice maximo Anaſtaſio : imperiumque tenente Friderico primo nper Auguſto : Abbas Gebon caenobium noſtrum fundaſſe creditur, cuius inſtitucionis odus, eiusque vita, et ſi ſcriptis non inueniatur, eundem tamen hunc locum edifiſſe, regularemque vitam ordinis diui patris Benedicti in eo inſtituiſſe, ex nonnullis orundam antiquorum voluminum inſertionibus cognoſcitur.

Huius licet ſucceſſores, quot, quibusue temporum interuallis idem rexerint coenoım determinate minime inueniatur, nulli tamen ſit dubium, ſubſcriptos, loco huic eſuiſſe :

Fridericus : Otto : Vdalricus : Bertholdus : Vdalricus de Grienaw : Ioannes dictus oel : Dietricus : Conradus : Henricus : Wernherus : Wilhelmus.

Anno deinceps milleſimo tricenteſimo, quinquageſimo eidem praefuiſſe legitur coebio Abbas Hermannus, qui eradicatis ſiluae cuiusdam arboribus villam nomine Bayrsſſen erexit. Huius regimen, reliquumque vitae ſuae tempus, ſuis cum ſucceſſoribus plenum nullo in libro reperire potuimus.

Anno poſt milleſimo quadringenteſimo, vndecimo prefuit Abbas Ioannes, cuius ae et regiminis ſeries hactenus incognita a nobis permanſit.

Anno deinceps milleſimo, quadringenteſimo ſexto, tenuit regimen Abbas Vdalris dictus Frey, ſub quo, vel poſt quem vt aliqui volunt monaſterium hoc peruenit commendem epiſcopo Auguſtano, vt mox dicitur.

Mortuo igitur, ſeu adhuc viuente, vt nonnulli dicunt, cedente tamen loco huic, bbate praedicto Frey, anno milleſimo guadringenteſimo quinquageſimo. Reuerendiſſius in Chriſto pater et dominus Petrus de Schamberg Cardinalis, Epiſcopus Auguſten, dictum monaſterium noſtrum in commendam recepit, ſuffraganeisque ſuis in eorum ſtentacionem conceſſit : quorum tres nonnullos per annos id commenda tenuiſſe conit, primum ſcilicet R. D. patrem et dominum Wilhalmum vocatum Mader : ſecunm R. P. Martinum dictum Dieminger : tercium Iudocum Abbatem quondam de Aurerg. Hos tres poſſeſſionem, manſionemque pene continuam noſtro in coenobio haiſſe latet neminem.

Praefatus vero Cardinalis, Epiſcopus Auguſtanus varia deſuper fortaſſis mente reens, graui infirmitate (qua et obiit) correptus : ſucceſſorem ſuum, generoſum DD. nnem comitem de Werdonberg (cui et iam communi cum conſenſu capituli ſui epiſcopa-

ſcopatum canonice reſignauerat) Reuerendumque praelatum ac D. Melchiorem de Stamhain Abbatem coenobii auguſtani ſanctorum Vdalrici et Aphrae ſincero ex corde efflagitabat, vt praenominatum monaſterium noſtrum ordini beatiſſimi patris Benedicti poſt ſuum obitum reſtituerent, quod et dei O. M. auxilio factum fuit. cui laus ſit in aeuum.

Anno igitur poſt dominicam incarnationem, milleſimo quadringenteſimo, ſeptuageſimo primo, reuerendiſſimus in chriſto pater et dominus D. Ioannes comes de Werdenberg ſucceſſor dicti cardinalis monaſterium noſtrum ordini beatiſſimi Benedicti reſtituit. Sed quia iam dudum et paſtor et grex ouilis foeliciſſimi chriſti confeſſoris benedicti defecerat, opus erat aliunde de extera ſcilicet congregatione paſtorem oueſque expetere. Qua in re cum diu laboratum fuiſſet, tandem ex ſolenni auguſtani coenobii ſanctorum Vdalrici et Aphrae congregatione, duo fratrum ſunt expoſtulati, quorum vnus in Abbatem, alter cellerarium promoueretur ac foelicis incrementum plantacionis ſumere poſſet. Dato igitur in rem eandem conſenſu conuentus diui Vdalrici, religioſi deuotique fratres Georgius Helffer Auguſtanus: Balthaſarque fabri Acripolitanus ſunt expetiti; ſed quia neuter per ſe ſolum, alterum in abbatem eligere potuit prenominatus preſul Auguſtanus habita cum Abbate Melchiore deſuper deliberatione fratrem Georgium in Abbatem, Balthaſarum vero in cellerarium anno preſcripto elegit.

Electus ergo hoc modo, confirmatus, benedictionemque adeptus reuerendus pater Georgius Helffer, cum Martha vitam actiuam ſubire neceſſe habebat: Non enim locus religionis aptus: non ſacella deuocioni congrua, non agri cum fructibus, non praedia cum cenſibus: non villae cum redditibus, non denuo ſuppellectilia nominis digna inueniebantur, ſed quaeque vel irreligione abolita: vetuſtate collapſa: ſeu detrimento pene irrecuperabili erant deuaſtata. Quapropter idem Reuerendus pater, tanta religionis ſanctae incommoda perſpicens, omni qua potuit, humanaque fragilitas permittebat, inſudabat opera, vt cuncta dilapſa, diruta, oppreſſa, atque peſſundata recuperaret, inſtauraret, necnon vigilanti ſtudio conſeruaret. Merito igitur, hic fidelis domini ſeruus, ſecundus fundator nominari haud abs re poterit, praeter namque eccleſiam, nil murati aedificii inibi offendebat.

Hic tandem ſenio grauatus, coenobioque reaedificato ac fratrum cetu, prout rerum facultas permittebat, aggregato, feliciter (vti ſperamus) in die ſancti Matthaei apoſtoli et Euangeliſtae obdormiuit in domino, anno virginei partus milleſimo quingenteſimo tercio, regiminis vero ſui 32, cui tale adſcripſimus epitaphium:

Conditur heus Abbas Helffer reuerendus in alma
Pace Georgius hic, lector amice dei
Hic ſacra fana ſuis reparauit ſumptibus atque
Praedia collegit, reddituumque bona
Hic fratrum coetus reſtaurat relligionis
Normam perficiens, edocuitque pie.
Tandem milleno quingenteno tribus auctis
Annis perſoluit triſtia iura necis.

Anno inſuper eodem, puta milleſimo quingenteſimo tercio, proxima die poſt octauam ſancti Michaelis Archangeli eligitur canonice, de noſtrae gremio congregationis, religioſus Fr. Iacobus cognomento Boeham Auguſtanus, qui predeceſſoris ſui veſtigia inſequens, coenobio et praefuit ac profuit, nonnulla edificiorum erigendo reſtaurandoque

ſque ac alia bonorum aggregando. Hic paralyſi tactus poſt pauca temporum interualla vitam cum morte mutauit anno ſcilicet a chriſti natiuitate, milleſimo quingenteſimo tercio decimo in die exaltacionis ſanctae crucis regiminis vero ſui decimo, cuius ſacrophago tale adpinximus epitaphium:

Triſtia perſoluit necis hic Abbas Iacobus
　　Huius iura loci nominis atque Boeham
Anno milleno quingenteno tribus auctis
　　Poſt decimum colimus quo crucis alta ſacrae
Religionis erat reuerendus paſtor amator
　　Perſpidus, iuſtus cum pietate nitens
Haec moueant igitur te lector ſiſtere greſſus
　　Effundas animae vota benigna precum

Mortuo igitur reuerendo patre D. Iacobo, anno praeſcripto, puta milleſimo, quingenteſimo tercio decimo, feria ſecunda ante feſtum Archangeli ſancti Michaelis, canonice fuit electus, noſtra de congregatione deuotus Fr. Bernardus Fabri Wertingenſis, qui mox adepta benedictione, animum ad Coenobii profectum (ſuorum imitatus praedeceſſorum veſtigia) vertit: abbatiaeque loca vetuſtate deformia horridaque, cum aliorum complurium aedificationibus adornauit erexitque. Hic hodiernam usque in diem et religioſæ innixus vitae coenobiique commodis vigilanter inſiſtens, dies noctes indefeſſe impendit, vt de profectu in profectum, de virtute in virtutem tum perſonæ tum bona temporalia progredi valeant. Quae omnia ſi deus Op. Max. eiusdem vitae tempora prolongauerit, nulli ſit dubium ſaluberrime prouentura.

I. O. G. D.



CHRONOLOGICA
ET
COMPENDIOSA
DESCRIPTIO
CELEBERRIMI ATQVE AMPLISSIMI
MONASTERII
SS. VDALRICI ET AFRAE
AVGVSTAE VINDELICORVM,
ADMODVM REVERENDO IN CHRISTO PATRI
AC
DOMINO, DOMINO
JOANNI
EIVSDEM ABBATI
STRENAE LOCO OBLATA
NVNC
VSQVE AD PRÆSENS TEMPVS CONTINVATA.

AVGVSTAE VINDELICORVM,
MDCCXCIII.

Aream, ſeu ſpatium Baſilicae SS. Afrae, et Vdalrici, a primis fidei chriſtianae Auguſtae plantatae, incunabulis, Chriſtianorum ſepulchris fuiſſe dicatum, nemini debet eſſe dubium. Nam quod ſatis conſtat, ibi ſepulchri locum accepere, *Afra, Hilaria, Digna, Eunomia, Eutropia, Afer, Dionyſius, Quiriacus, Largio, Crescentianus, Eutychianus, Charito, Philadelphus, Petrus, Nimmia, Juliana, Diomeda, Leonide, Agape*, addidere quidam *Emblaſium, Eyriam, Fauſtam*. Item alii X. quorum nomina intercidere. Condita ibi quoque plurimorum aliorum pro Chriſto necatorum corpora.

Ea deinceps area diu Epiſcopis noſtris ſedes vivis, ſepulchrum mortuis fuit. In qua eosdem ſynodos coegiſſe, myſteria diuiſiſſe, de rebus diuinis ſermonem feciſſe, ac omnia, quae ad pietatis cultum pertinent, egiſſe, non eſt a vero alienum. Sacram dein aediculam ſtatim ab *Afrae* morte inaedificatam fuiſſe, antiquis monumentis, credimus. Haec pro temporum varietate ſaepe disiecta, ſaepe reſtituta, in Baſilicae denique amplitudinem, quam nunc oculis conſpicimus, excreuit, et vrbe pomoerio prolato recepta eſt.

Omnium tamen clariſſima extant beneficia S. Vdalrici (a quo nunc ipſi loco nomen) qui eundem bis inſtaurauit. Primo anno CMXXIV. ordinationis ſuae primo. Secundo poſt crudelem illam vaſtationem per Hungaros anno CMLV. factam; ibidem conditus anno CMLXXIII. in hodiernum vsque diem innumeris claret miraculis.

Canonicis a Regulari tramite deſciſcentibus ſuffecit *Bruno* Epiſcopus Religioſos Ord. S. Benedicti, anno circiter MXII. quibus Reginbaldum (poſt etiam Eberſpergenſem, Laurishaimenſem, ac demum Spirenſem Epiſcopum) Abbatem praefecit. S. Henricus Imp. fundos, ac praedia contulit, cuius coniux S. Chunegundis locum donis ampliſſimis auxit. An. MXXXI. *Eberhardus* Epiſcopus addidit pontem Lyci cum Telonio. Circa annum MLI. Leo IX. Pont. Max. Aug. in ſaepe memorata Baſilica ad SS. Memorias venerabundus Deo ſupplicans audiuit voces Angelorum canentium: *Ego cogito cogitationes pacis, et non afflictionis.*

Adalberonis VII. Abbatis conſenſu, S. P. Q. A. locum (cum toties hoſtium incurſibus patuiſſet) vrbe pomoerio prolato recepit. Idem Gregorii VII partes ſequutus, a ciuibus iniuria affectus, Romae benigne a Pontif. auditus, in reditu obiit MLXV. Eandem ob cauſſam Egino XIII. Abb. ab Hermanno Epiſcopo exagitatus ſub *Paſchali II.* Piſis vita exceſſit miraculis clarus. MCXXII. ſub Hezilone Abbate Conradus de Lützelſtein Epiſcopus Aug. Monachum induit MCLVI. ei ſucceſſit Hardouicus de Lierhaim Prior noſtri Coenobii, MCLXVII. Anno MCLXXXII. XVI. Kal. Jul. Monaſterium cum Eccleſia igne conflagrauit. Exin nouum templum excitatum, et ſolemni Eccleſiae ritu

dicatum

dicatum ſacratumque eſt Anno MCLXXXVII. VIII. Id Aprilis. Arca inſuper, qua ſacra D. *Vdalrici* Lipſana continebantur, ipſiusmet Imp. Friderici I. ac trium Epiſcoporum humeris, honoris cauſa, elata fuit. Columnae lapideae ambitus factae ſub *Erchinbaldo* circa MCXC. Tempore Abbatis *Conradi I.* qui iniit anno MCCCXXXIV. magnum extitit incendium, quo periere CCL. domus noſtrae parochiae: Ipſum Monaſterium inflammatum, Fratribus Dei, ac S. Afrae opem implorantibus et Reſpons. *Martyr. ſancta Dei* concinentibus, diuinitus igne ſopito conſeruatum eſt. Hinc poſteris temporibus ſolennis ſupplicatio per Gyrum Monaſterii Dominica V. poſt Paſcha inſtituta fuit.

Notatum eſt inter cetera, vt quoties locus bene reformatae vitae laude floreret, tum maxime ſigna ad SS. interceſſionem ibi ederentur. Habuit autem, vt multa ſunt indicio, primam reformationem ex Monaſterio Hirſaugienſi, quam nouam, ſeu Cluniacenſem Reformatam appellant. Deinde Decreto Concilii Conſtantienſis et *Benedicti XII.* conſtit. ſubiectum fuit Capitulo prouinciae Moguntinae. Tertio reformationem accepit a Mellicenſibus, quam etiam per *Melchiorem* Abb. per plura Monaſteria propagauit praeſertim *Ottenburam*, *Thierhaupten*, *Fultenbach*, miſſis illuc Religioſis, bonique teſtimonii fratribus. Idem fecit de Monaſteriis Monialium Kübach et Holz, aſſumptis a ſe reformatis ſororibus ex ſuo Monaſterio S. Nicolai extra muros vrbis Aug. Tum etiam SS. corpora effoſſa, reliquiae SS. Inuentae, et S. *Symperti* diem feſtum celebrandi licentia eſt impetrata. Eius porro ſacrae reliquiae cum aliis translatae ſunt, cum maximo apparatu, quem praeter *Fridericum* Epiſcopum et Clerum Auguſtanum, *Maximilianus* Caeſar,

Chriſto-

Chriſtophorus, et *Wolfgangus* Boiorum Duces coram honeſtauere, An. MCDXCII. IX. K. Maii, tertia Paſchae feria. Eadem feria an. MDLXXVII. tandem in hunc, vbi etiamnum venerationi fidelium expoſitae patent, translatae ſunt locum, *Jacobo* Abbate. Nouae templi ſtructurae ſub praedicto *Melchiore* MCDLXVI. initium factum, quae tamen Anno MCDLXXIV. Ventorum vi disiecta, ipſo SS. Petri et Pauli feſto concidit, et XXXIII. vtriusque ſexus obruens vita priuauit.

A fundamentis dein MCDLXXVII. nouum templum excitari coeptum, quod noſtro primum tempore feliciter eſt abſolutum, auguſtiſſime decoratum, vaſculis reliquiarum argenteis, alioque ſumtuoſiore cultu ad ſplendorem vsque nobiliſſime exornatum per admodum R. D. *Joannem* Abbatem modernum (ad culmen tamen vsque perducta prius turri ſub Anteceſſore R. D. *Jacobo Köplinio*, ſub quo etiam in vrbem auguſtanam, a qua ob mutatam ibi Religionem ſupra decennium exulauerant, remigrarunt) qui et fraternitatem SS. *Vdalrici* et *Afrae*, priſcis quidem ſeculis religioſe incoeptam, et diu propagatam, ſed temporum deinde iniuria obliteratam penitus, ac ex memoria hominum deletam, renouari, ac a SS. D. N. *Paulo V.* confirmari curauit, An. MDCX, ad quam breui tempore tanta facta eſt acceſſio, vt intra biennium ter mille circiter vtriusque ſexus nomen dederint. Hic inſuper in ſacrorum celebrationibus ceremonias ad ritum Romanum primus in hoc loco accomodauit, et ipſum locum ſplendidiorem quotidie efficere, atque nouis acceſſionibus augere, et illuſtrare non ceſſat; cui multos annos, et felicitatem ſempiternam apprecatur F. Carolus

CONTINVATIO.

Idem *Joannes* Abbas, ingruentibus belli motibus, *Suecis* noſtram regionem inundantibus, ſuos relinquere, ſibi, ſuique monaſterii rebus optimis fuga conſulere, Tyrolimque petere ſtatuit; Schwazii pie defunctus, ac ſepultus eſt.

Suis domi remanentibus, Suecisque vrbe potitis, iuramentum ſubiectionis, et fidelitatis Coronae Suecicae praeſtandum erat: id cum Clerus Auguſtanus facere renueret, ciuitate pulſus, Benedictinis Vdalricanis parentibus, et homagium emittentibus perſiſtere datum: quod in conſeruationem, et incrementum Religionis catholicae praeclare ceſſit.

Suecis abeuntibus, *Bernardus* Herdtfelder, de Hettingen nobilis Sueuus, monaſterii SS. *Vdalrici* et *Afrae* primum Adminiſtrator, tum Abbas electus, admiranda exulceratis hisce temporibus geſſit, ſuoque coenobio, et ordini egregie prouidens, transactione ſolemni lites diuturnas cum Epiſcopo prudenter ſopiuit: *Liezhemium* ordini reſtituti &c. &c.: a ſacra caeſarea Maieſtate Conſiliarii, et Capellani perpetui dignitate decoratus eſt.

Succeſſit

Succeſſit *Bernardo*, *Gregorius Jos*, Auguſtanus, vir pius, rebusque gerendis clarus, ſtudia et ſtudioſos impenſe fouit. Aulae caeſareae gratus, eiusdem grauibus in negotiis Commiſſarius conſtitutus eſt. Monaſterium ſuum verſus plagam orientalem reaediuicauit, et ampliauit.

Gregorium in abbatiali regimine inſecutus eſt *Romanus* Daniel Auguſtanus. Celebrata ſub eo *Ferdinandi IV.* Electio in Regem Romanorum in noſtrae eccleſiae ſacrario. Eximius B. V. cultor fraternitatem ſeptem eiusdem dolorum ibidem inſtituit, ſui pariter monaſterii iura illaeſa ſeruauit.

Romanus Succeſſorem habuit *Willibaldum*. Sub eius regimine SS. Epiſcoporum *Wicterpi*, *Nidgarii*, *Thoſſonis*, et *Adalberonis* ſolemnis translatio facta; *Joſephi I.* Romanorum Regis in Eccleſiae noſtrae Sacrario celebrata electio. S. *Symperti* ſtatuam ex lapide pario conſici, eiusque ſepulchrum porphyretico lapide ſumtuoſe exornari fecit. Septimum inſuper ab introducta hunc in locum Benedictina colonia ſeculum iubilarium ſplendide celebrauit. Sub imperatoribus *Leopoldo I.* *Joſepho I.* et Carolo VI. quinque commiſſionibus caeſareis honoratus eſt. Vir immortali laude dignus poſt XLII. annorum optimum regimen vitam clauſit. *Wilibaldo* ſucceſſit *Coeleſtinus* vir doctus, per XXII. annos in Vniuerſitate Salisburgenſi Profeſſor: eiusdem pariter Rector Magnificus: tum Praepoſitus Liezheimenſis, et tandem Abbas factus eſt.

Coeleſtinum excepit *Joſephus Maria de Langenmantel*, Patritius Auguſtanus. Romae ſacris diſciplinis imbutus eſt. Sub eo ſecunda *Diui Vdalrici* anno MDCCLXIIſacta cum omni pompa translatio ab Epiſcopo Auguſtano, *Joſepho*, Haſſiae Landgrauio, qui et cryptam cum mauſoloeo ſplendide exornauit. Imperatorem *Franciſcum I.* Francofurtum ad Electionem *Joſephi II.* in Regem Romanorum proficiſcentem in Aichach Bav. ſup. oppido; poſtmodum Oeniponti vniuerſam aulam caeſaream demiſiſſime reueritus eſt. Eiusdem ſub regimine SS. D. N. *Papa Pius VI.* in templi noſtri ara ſumma ſacrum die V. Maii, anno MDCCLXXXII. peregit. Rexit vir grauis XXXVII annis, obiit anno aetatis ſuae LXXX.

Modernus Abbas noſter *Wicterpus* huius nominis I. die XI. Martii electus, anno MDCCXC. altero mox ab inauguratione ſua die Vigiliis pro *Joſepho II.* Imperat. glor. mem. in Eccleſia cathedrali et diebus proxime ſequentibus eiusdem exequiis interfuit: id quod et poſt mortem *Leopoldi II.* factum eſt. Idem contigit in ſolemnitatibus ibidem poſt Electiones *Leopoldi II.* et *Franciſci II.* habitis.

Franciſcum II. Imperatorem, glorioſiſſime regnantem, cum Auguſtae degeret, ſubmiſſiſſime honorauit, eiusque, cum ſummum Eccleſiae cathedralis chorum adiret, tanquam ſacrae caeſareae Maieſtatis Conſiliarius perpetuus, et Capellanus Haereditarius in Comitatu fuit.

Primo

Primo regiminis ſui anno a SS. D. N. *Papa Pio VI.* Breui apoſtolico perquam honorifico clementiſſime donatus eſt. Anno mox inſequente a Sereniſſimo S. R. I. Electore Palatino Bauaro *Carolo Theodoro* Statuum eccleſiaſticorum Ducatus Neoburgici Deputatus per Reſcriptum clementiſſimum deſignatus; cui Sereniſſimo Principi Principatus, et conjugii ſemiſeculari regimen nouum die XXXI. Dec. anno MDCCXCII. Monachii aggratulatus eſt. Quem Deus O. M. diutiſſime ſaluum ſeruet, et incolumem.

[illegible]